ABVLFEDAE
ANNALES MVSLEMICI
ARABICE ET LATINE.

OPERA ET STVDIIS

IO. IACOBI REISKII,

APVD LIPSIENSES QVONDAM PROFESS. CELEB.

SVMTIBVS ATQVE AVSPICIIS

PETRI FRIDERICI SVHMII,

S. R. M. CLAVIGERI ET HISTORIOGRAPHI REGII.

NVNC PRIMVM EDIDIT

D. IACOBVS GEORGIVS CHRISTIANVS ADLER,

THEOL. ET LING. OR. PROF. EXTRAORD.

IN AVLA REGIA ET AD AEDEM FRIDERICIANAM V. D. I.

COLLEGII DANICI DE CVRSV EVANGELII PROMOVENDO QVINQVEVIR,

ACADEMIARVM REG. SCIENTIARVM NIDROSIENSIS ET NEAPOLITANAE,
SOCIETATIS ANTIQ. LONDINENSIS, VOLSCORVM VELITRIS ET
ARCADVM ROMAE SODALIS.

TOMVS IV.

CONTINENS RES GESTAS AB ANNO FVGAE CCCCI
AD FINEM ANNI DCLX.

HAFNIAE MDCCXCII.

EXCVDEBAT FRIDERICVS WILHELMVS THIELE.

VENEVNT APVD CHR. GOTTL. PROFT, VNIVERS. BIBLIOPOL.

ABVLFEDAE

ANNALES MVSLEMICI.

TOMVS IV.

ثم دخلت سنة ثمان وستين وخمسماية ، فيها توفي خوارزمشاه ارسلان بن اطسز بن محمد بن انوشتكين، وكان قد عاد من قتال الخطا مريضا ، ولما مات ملك بعده ابنه الصغير سلطان شاه محمود ودبّرت والدته المملكة ، وكان ابنه الاكبر علاء الدين تكش مغيبا في جند قد اقطعه ابوه اياها ، ولما بلغه موت ابيه وولاية اخيه الصغير انف من ذلك واستنجد بالخطا وسار الي اخيه سلطان شاه وطرده ، ثم ان سلطانشاه قصد ملوك الاطراف واستنجدهم علي اخيه تكش وطرده ، وكانت الحرب بينهم سجالا حتي مات سلطان شاه في سنة تسع وثمانين وخمسماية واستقر في ملك خوارزم اخوه تكش بن ارسلان * وفي تلك الحروب بين الاخوين قتل المويد اي به قتله تكش صبرا، وملك بعده طغانشاه بن المويد اي به *

وفيها سار شمس الدولة تورانشاه بن ايوب اخو صلاح الدين الاكبر من مصر الي النوبة للتغلب عليها ، فلم تعجبه تلك البلاد ، فغنم وعاد الي مصر *

وفيها توفي شمس الدين الدكز وملك بعده ابنه محمد البهلوان ولم يختلف عليه احد ، وكان الدكز هذا مملوكا للكمال السهيري a وزير السلطان محمود ، ثم

Anno DLXVIII [qui die 22 Aug. A. C. 1172 coepit] obibat Chovarezimſchah Arſlan, filius Atſuzi, filii Muhammedis, filii Anuſchtekini, illo ex morbo, qui eum, quod ſupra narrabamus, ipſa in expeditione contra Chattaeos adortus cogebat domum remeare. Succedebat ipſi filius natu et annis adhuc minor, Sultanſchah Mahmud, ſub conductione ſuae matris. Maior enim, Âla-ed-din Tacaſch, eo tempore, quo pater decedebat, extra Chovarezmiam agebat, apud Gandam [urbem Tranſoxanam], quam ipſi pater attribuerat. Ille patris morte percepta, fratrisque auſibus, iniuriam dedignatus, conciliabat ſibi Chattaeos, et eorum ope fratrem e Chovarezmia exigebat. Sultanſchah viciſſim, auctus opibus vicinorum regulorum, Tacaſchum pellebat. Sic vacillante fortuna continuabant hi fratres bellum, per viginti ferme annos, usque ad annum DLXXXIX, qui Sultanſchaho quidem fatalis erat, Tanaſcho autem regnum aemulo vacuum aſſerebat. Peremtus fuit eo in bello Movaiied-ed-din Ibeh a Tacaſcho ſobrio in carcere, ſucceſſorem relinquens filium, Toganſchahum.

Eodem ibat ex Aegypto Nubiam domitum Schams-ed-daula Turanſchah filius Eiubi, frater Saladini natu maior: quia vero ipſi ea regio non arridebat, contentus praedam egiſſe, redibat.

Eodem obibat Schams-ed-din Ilducuz, et ſuccedebat ipſi filius, Muhammed el-Pehluvan, nemine repugnante. (1) Fuerat ille Ilducuz mancipium quondam Kemal-ed-dini Schahbarenſis, Veziri apud Mahmudum Sultanum; a quo hero tempore

 poſt

ثم صار للسلطان محمود ، فلما ولي السلطان مسعود ولّاه وكبّره حتي صار ملك اذربيجان وغيرها من بلاد الجبل واصفهان والري ، وكان عسكره خمسين الف فارس ، وكان يخطب في بلاده بالسلطنة للسلطان ارسلان بن طغريل ولم يكن لارسلان حكم معه ، وكان الدكز حسن السيرة *

وفيها سار طايفة من الترك مع ديار مصر مع مملوك لتقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب اسمه قراقوش الي افريقية ونزلوا علي طرابلس الغرب ، فحاصرها مدة ثم فتحها واستولي عليها قراقوش المذكور وملك كثيرا من بلاد افريقية *

وفيها غزي ابو يعقوب يوسف بن عبد المومن بلاد الفرنج بالاندلس *

وفيها سار نور الدين محمود بن زنكي الي بلاد قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان واستولي علي مرعش وبهسني ومرزبان وسيواس ، فارسل اليه قليج ارسلان يستعطفه ويطلب الصلح منه ، فقال نور الدين لا ارضي الا ان تردّ ملطية علي ذي النون بن الدانشمند ، وكان قليج ارسلان قد اخذها منه ، فبذل له سيواس واصطلح معه نور الدين ، فلما مات نور الدين عاد قليج ارسلان واستولي علي سيواس وطرد ابن الدانشمند *

وفيها سار صلاح الدين من مصر الي الكرك وحاصرها ، وكان قد واعد نور الدين ان يجتمعا علي الكرك ، وسار نور الدين من دمشق حتي وصل الي الرقيم وهو بالقرب من الكرك ، فخاف صلاح الدين من الاجتماع بنور الدين ، فرحل صلاح الدين عن الكرك عايدا الي

poſt in huius ipſius Mahmudi familiam tranſibat. Ab huius filio deinceps, Sultano Maſudo, ſummis decoratus honoribus, et muneribus, evadebat Aderbiganae dominus et particulae de montana regione non contemnendae, ut agri Isfahanenſis et Raiienſis, rel. quibus omnibus cum laude praefuit. Numerabat in copiis ſuis quinquaginta equitum millia. Profitebatur quidem externa ſpecie per ditionem ſuam Arſlano, filio Togrili, tanquam Sultano, clientelam, at nullam tamen ipſi auctoritatem reliquam fecerat.

Eodem exibat Caracuſch (2), mancipium quoddam Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, cum turba quadam Turcorum ex Aegypto in Africam, poſitisque caſtris obſidebat et tempore poſt expugnabat Tripolin Africanam; aliaque deinceps illi eiusdem tractus adiiciebat plura.

Eodem vexabat Abu-Iacub Iuſef, filius Abd-el-Mumeni, Francorum in Andaluſia poſſeſſiones.

Eodem impetebat Nur-ed-din (3) Mahmud, filius Zenkii, territorium Kilig Arſlani, filii Maſudi, filii Kilig Arſlani, Selgukidae, et Maraſcham, Bahaſanam, Marzapanam, et Sivaſam (4) rapiebat. Delinire tum Selgukida blandis verbis Zenkiden, et pacem petere. Hic autem negabat, niſi ea cum lege, ut Du'n-Nuno Ibn-ed-Daniſchmendo ereptam reſtituat Malatiam. Kilig Arſlan non hanc quidem reddebat, at eius loco Sivaſam Daniſchmendidae concedebat, eaque ratione pacem obtinebat; quam tamen ut primum audiebat Nur-ed-dinum obiiſſe, violabat, Sivaſam repetendo.

Eodem inibat quidem Salah-ed-din, e Miſra egreſſus, expeditionem adverſus Caracam, eamque obſidebat et debebat Nur-ed-dinum exſpectare: ſic enim convenerat inter ambos, ut amborum exercitus ibi concurrerent: verum ut Nur-ed-din Damaſco egreſſus ad Rakimum iam proceſſerat, locum a Caraca vicinum: remeabat Salah-ed-din Miſram, abrupta obſidione, ſui

الي مصر وارسل نتحقا الي نور الدين واعتذر ان اباه ايوب مريض ويخشي ان يموت فتذهب مصر ، فقبل نور الدين عذره في الظاهر وعلم المقصود ، ولما وصل صلاح الدين الي مصر وجد اباه ايوب قد مات ، وكان سبب موت نجم الدين ايوب بن شاذي المذكر انه ركب بمصر فنفرت به فرسه ، فوقع وحمل الي قصره وبقي اياما ومات في السابع والعشرين من الحجة من هذه السنة وكان عاقلا حسن السيرة *

وفيها توفي ابو نزار حسن بن ابي الحسن صافي بن عبد الله بن نزار النحوي ، وقد ناهز الثمانين ، وهو معروف بملك النحاة وبرع في النحو حتي فاق فيه اهل طبقته ، وكان معجبا بنفسه ولقّب نفسه بملك النحاة وكان يسخط لمن يخاطبه بغير ذلك ، وقرا الفقه علي مذهب الشافعي وكذلك قرا الاصولين والخلاف وسار الي خراسان وكرمان وغزنة ثم رحل الي الشام واستوطن دمشق *

ثم دخلت سنة تسع وستين وخمسماية ، ذكر ملك شمس الدولة تورانشاه بن ايوب اليمن ، كان صلاح الدين واهله خايفين من نور الدين ، فاتّفق رايهم علي تحصيل مملكة غير مصر بحيث ان قصدهم نور الدين قاتلوه وان هزمهم التجوا الي تلك المملكة ، فجهّز صلاح الدين اخاه تورانشاه الي النوبة فلم تعجبهم بلادها ، ثم سيّره في هذه السنة بعسكر الي اليمن ، وكان

a) السهيري Forte الشهيري aut السهيلي

copiam Zenkidae facere veritus, et Nur-ed-dino, quo imponeret et placaret, dona mittebat, et caussabatur patris morbum, quem aiebat se metuere ne ipsi quidem fatalis sit, sibi vero, ni moribundo adsit, Aegypti iactura facile constare posse. (5) Admittebat Nur-ed-din hanc excusationem per speciem, Saladini veram mentem de cetero probe intelligens. At nihilominus tamen offendebat Salah-ed-din Misram redux Eiubum, patrem suum, revera iam vita defunctum ex lapsu. Nimirum Eiub per Misram dum equo vectus ambulat, contingebat ut animal obiecto terrore ipsum in terram excuteret. Qui aderant aegrum in palatium deportabant, ubi post aliquot morbi dies exspirabat, die vigesimo septimo ultimi mensis huius anni, vir prudens pulchraeque vitae.

Eodem obiit, octuagenario non multo minor, Abu-Nezar Hasan, filius Abu'l-Hasani Safii, filii Abdallae, filii Nezari, grammaticus, vulgo Malec en-Nohat [seu rex grammaticorum] dictus, quem ipse sibi turgidum titulum arrogaverat, tam vanus et ventosus homo, ut succenseret si quis eum alio, non isto, nomine compellaret. Operam dederat fikhae secundum Schafiaeum, item dogmaticae et polemicae. Chorasanam, Kermanam et Gaznam adierat; inde reversus in Syriam Damasci sedes fixerat.

Anno DLXIX (6) [qui die 11 Aug. A. C. 1173 coepit] potiti sunt Eiubidae, horumque primus Schams-ed-daula Turanschah, filius Eiubi, felice Arabia. Salah-ed-din enim ceterique gentiles, quia vehementer extimescebant Nur-ed-dinum, ne lubido ipsum incesseret in Aegyptum excurrendi, refugio quodam sibi opus esse, alioque praeter Aegyptum regno, intelligebant, in quod se reciperent si forte ipsius impetum sustinere non posse irrito tentamine discerent. Eodem ipso fine iam antea miserat Salah-ed-din fratrem suum, eundem Turanschahum, in Nubiam; quia vero illa terra ipsis non arridebat, ideoque Misram ille redierat,

وكان صاحب اليمن حينيذ انسان يسمّي عبد النبي المقدّم ذكره في سنة اربع وخمسين وخمسماية ، فتجهّز توران‌شاه ووصل الي اليمن وجري بينه وبين عبد النبي قتال ، فانتصر فيه توران‌شاه وهزم عبد النبي وهجم زبيد وملكها واسر عبد النبي ، ثم قصد عدن وكان صاحبها انسان اسمه ياسر *b* ، فخرج لقتال توران‌شاه ، فهزمه توران‌شاه وهجم عدن وملكها واسر ياسر ايضا واستولي توران‌شاه علي بلاد اليمن واستقرّت في ملك صلاح الدين ، واستولي علي اموال عظيمة لعبد النبي وكذلك من عدن *

ذكر قتل جماعة من المصريين وعمارة اليمني ، في هذه السنة في رمضان صلب صلاح الدين جماعة من اعيان المصريين ، فانهم قصدوا الوثوب عليه واعادة الدولة العلوية ، فعلم بهم وصلبهم عن اخرهم ، فمنهم عبد الصمد الكاتب والقاضي العويرس وداعي الدعاة وعمارة بن علي اليمني الشاعر الفقيه ، وله اشعار حسنة ، فمنها ما يتعلق باحوال العلويين وانقراض دولتهم قوله قصيدة منها ،

رميت يا دهر كف المجد بالشلل وجيده بعد حسن الحلي بالعطل ،

جدعت

b) ياسر Id desumsi ex editioni Schultensii. Codex Leidensis habebat ياسم

dierat, ut paullo ante dicebamus, ablegabat Salah-ed-din eundem hoc anno in Arabiam felicem. Cuius illi parti, quae rubri maris ingressui adiacet, eo tempore dominabatur aliquis Abd-en-Nabi, cuius ad annum DLIV mentionem fecimus. Hunc hominem Turanschah primum quidem commissa pugna victum in Capitalem, Zabidam, repellebat, dein et urbem violentia martis, et in ea regulum captivum, accipiebat. Adenam inde impetebat, quam tunc tenebat aliquis Iaser.* Et hunc pariter ex acie profligatum et urbe sua inclusum, capiebat Turanschah, et urbem armata manu expugnabat. Itaque gemina sede gemini regni Iemanici, opibusque simul utriusque reguli potitus ingentibus, totam habebat Iemanam [seu Arabiam felicem] Turanschah, sed ut fratris sui, Salah-ed-dini, cliens fiduciarius.

Hoc anno complures in crucem agebat Salah-ed-din Missrensium optimates, quos deprehenderat in necem suam et restitutionem dynastiae Alidicae conspirasse. (7) Subibant hoc supplicium inter alios Abd-es-Samad el-Cateb [seu secretarius], et Cadi el-Ovaires, et Daï ed-Doât [seu supremus invitator (8)], et egregius ille poëta simul atque fakihus, Omara, filius Alii, Iemanicus (9), cuius e Chronico rerum patriae suae, quae illa de regione hactenus passim narravimus omnia, unice depromta sunt. Carmina ille condidit excellentia, nonnulla in Alidarum res et tristem finem; ut est illud longum carmen, e quo sequentes versiculos decerpemus:

O tempus! o fortuna! manum, qua tot tantasque res et tum gloriosas gessisti, feriisti resolutione; collo huic gloriae [dynastiam Alidarum intelligit] tam pulchre olim ornato mundum suum ademisti.

Ipse

* In Arabico hic videbatur esse *Ianos*. Sed statim postea legebatur in codice arabico باسر *Baser*. Recepi quod editio cl. Schultensii exhibet *Iaser*.

جدعت ما رنك *c* الاقني فانفك لا ينفك *d* ما بين انف *e* الشين والخجل ،

لهفي ولهف بني الامال قاطبة *f* علي فجيعتنا في اكرم الدول ،

يا عاذلي في اهوا *g* ابناء فاطمة لك الملامة ان اقصرت *h* في عذلي ،

بالله زر ساحة القصرين وابك معي عليهما لا علي صفين والجمل ،

وقل لاهلهما والله ما التحمت *i* فيكم جروحي ولا قرحي بمندمل *k* ،

ما ذا تري كانت الافرنج فاعلة في نسل امير المومنين علي *

ومنها ،

وقد حصلتم عليها *l* واسم جدكم محمد وابوكم خير منتعل ،

مررت بالقصر والاركان خالية من الوفود وكانت قبلة القبل *

ومنها ،

والله لا فاز يوم الحشر مبغضكم ولا نجي من عذاب النار غير ولي ،

ايمني

c) ما رنك *nasi tui apicem*, vel partem mollem. Conf. Taraph. Moall. vers. 38. Videtur in verbo مرن notio *lenitatis cum duritie coniunctae* esse; qualis cedit quidem et flecti patitur, renititur tamen, et sese restituit in priorem statum, velut elater; quale quid in parte nasi cartilaginosa cernitur. التمرين التليين ait Meidanius, explicans proverbium الين من حميرة ممرّنة *mollior quam lorum emollitum.* Sed et *indurare, insuescere rei* notat; idem quod ضرب *assuescere*, ut interpretantur Arabum philologi. Eo sensu est apud Meidanium, in illo: يضرب لمن مرن علي جوايح الدهر فلا يجزع من صروفه "Dicitur [proverbium propositum, quod explicuerat] de illo qui tam insuevit et induruit calamitatibus fortunae, ut vexationes eius non curet, non paveat. Item in illo Divani Hudeilici:

سلفع

Ipſe tibi tuum praeſcidiſti, quo ſuperbiebas aliquando, naſi aquilini imbricem; quo factum, ut naſus tuus mutilus nunquam poſſit tibi non pudori eſſe.

O quam lugeo, quam lugent mecum omnes, quos olim bonae ſpes alebant, iacturam, quam fecimus, dynaſtiarum nobiliſſimae.

O qui propter meum erga Fatemidas amorem me damnas, eoque te nequiorem reputas, quo mitius me reprehendis:

obi modo ſemel mecum, per immortalem deum, utriusque palatii (10) aream, et deplora recens ibi ſtratos, non illos exſoletos et paene oblivioni mandatos apud Saffeinam et in praelio cameli * caeſos,

et dic utriusque palatii olim incolis haec verba mecum, me praeeunte: Vulnera, quae mihi veſtrae calamitates inflixere, nunquam coïbunt inducta carne, neque ulcera mea conſolidabuntur.

Id quod vides, mi cenſor, id ſtatuerunt Franci in gentem principis fidelium Alii.

Aliquibus interiectis ſequebantur haec:

Eo rerum miſerrimarum adacti eſtis, vos, quorum avus [maternus] eſt Muhammed, et quorum pater eſt Chair Montaal.**

Tranſeo palatium, ſed cuius parietes et periſtilia vacua nunc ſunt turba ſalutantium, quum olim Kebla Keblarum*** eſſet.

Ex eodem carmine ſunt et haec:

Salvus non evadet die reſurrectionis, quisquis vos odit, ita me deus amet! neque ignis aeterni poenam effugiet, vobis non adhaereſcens.

B 2 O vos

* Vid. ſupra ad a. 37.

** *Chair Montaal.* Hoc eſt elogium, quo ipſe Muhammed Alin cohoneſtavit. Notat optimum eorum omnium, qui calceos gerunt, id eſt hominum.

*** *Kebla Keblarum.* Hoc eſt, maxima et frequentiſſia et celeberrima Kebla. Traduxit poëta a Kebla Meccana ad locum, ad quem omnes contendunt.

ايمني وهداي والذخيرة لي اذا ارتهنت بما قدّمت من عملي ،
والله لا حلت عن حبّي لهم ابدا ما اخّر الله لي في مدّة الاجل *
وله ايضا فيهم ،
غصبت امية ارث ال محمد سفها وشنّت *m* غارة الشنان ،
وغدت تخالف في الخلافة اهلها وتقابل البرهان بالبهتان ،
لم يقتنع حكّامهم بركوبهم ظهر النفاق وغارب العدوان ،
وقعودهم في رتبة نبوية لم يبنها *n* لهم ابو سفيان ،
حتي اضافوا بعد ذلك انهم اخذوا بثار الكفر في الايمان ،
فاتي زياد في القبيح زيادة تركت يزيد يزيد في النقصان *

ذكر

سلفع متلبب صبور علي الضرّاء والغزو مارن ،
"audax, promtus, patiens aerumnae et militaris laboris, affuetus ei et induratus,"

quafi dicas, cedens fimul et obnitens oneri incumbenti. Hinc مَرَنٌ *confuetudo, affuetudo.* Habet Meidanius in illo proverbio: اي مرنا *aliumne morem?* ubi addit المرن بكسر الراء الخلق ما اخري والعادة ، يقال ما زال ذلك مرني اي عادتي

d) ينفكّ *non folvitur, non rumpitur,* idem quod لم يزل *non definit effe* ما بين *id quod eft inter nafum turpitudinis et nafum pudoris*, hoc eft non definit effe tam nafus turpitudinis quam nafus pudoris. Perquam frequens dictio ما بين *tam hoc quam illud.* Sed ينفك pro يزال rarius eft, nifi apud poëtas. Habet Tarapha in Moallaca verf. 81 لا ينفك كشحي بطانة لعضب صقيل "non ceffabit venter meus effe fubiculum [vel intimus amicus et indivulfus comes] gladio polito" ubi Schol. لا يزال

e) قاطبة *fimul omnes:* proprie *mixtim,* fimul omnibus in unam maffam,

in

O vos Imami mei! mea directio! meus thesaurus! Quando olim tenebor oppignoratus ob id operum, quod vivus in hoc mundo perpetravero, et tanquam praecursorem in alteram vitam mihi praemisero:

Per deum, nunquam desinam vos amare, quamdiu mihi deus fatalis termini spatium protendat.

Eiusdem est in hostes Alidarum, sed ex alio carmine:

Ommiadae quondam gentem Muhammedis haereditate sua exuebant, ferocem per tyrannidem; et frequentes in illam gentem, ceu iuratos hostes, effundebant incursiones odii.

Adversabantur legitimis in Chalifatum successoribus, claraeque veritati nugas opponebant.

Non sufficiebat ipsorum Hakemis* [seu supremis arbitris] dorsum simulationis et gibbum** impotentiae inequitasse,

aut sedere in suggestu prophetico, quem ipsis Abu-Sofian profecto non exstruxerat.

Sed suarum quoque partium esse existimabant, Islamismum professi, sanguinem amicorum sub paganismo quondam caesorum in Muslemis ulcisci, et privatas suas, sed dudum antiquatas simultates sub specie religionis exsequi.

Quo factum, ut Zeiad attulerit in foeditate Zeiada [seu augmentum], quod reliquit Iazidum iazid [seu augentem] in detrimento.***

* Alludit ad Hakemum, patrem Marvani.

** Dorsum est equi, gibbus cameli. Dicere vult: dolos et vim promiscue adhibuerunt quo cupiditatibus suis satisfacerent.

*** Lusus est in verbis. Sensus est: Quo factum ut Zeiad augmentum foeditatis attulerit, [seu coronidem sceleribus Ommiadarum imposuerit] quod augmentum post se reliquit Iazidum augentem in detrimento: hoc est, post quem Zeiadum venit Iazid, filius Moaviae, qui magis adhuc quam aut pater suus aut Zeiad fecerant, iura gentis Muhammedis decurtavit et detrivit.

ذكر وفاة نور الدين محمود ، في هذه السنة توفي الملك العادل نور الدين محمود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر صاحب الشام وديار الجزيرة وغير ذلك يوم الاربعا حادي عشر شوال بعلّة الخوانيق بقلعة دمشق المحروسة ، وكان نور الدين قد شرع بتجهّز للدخول الي مصر لاخذها من صلاح الدين ، وكان يريد ان يخلّي ابن اخيه سيف الدين غازي بن مودود في الشام قبالة الفرنج ويسير هو الي مصر ، فاتاه امر الله الذي لا مرّد له ، وكان نور الدين اسمر طويل القامة ليس له لحية الّا في حنكه حسن الصورة ، وكان قد اتّسع ملكه جدا وخطب له بالحرمين واليمن لما ملكها تورانشاه بن ايوب ، وكذلك كان يخطب له بمصر ، وكان مولد نور الدين سنة احدي عشر وخمساية ، وطبق ذكره الارض لحسن سيرته وعدله ، وكان من الزهد والعبادة علي قدم عظيم ، وكان يصلي كثيرا من الليل فكان كما قيل ،

جمع الشجاعة والخشوع لربّه ، ما احسن المحراب في المحراب *

وكان عالما بالفقه علي مذهب الامام ابي حنيفة رضي الله عنه وليس عنده فيه تعصّب ، وهو الذي بني اسوار مدن الشام مثل دمشق وحمص وحماة وحلب وشيزر وبعلبك وغيرها لما تهدّمت بالزلازل وبني المدارس الكثيرة الحنفية والشافعية ، ولا يحتمل هذا المختصر ذكر فضايله * ولما توفي نور الدين قام ابنه الملك الصالح اسماعيل بن نور الدين محمود بالملك بعده وعمره احد عشرة سنة وحلف له العسكر بدمشق ، واقام بها واطاعه صلاح الدين بمصر وخطب

in unum velut garum, confufis et commixtis. Dicitur de *vino* قطب *mifcere*, *vinum dilutum* مقطوب. Exemplum eft apud Gorairum: راح

Huius anni menſe decimo, undecimo die, eodemque Mercurii, vivis exceſſit in arce Damaſcena ex angina Malec el-Adel [ſeu princeps iuſtus] Nur-ed-din Mahmud, filius Emad-ed-dini Zenkii, filii Acſoncori, Syriae et Meſopotamiae, aliarumque dominus, ipſo in molimine expeditionis in Aegyptum adverſus Saladinum ſuſcipiendae (11), quo nempe illum inde proturbaret. Iam conſtituerat ſecum, filium fratris ſui, Saif-ed-dinum Gazium, in Syria relinquere, Francis obſtiturum, ſi quid novarum rerum molirentur. At diverſa erat dei deſtinatio, quae differri aut eludi ſe non patitur. Olivaſter erat, procerus, barbam non habebat, niſi in mento exilem, praeſtabat forma corporis. Late regnabat: vota enim ipſi apud Meccam et Medinam, et in Iemana fiebant, ex quo Turanſchah illam acquiſiverat, uti et per Aegyptum [et in Syria et Meſopotamia]. Natus fuerat anno DXI. Fama praeclarae vitae, iuſtitiae, ſanctimoniae, ardoris in divinum cultum (12), compleverat totum terrarum orbem. Magnam noctis partem ſolebat in precibus conſumere, ut in illum vere conveniret illud poëtae:

> Copulavit fortitudinem cum humili erga numen ſubmiſſione.
> O quam pulchra res eſt Mahrab [ſeu ſtrenuus bellator] in Mehrab [ſeu ſacello, vel oratorio].

Callebat fikham ad mentem Abu-Hanifae (13), ſic tamen ut civium neminem alii ſectae addictum propterea odio perſequeretur. Multis ille Syriacis urbibus, ut Damaſco, Hemſae, Hamatae, Halebo, Schaizarae, Baalabaco, aliis, moenia ſua reddidit, quae terrae motus everterant. Collegia exſtruxit non magis Hanafitica, quam Schafieïtica. Sed maiores ſunt et numero plures eius virtutes, quam ut hoc compendio comprehendi patiantur. In huius viri dominationem ſuccedebat eius filius, Malec es-Saleh [ſeu princeps bonus et probus] Iſmaël, accepto a Damaſcenis praeſidiis ſacramento; qua in urbe quoque reſidebat. Neque negabat ipſi parere Salaheddin in Aegypto, ſed omnia potius iura maie-

ſtatis

وخطب له بها وضربت السكة باسمه ، وكان المتولي لتدبير الملك
الصالح وتدبير دولته الامير شمس الدين محمد بن عبد الملك
المعروف بابن المقدم ، ولما مات نور الدين وتملك ابنه الملك
الصالح سار من الموصل سيف الدين غازي بن قطب الدين مودود
بن عماد الدين زنكي وملك جميع البلاد الجزرية ۞

ثم دخلت سنة سبعين وخمسماية ، ذكر خلاف الكنز بصعيد
مصر ، في اول هذه السنة اجتمع علي رجل من اهل الصعيد يقال له
الكنز جمع كثير واظهر الخلاف علي صلاح الدين ، فارسل صلاح الدين
اليه عسكرا فاقتتلوا وقتل الكنز وجماعة معه وانهزم الباقون ۞

ذكر ملك صلاح الدين دمشق وغيرها ، في هذه السنة سلخ
ربيع الاول ملك صلاح الدين يوسف بن ايوب دمشق وحمص وحماة ،
وسببه ان شمس الدين بن الداية المقيم بحلب ارسل سعد الدين
كمشتكين يستدعي الملك الصالح بن نور الدين من دمشق الي
حلب ليكون مقامه بها ، فسار الملك الصالح اسماعيل اليها مع سعد
الدين كمشتكين ، ولما استقر بحلب وتمكن كمشتكين قبض علي
شمس الدين ابن الداية واخوته وقبض علي الرييس ابن الخشاب
واخوته وهو رييس حلب ، واستبد سعد الدين بتدبير الملك الصالح ،
فخافه ابن المقدم وغيره من الامراء الذين بدمشق ، فكاتبوا صلاح
الدين يوسف بن ايوب صاحب مصر واستدعوه ليملكوه عليهم ، فسار
صلاح الدين جريدة في سبعماية فارس ولم يلبث ووصل الي دمشق ،
فخرج

راح ببرد قراح الماء مقطوب "vinum frigore purissimae aquae mixtum" ubi Schol. المقطوب الممزوج. Idem valet قطيب, cuius exem-

ſtatis exhibebat, ut nominis inter preces e ſuggeſtu promulgationem, et in numis inſcriptionem. Res imperii ſimul atque principem adoleſcentem curabat Emir Schams-ed-din Muhammed, filius Abd-el-Maleki, vulgo Ibn-el-Mocaddam (14) [ſeu filius tribuni, aut praefecti] dictus. Saif-ed-din autem Gazi, filius Maududi, filii Zenkii, ſtatim ab exceſſu patrui ſui, et ſub initia affinis Malek es-Saleh, occupabat, quae Nur-ed-din olim de Meſopotamia poſſederat.

Anno DLXX ineunte [qui die 1 Aug. A. C. 1174 coepit] coibant rebelles Aegyptii magno numero ſub aliquo ex Thebaide, Canazo (15) dicto, Saladino parere detrectantes. Sed eius quaedam ipſis immiſſae copiae commiſſa pugna perimebant inter alios ducem ſeditionis, et reliquam factionem diſſipabant.

Eodem anno faciebat Salaheddin [Saladinus] magnam Syriae partem ſui iuris, ut Damaſcum, Hemſam, Hamatam, et alia. Occaſionem dabant haec. Nur-ed-dini filius, Malec es-Saleh Iſmaël, novus rex, Damaſci reſidebat, ut paullo ante dicebamus. Inde eum Halebum exciebat, qui praefectus huius urbis tum erat, Schams-ed-din Ibn-ed-Daia, per legatum Saad-ed-dinum Cameſchtekinum. Auſcultabat rex puer, et in comitatu legati ſeque ſuamque ſedem Damaſco Halebum transferebat. Vt vero Cameſchtekin firmum Halebi gradum poſuerat, gratiamque principis arripuerat, comprehendebat Ibn-Daiam, eiusque fratres, et Raiiſum [ſeu ſecretarium], Halebenſem; nempe, Ibn-el-Chasſchabum, et huius quoque fratres, ſolique ſibi ſumebat conductionem Malek es-Salehi. Quae res adeo terrebat Ibn-el-Mocaddamum, illum qui pueri regis tutor apud Damaſcum fuerat, ceterosque ibi Emiros, ut, metu, ne et ipſi tyrannidem Cameſchtekini experiantur, Salaheddino per litteras arbitrium ſui ſuarumque rerum deferrent. Salaheddin, non diu ſe paſſus excitari, protinus levi cum agmine ſeptingentorum equitum Damaſcum aderat. Advenienti occurrebant duces totusque Damaſcenus exercitus,

فخرج كل من كان بها من العسكر والثغوه وخدموه ، ونزل بدار والده ايوب المعروفة بدار العقيقي ، وعصت عليه القلعة ، وكان فيها من جهة الملك الصالح خادم اسمه ريحان ، فراسله صلاح الدين واستماله ، فسلّم القلعة اليه ، فصعد اليها صلاح الدين واخذ ما فيها من الاموال ، ولما ثبتت قدمه وقرّر امر دمشق استخلف بها اخاه سيف الاسلام طغتكين بن ايوب وسار الي حمص مستهلّ جمادي الاولي ، وكانت حمص وحماة وقلعة بارين وسلمية وتل خالد والرها من بلد الجزيرة في اقطاع فخر الدين مسعود ابن الزعفراني ، فلما مات نور الدين لم يمكن فخر الدين مسعود المقام بحمص وحماة لسوء سيرته مع الناس ، وكانت هذه البلاد له بغير قلاعها ، فان قلاعها فيها ولاة لنور الدين وليس لفخر الدين معهم حكم الّا بارين ، فان قلعتها كانت له ايضا ، ونزل صلاح الدين علي حمص في حادي عشر جمادي الاولي وملك المدينة ، فعصت عليه القلعة ، فترك *p* عليها من يضيق عليها ورحل الي حماة فملك مدينتها مستهلّ جمادي الاخرة من هذه السنة ، وكان بقلعتها الامير عز الدين جرديك احد المماليك النورية ، فامتنع في القلعة ، فذكر له صلاح الدين انه ليس له غرض الّا حفظ البلاد للملك الصالح اسماعيل *q* وانه نايبه وقصده

exemplum eft in Hamafa: قد كان عندهم قطيبان شتي من حليب وحازر "erant penes ipfos duae mifcelae, lactis recentis dulcis, et acidi" ubi Marzukius الغطيب الممزوج ait; Tabrizius autem الغطيب لبن الابل والغنم اذا جمع بينهما ، قطيبان خليطان "*Katib* الغطيب eft lac camelinum et ovillum confufum [proprie in unam maffam congregatum], et قطيبان [quod eft in textu] funt duae mifcelae."

citus, ſalutabant ipſum, dignisque honorum et obſequii teſtimoniis proſecuti ſuam in urbem introducebant, die tertii menſis ultimo. In domo tum deſcendebat Salaheddin, quam pater eius olim incoluerat, vulgus autem Dar-el-Akiki (16) [ſeu domum Akikenſis] nominare ſolebat. Supererat adhuc arx expugnanda, quam Rihan aliquis, eunuchus, Malek es-Saleh nomine cuſtodiebat. Sed patiebatur hic homo blanditiis et pollicitationibus haud difficulter ſe expugnari, ut et arcem Saladino traderet, eique eo aſcendere, et omnes ibi depoſitas opes occupare permitteret. Iam itaque certus Damaſci dominus ad alia pergebat Salaheddin, relinquens ibi ſuo loco fratrem, Saif-el-Iſlam Togtekinum. (17) Excedebat urbe ipſis calendis quinti menſis, et primam quidem impetebat Hemſam, cui caſtra die undecimo eiusdem menſis apponebat; et urbem quidem arci ſuppoſitam nullo negotio ſubigebat. Qui enim et eam et Hamatam, Heſn Barin, Salamiam, Tall Chaled, et, de terris Meſopotamicis, Roham [vel Edeſſam] ex conceſſione Nur-ed-dini tenebat, Fachr-ed-din Maſud Ibn-es-Zafarani, coactus fuerat ab oppidanis, a Nur-eddini protinus obitu, Hemſa et Hamata excedere, ob crudelitatem et nequitiam exoſus. Neque potuerat ille ſe ſuis in provinciis tueri, quandoquidem locorum, quae modo enumerabamus, praeter ſolam Barinam, ceterorum omnium ſola oppida, non item arces, tenebat, quippe quas Nur-ed-din aliis cuſtodibus commendaverat. Quia ergo arx Emeſſena ſui copiam Saladino ad primum ſtatim inſultum dare nolebat, Hamatam pergebat, relictis qui contumacem arcem arcta obſidione premerent. Hamatam intrabat Saladin ipſis calendis ſexti menſis: verum in arce refragabatur Emir Az-ed-din Gordic, unus mamlucorum Nuricorum. Sed Salaheddin, iſti Gordico ſignificans, nihil aliud ſe intendere, quam Maleco es-Saleh ſuas terras a tyrannorum, quibus ille obſeſſus ſit, rapinis conſervare, neque pro alio, quam eius locum tenente, velle reputari, praetereaque cupere, ut Gordic

 Hale-

وقصده من جرديك المسير الي حلب في رسالة ، فاستحلفه جرديك علي ذلك وسار جرديك الي حلب برسالة صلاح الدين ، فاستخلف في قلعة حماة اخاه ، فلما وصل جرديك الي حلب قبض عليه كمشتكين وسجنه ، فلما علم اخوه بذلك سلّم قلعة حماة الي صلاح الدين ، فملكها ، ثم سار صلاح الدين الي حلب وحصرها وبها الملك الصالح اسماعيل بن نور الدين ، فجمع اهل حلب وقاتلوا صلاح الدين وصدّوه عن حلب ، وارسل سعد الدين كمشتكين الي سنان مقدّم الاسماعيلية اموالا عظيمة ليقتلوا صلاح الدين ، فارسل سنان جماعة ، فوثبوا علي صلاح الدين ، فقتلوا دونه ، واستمر صلاح الدين محاصرا لحلب الي مستهلّ رجب ورحل عنها بسبب نزول الفرنج علي حمص ، ونزل صلاح الدين علي حماة ثامن رجب وسار الي حمص ، فرحل الفرنج عنها ، ووصل صلاح الدين الي حمص وحصر قلعتها وملكها في الحادي والعشرين من شعبان من هذه السنة ، ثم سار الي بعلبك فملكها ، ولما استقرّ ملك صلاح الدين لهذه البلاد ارسل الملك الصالح الي ابن عمه سيف الدين غازي صاحب الموصل يستنجده علي صلاح الدين ، فجهّز جيشه صحبة اخيه عز الدين مسعود بن مودود بن زنكي وجعل مقدّم الجيش اكبر امرايه وهو

g) اهوا Num هوای Et deinde ان لا اقصرت

h) اقصرت Succidit in memoriam obſervatio Scholiaſtae ad Haririum, qua diſcrimen inter قصرت et اقصرت tradit ad Conſ. XLVI اقصر عن الشي تركه وهو قادر عليه، وان عجز قلت قصر "Dicitur اقصر in quarta coniugatione de eo, qui rem aliquam omittit eius compos [uſum et licentiam eius in manu tenens]. At de illo, qui omittit quod non habet, neque adipiſci valet, dicitur قصر in prima coniugatione."

Halebum ire, ibique ſui legati munere apud iuvenem regem defungi velit; ſimulque iure iurando ſe obſtringens, nolle per eius abſentiam arci Hamatenae violentiam afferre: perſuadebat hac ratione Gordico, ut legationem Saladini ſuſciperet, relicto in arce fratre ſuo. Eum vero Cameſchtekin, ut Halebum venerat, comprehenſum in vincula dabat.* Ea re cognita frater Gordiki, per iram et ultionis ſtudio, arcem Hamatenſem tradebat Saladino. Itaque et hac comparata, porro ibat Saladinus Halebum obſeſſum, et in ea Nur-ed-dini filium, Malec es-Saleh Iſmaêlem. Halebenſes autem eum egregio ardore iunctisque viribus amoliebantur. Saad-ed-din Cameſchtekin alias etiam infames artes in uſum vocabat, quibus ſperabat, hoſtem evertere, et profecto non contemnendum in diſcrimen vitam eius adducebat. Perſuaſerat nempe ingentibus praemiis Iſmaêlitarum duci, Sinano, ut ſicariorum ſuorum non paucos Saladino immitteret, qui tamen omnes, antequam deſtinata perficerent, obtruncati fuerunt. In hac itaque fortuna quum continuaſſet Saladinus obſidionem Halebenſem, ad calendas usque ſeptimi menſis, abſcedebat, ideo, quod intellexerat Francos Emeſſam obſidere. Eo itaque properans per Hamatam tranſibat, ubi octavo die ſeptimi eiusdem menſis appellebat, indeque porro procedens Francos Emeſſa ſui adventus fama (18) depellebat; ipſeque adveniens arcem urgebat obſidione, cum ſucceſſu tam proſpero, ut eam die vigeſimo primo menſis octavi ſubigeret. His tandem addebat Baalabacum. Interea vero dum Saladinus ita totam paene Syriam rapit, implorabat Malec es-Saleh affinis ſui, Saif-ed-dini Gazii, Mauſelani, auxilium. Hic fratrem ſuum Az-ed-dinum Maſudum Halebenſibus mittebat, cum copiis et earum imperatore, maximo

 ſuorum

* Ideo, quod arcem ſuae fidei commiſſam in tanto diſcrimine relinquere, et ad herum ſuum ab eius hoſte et aggreſſore mandata perferre auſus fuerit, aut quod Halebenſes adeo ſpernerent Saladinum, adeoque ſuccenſerent ab eo propoſitis conditionibus, ut iram ſuam in legatum effunderent.

وهو عز الدين محمود ولقبه سلغندار ، وطلب اخاه الاكبر عماد الدين زنكي بن مودود صاحب سنجار ليسير في النجدة ايضا ، فامتنع مصانعة ᶦ) لصلاح الدين فسار سيف الدين غازي وحصره بسنجار ، ووصل عسكر الموصل صحبة مسعود بن مودود وسلغندار الي حلب ، وانضمّ اليهم عسكر حلب وساروا الي صلاح الدين ، فارسل صلاح الدين يبذل حمص وحماة وان يقرّ بيده دمشق وان يكون فيها نايبا للملك الصالح ، فلم يجيبوا الي ذلك وساروا الي قتاله واقتتلوا عند قرون حماة ، فانهزم عسكر الموصل وحلب وغنم صلاح الدين وعسكره اموالهم وتبعهم صلاح الدين حتي حصرهم بحلب ، وقطع صلاح الدين حينيذ خطبة الملك الصالح بن نور الدين وازال اسمه عن السكة واستبدّ بالسلطنة ، فراسلوا صلاح الدين في الصلح علي ان يكون له ما بيده من الشام وللملك الصالح ما بقي بيده منه ، فصالحهم علي ذلك ورحل عن حلب في العشر الاول من شوال هذه السنة اعني سنة سبعين وخمساية * وفي العشر الاخير من شوال من هذه السنة ملك السلطان صلاح الدين قلعة بارين واخذها من صاحبها فخر الدين مسعود ابن الزعفراني ، وكان فخر الدين المذكور من اكابر الامراء النورية *

وفيها ملك البهلوان بن الدكز مدينة تبريز واخذها من ابن اقسنقر الاحمديلي *

وفيها مات شملة التركماني صاحب خورستان وملك ابنه بعده *

وفيها

i) النحمت *coierunt*, *carne repleta fuerunt*, proprie *contexta fuerunt*. Nam لحم est proprie *texere;* hinc rerum quarumcunque duas eiusdem gene-

ſuorum Emirorum, Az-ed-dino Mahmudo, Salcandar cognominato. Invitabat quoque ad expeditionis communionem fratrem ſuum natu maiorem, Emad-ed-dinum Zenkium Sangarae dominum; et nolentem accedere, ſua in urbe obſidebat. Zenki enim, quia ſimultates adverſus fratrem iam a longo tempore fovebat, Saladinum beneficio ſibi volebat obſtringere, eoque adverſus fratrem ſuum armare. Mauſelenſes itaque Halebenſibus adiuncti, ſimul ambo Saladinum impetebant, neque audiebant, paciſci ea lege volentem, ut, redditis Hamata et Emeſſa, ipſe Damaſcum retineret, cum nomine Naiebi [ſeu vicarii, vel praefecti] a Malec es-Saleh conſtituti. Sed ſpernebant eam conditionem, ut diximus, foederati, praelioque Saladinum apud Corun [h. e. cornua] Hamatae (19) adoriebantur, ſed eo adverſo. Victor enim Saladinus caſtris eos exuebat, magnisque ſic potitus opibus in ipſam Halebum, fugientes e veſtigio perſecutus, repellebat, unumque compulſos in locum obſidebat, et Chotbam vel vota publica pro Malec es-Saleho porro facere et numis eius nomen incudere, tum primum omittebat, et ſibi contra titulum Sultani [ſeu monarchae] arrogabat. Petentibus Halebenſibus pacem, ſed in leges multo, quam antea, duriores, concedebat, ut nempe ipſe omnia per Syriam parta retineret, et Halebenſis pariter ſuas reliquias. In hanc formulam conſtituta pace abſcedebat Saladinus Halebo, prima decade menſis decimi huius anni DLXX, ultima vero eiusdem decade adimebat arcem Barin eius domino, Fachr-ed-dino Maſudo Ibn-ez-Zafarani, cuius initio huius articuli mentionem faciebamus.

Eodem adimebat Pehluvan, filius Ilducuzi, Tabrizam filio Acſoncori Ahmadilici, ſibique eam arrogabat.

Eodem obiit Schamala, Turcomanus dominus, Chureſtanae, filiumque habebat in ſuas poſſeſſiones ſucceſſorem.

Eodem

وفيها وقع بين الخليفة وبين قطب الدين قيماز مقدّم عسكر بغداد فتنة فنهبت دار قيماز وهرب الي الحلة ثم الي الموصل ، فلحق قيماز في الطريق عطش شديد فهلك اكثر اصحابه ومات قطب الدين قيماز قبل ان يصل الي الموصل ، فحمل ودفن بظاهر باب العمادي ، ولما هرب قيماز خلع الخليفة علي عضد الدين الوزير واعاده الي الوزارة ۞

ثم دخلت سنة احدي وسبعين وخمسماية ، ذكر انهزام سيف الدين غازي صاحب الموصل من السلطان صلاح الدين ، في هذه السنة في عاشر شوال كان المصافّ بين السلطان صلاح الدين وبين سيف الدين غازي بن مودود بن زنكي بتل السلطان ، فهرب سيف الدين غازي والعساكر التي معه (فانه كان قد استنجد بصاحب حصن كيفا وصاحب ماردين) وتمّت الهزيمة علي سيف الدين غازي حتي وصل الي الموصل مرعوبا ، وقصد الهروب منها الي بعض القلاع ، فثبّته وزيره واقام بالموصل ، واستولي السلطان صلاح الدين علي اثقال عسكر الموصل وغيرهم وغنم ما فيها ، ثم سار صلاح الدين الي بزاعة فحصرها وتسلّمها ، ثم سار الي منبج وحصرها في اخر شوال وصاحبها قطب الدين ينال بن حسان المنبجي ، وكان شديد البغض لصلاح الدين ، وفتحها عنوة واسر ينال واخذ جميع موجوده ثم اطلقه ، فسار ينال الي الموصل ، فاقطعه سيف الدين غازي مدينة الرقة ، ثم سار السلطان صلاح الدين الي عزاز ونازلها ثالث ذي القعدة وتسلمها حادي عشر ذي الحجة ،

ووثب

generis unam alteri fupponere et imponere ex diverfis plagis in longum

Eodem accidebat Chaliſam Moſtadium inter et Cotb-eddinum Caimazum (20), magiſtrum militiae Bagdadicae, diſcordia, unde nato tumultu Caimazi diripiebantur aedes, et ipſe fuga ſuae ſaluti conſulere cogebatur. Tendebat igitur Hellam, et inde Mauſelam; ſed aquae inopia et ſitis vehementia ipſum, iam a comitatu ſuo deſertum, conficiebat antequam Mauſelam attingeret. At cadaver eius eo deportabatur et humabatur apud vicum vel portam Emadicam. Interea recuperata ſic libertate reddebat Moſtadi Adad-ed-dino, ſuo quondam Veziro, munus ſuum, quod ipſi, coactus Caimazi auctoritate, ut ſupra vidimus, ademerat, eiusque rei inſigne, veſte honoris, ipſum amicibat.

Anno DLXXI [qui die 21 Iulii A.C. 1175 coepit] vincebat Sultan Salah-ed-din [Saladinus] fugabatque Saif-ed-dinum Gazium, Mauſelae dominum, eiusque belli ſocios, Heſn Caifae et Merdinae dominos, apud Tall es-Sultan [locum ſic dictum]. Tam plena, tam prorſus non anceps erat illius victoria, horum fuga, ut victor impedimentis Gazii et ſociorum potiretur, hic autem miſſis rebus omnibus ad ipſam perfugeret Mauſelam, et ulterius rueret arce quadam ſe concludere; et feciſſet procul dubio, niſi Vezirus eius eum continuiſſet, fortibus verbis et bona ſpe firmatum. Saladinus autem ab ea victoria, reſiſtente nemine, Mauſelenſis ditionem rapiebat, et primam quidem Bozaam, deinde, decimo exeunte menſe, obſidebat Manbegam; quam urbem [Mauſelenſis nomine] tenebat Cotb-ed-din Inal, filius Haſſani, Manbegenſis ipſe, Saladini hoſtis acerrimus: quem victor, ut urbem vi expugnaverat, captivum nactus, opibus omnibus exuebat, et nudum deinceps dimittebat. Inal itaque Mauſelam ſe conferebat ad Saif-ed-dinum Gazium, qui ipſi, iacturae in compenſationem, Raccam aſſignabat. Tertio deinceps loco invadebat Saladinus Azzazum urgebatque obſidione per quadraginta paene dies. Tertio enim die undecimi menſis apponebat urbi caſtra, et undecimo demum die duodecimi menſis eam in

ووثب اسماعيلي علي صلاح الدين في حصاره عزاز فضربه بسكين في راسه فجرحه ، فامسك صلاح الدين يد الاسماعيلي ، فبقي يضرب بالسكين فلا يوثر حتي قتل الاسماعيلي علي تلك الحال ، ووثب اخر عليه فقتل ، وثالث فقتل ايضا ، وجاء السلطان الي خيمته مذعورا واعرض جنده وابعد من انكره منهم * ولما ملك السلطان عزاز رحل عنها ونازل حلب في منتصف ذي الحجة وحصرها وبها الملك الصالح ابن نور الدين ، وانقضت هذه السنة وهو محاصر لحلب ، فسالوا صلاح الدين في الصلح فاجابهم اليه ، واخرجوا اليه بنتا صغيرة لنور الدين ، فاكرمها السلطان صلاح الدين واعطاها شيا كثيرا وقال لها ما تريدين ، فقالت اريد قلعة عزاز (وكانوا قد علّموها ذلك) فسلّمها السلطان اليهم واستقر الصلح ورحل السلطان صلاح الدين عن حلب في العشرين من المحرم سنة اثنين وسبعين وخمساية *

وفيها سار امير الحاج العراقي طشتكين وامره الخليفة بعزل صاحب مكة مكثر بن عيسي ، فجري بين الحاج وبينه قتال ، فانهزم مكثر في البرية واقام اخاه داود مكانه بمكة *

وفيها في رمضان قدم شمس الدولة تورانشاه بن ايوب من اليمن الي الشام وارسل الي اخيه صلاح الدين يعلمه بوصوله وكتب

gum et latum decussare, quem ad modum trama et superius stratum texti. Ex hac notione caro dicta fuit لحم quia textus est fibrarum carnearum sese decussantium. Hinc quoque notio bellandi, quando hastae et gladii adversi adversariorum contexuntur, et sese invicem decussant. Hinc quoque لاحمه *iunxit se ipsi*, proprie *attexuit se ipsi*; pro, affinitatem per matrimonium cum ipso contraxit. Habet eo sensu Haririus Cons. XXIX. ubi Scholiastes per صاهره reddit.

poteſtatem accipiebat. Illis in caſtris magnum adibat Sultanus capitis periculum, ab Iſmaëlitis, quorum unus aliquis eum ſica in capite vulnerabat. Percuſſorem aufugere ſtudentem attinebat manu comprehenſum Sultanus: ille vero, intelligens, ſe ſalvum evaſurum non eſſe, ferro Saladinum iterum atque iterum tundebat, ſed absque effectu, ferrum profunde non adigens. Ita tundere, neque tamen ferire, continuabat ſicarius, donec a ſupervenientibus auguſti familiaribus trucidaretur. Eo ſublato ſtatim aderat alter Iſmaëlita, qui ſimilia auſus ſimile fatum ſubibat. Huic confoſſo tertius latro ſuccedebat, eodemque, quo ceteri commilitones, ſequebatur. Horrorem ea res incutiebat Saladino tantum, ut in tentorium ſuum trepidus ſe reciperet, luſtrarique ſuas copias curaret, et ignotos atque ſuſpectos omnes abigi. Azzazo potitus Halebum movebat medio menſe duodecimo, urbemque obſidebat et in ea Nur-ed-dini filium, Malec es-Salehum. Obſidione tenente labebatur annus et novus inibat. Pacem vero Halebenſes rogabant eiusque ſpem impetrabant. Quo facto emittebant Nur-ed-dini filiolam, quam Saladinus honorifice exceptam magnificeque dotatam, interrogabat, quidnam cupiat? Reſpondebat edocta, Azzazum cupere. Statim reddita fuit arx illa, et pax conſtituta; quo facto Saladinus die vigeſimo primi menſis anni DLXXII Halebo abſcedebat.

Eodem ibat Emir el-Hag el-Irak [ſeu dux catervae ſacrorum itineratorum ex Iraca venientium] Taſchtekin iuſſu Moſtadii, Meccam, eiusque dominum, Mocterum, filium Iſae, ſui principis nomine et auctoritate, dignitate demovebat. Qua de cauſſa conflictus itineratores inter et Meccanum accidit, quo hic in deſertum exigebatur. Per eius abſentiam conſtituebat Taſchtekin fratrem eius, Davudum, Emirum Meccanum.

Eiusdem anni nono menſe in Syriam veniebat ex Arabia felice Schams-ed-daula Turanſchah, filius Eiubi, frater Salah-ed-dini. Litteris, quibus fratri de adventu ſuo praenuntiaverat,

وكتب اليه ابياتا من شعر ابن المنجّم المصري ،

والي صلاح الدين اشكو من بعد مضني الجوانح ، مولع ،
جزعا لبعد الدار عنه ولم اكن لولاه لبعد الدار اجزع ،
ولاركبنّ اليه متن العزايم ويخبّ بي ركب الغرام ويوسع *t* ،
ولاسرينّ الليل لا يسري به طيف الخيال ولا البروق اللمع ،
واقدمنّ قلبي اليه مخبرا اني بجسمي عن قريب اتبع ،
حتي اشاهد منه احسن طلعة من افقها صبح السعادة يطلع *

وفيها توفي الحافظ ابو القاسم علي بن الحسين بن هبة الله المعروف بابن عساكر الدمشقي المغلب نور الدين ، كان اماما في الحديث ومن اعيان الفقهاء الشافعية صنف تاريخ دمشق في ثمانين مجلد علي وضع تاريخ بغداد اتي فيه بالغرايب ، ومولد المذكور في اول سنة سبع وتسعين واربعماية *

ثم دخلت سنة اثنين وسبعين وخمسماية ، فيها قصد السلطان صلاح الدين بلد الاسماعيلية في المحرم ، فنهب بلدهم وخرّبه واحرقه واحصر قلعة مصياف ، فارسل سنان مقدّم الاسماعيلية الي خال السلطان وهو شهاب الدين الحارمي صاحب حماة يساله ان يسعي في الصلح ، فسال الحارمي الصفح عنهم فاجابه صلاح الدين الي ذلك وصالحهم

k) بدمدمل *coaluit*, *consolidatum*, cute et cicatrice opertum fuit. Videtur *operiendi* notio in verbo دمل inesse; operire fimo agrum, (quatenus τῳ دمن congruit) operire peccatum vel offensionem indulgentia, condonatione; operire cute al. Postremum hoc perfrequens in omnibus paene libris, et iam aliquoties usurpatum a Nostro fuit.

l) حصلتم عليها *evasistis super id*, devenistis in eam fortunam, passi id estis. Subintell. الخطة *conditionem adversam*.

intexuerat hos verſus Ibn-el-Monaggemi, Miſrenſis, perparum immutatos:

Erga Saladinum queror de vaſta diſtantia [inter ipſum et me] quae corpora emaciat et atterit, mentes autem deſiderio abſentis amici percellit.*

Emollivit mihi cor diſtantia ſedium mearum, ſed ab ipſo: nam alterius profecto abſentia me non moveret.

At equitabo ad eum robuſta latera conſtantiae; iumentum deſiderii tolutim diductoque paſſu mecum ad ipſum ibit.

Ibo de nocte, tam horribile, ut vel phaſma imaginationis amicorum metuat ad dormientes inviſere; tam obſcura, ut rutila fulmina nulla eam illuſtrent;

et praemittam cor meum ad ipſum, quo nuntiet, me protinus ipſo corpore ſecuturum eſſe,

quo poſſim praeſens in eo contueri pulcherrimam frontem, a cuius horizonte aurora felicitatis ſurgit.

Eodem obiit Hafet Nur-ed-din Abu'l-Caſem Ali, filius Hoſaini, filii Hebatallae, vulgo ſub nomine Ibn-Aſaker (21) notus, Damaſcenus, in theologia traditionaria princeps, et de illuſtriſſimis fakihis Schafeïticis, auctor Chronici Damaſceni, quem librum ad modum Chronici Bagdadici, totidemque voluminibus, octuaginta ſcilicet, contexuit, multisque raris et miris referſit narrationibus. Natus fuerat ſub initium anni CCCCXCIX.

Anno DLXXII [qui die 9 Iulii A. C. 1176 coepit] idque primo menſe invadebat Sultan Salah-ed-din [Halebo Miſram tendens] territorium Iſmaëlitarum, eoque rapinis, ferro, flammis devaſtato, caput impiorum latronum, Sinanum, ipſa in arce, Masjaf (22), obſidebat. Schahab-ed-din tamen, Haremenſis, Hamatae praefectus, Saladini avunculus, a Sinano rogatus, pro Iſmaëlitis apud nepotem ſuum intercedebat, pacemque illis ab

 eodem

* Poſtrema pars huius verſus corrupta erat in arabicis: ergo dubito, num recte verterim.

وصالحهم ورحل عنهم، واتمّ السلطان صلاح الدين مسيره فوصل الي مصر، (فانه كان قد بعد عهده بها) بعد ان استقر له ملك الشام، ولما وصل الي مصر في هذه السنة امر ببناء السور الداير علي مصر والقاهرة والقلعة علي الجبل المقطّم، ودور ذلك تسع وعشرون الف ذراع وثلثماية بالذراع القاسمي، ولم يزل العمل فيه الي ان مات صلاح الدين * وفيها امر صلاح الدين ببناء المدرسة التي علي قبر الشافعي بالقرافة بمصر وعمل بالقاهرة مارستان *

وفيها توفي القاضي جمال الدين محمد بن عبد الله بن القاسم الشهرزوري قاضي دمشق وجميع الشام *

ثم دخلت سنة ثلث وسبعين وخمسماية، فيها في جمادي الاولي سار السلطان صلاح الدين من مصر الي ساحل الشام لغزو الفرنج، فوصل الي عسقلان في الرابع والعشرين من الشهر فنهب *v* وتفرّق عسكره في الاغارات، فبقي السلطان في بعض العسكر، فلم يشعر بالفرنج الّا وقد طلعت عليه، فقاتلهم اشدّ قتال، وكان لتقي الدين بن شاهنشاه ولد اسمه احمد وهو من احسن الشباب اول ما تكاملت لحيته، فامره ابوه بالحملة علي الفرنج، فحمل عليهم وقاتلهم واثّر فيهم اثرا كثيرا وعاد سالما، فامره ابوه بالعود اليهم ثانية، فحمل عليهم وقتل شهيدا، وتمّت الهزيمة علي المسلمين وقاربت حملات

m) وشتّت Est lusus in شنت et شنان *odium.* Posterius hoc licet videatur ab illo priore شن devenire, venit tamen revera a شنا ultima Hamza, aut ultima Ie, *odit;* et est proprie شَنْأان terminatione ان addita. الشنان مهموز وغير مهموز البغض، شَنِئت فلانا اذا بغضته وشنيته

eodem obtinebat. Inde continuabat Salah-ed-din iter, et Miſram tandem veniebat, a qua diu [duo paene annos] abfuerat, toto nimirum illo tempore, quod acquirendae Syriae dederat. Sibi redditus iubebat murum inchoari, qui Miſram, Cahiram, et arcem, quae ſuper monte Mocattam exſtat, ambit, undetriginta millium et trecentarum ulnarum Caſemicarum (23) in ambitum opus, in quo, quoad vixit Saladinus, [hoc eſt, usque ad a. DLXXXIX] laboratum indeſinenter fuit, neque tamen ante ipſius obitum perfici potuit. Iubebat idem illam exſtrui Madraſam, [vel collegium] quae ſuper tymbo Schafiaei apud Miſram in Carafa (24) conſpicitur; Cahirae autem iubebat Mareſtan [ſeu noſocomium et gerontocomium] inſtitui.

Eodem obiit Cadi, Damaſci nempe totiusque Syriae, Gemal-ed-din Muhammed, filius Abdallae, filii Caſemi, Scheherzurenſis.*

Menſe quinto anni DLXXIII [qui die 29 Iunii A.C. 1177 coepit] ibat Sultan Salah-ed-din e Miſra et Aegypto in Syriam maritimam [ſeu Palaeſtinam], Francos afflictum, dieque huius menſis vigeſimo quarto appellebat ad Aſcalonem. Cuius per agrum dum palant eius manipuli, praedam venantes, opprimebant eum Franci, parva cum manu in caſtris relictum, magnaque illum clade afficiebant. Ea in pugna, quae ſane acerrima contingebat, filius aliquis Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, nomine Ahmed, iuvenis formoſiſſimus, cui barba vix dum ad iuſtam magnitudinem adoleverat, egregia virtutis edebat ſpecimina, mortemque oppetebat pro fide glorioſam. Iusſus enim a patre prima vice in hoſtes impetum facere, tam ruebat animoſe, ut iis quam latiſſime repulſis ſoſpes et cum gloria rediret. Id idem autem a patre denuo iuſſus, dum audet, ſtrenue dimicans, occumbebat. Ceteris Muſlemis in fugam omnibus coniectis, ad ipſum proferebant Franci praetorium Saladini ſuorum

* Vid. ad an. 566.

حملات الفرنج السلطان ، فمضي منهزما الي مصر علي البرية ومعه
من سلم ، فلقوا في طريقهم مشقة وعطشا شديدا وهلك كثير من
الدواب ، واخذت الفرنج العسكر الذين كانوا يتفرقون في الاغارات
اسري ، واسر الفقيه عيسي ، وكان من اكبر اصحاب السلطان صلاح
الدين ، فافتداه السلطان من الاسر بعد سنتين بستين الف دينار ،
ووصل السلطان الي القاهرة نصف جمادي الاخرة ، قال الشيخ عز
الدين علي بن الاثير مولف الكامل رايت كتابا بخط يد صلاح
الدين الي اخيه تورانشاه نايبه بدمشق يذكر له الوقعة وفي اوله ،

ذكرتك *x* والخطي يخطر بيننا وقد نهلت منا المثقفة السمر ،

ويقول فيه لقد اشرفنا علي الهلاك غير مرة وما نجانا الا الله منة
الا لامر *y* يريده سبحانه وتعالي ، وما ثبتت *z* الا وفي نفسها امر *

وفيها سار الفرنج وحصروا مدينة حماة في جمادي الاولي ،
وطمع الفرنج بسبب بعد السلطان بمصر وهزيمته من الفرنج ، ولم
يكن غير تورانشاه بدمشق ينوب عن اخيه صلاح الدين وليس
عنده كثير من العسكر ، وكان تورانشاه ايضا كثير الانهماك في اللذات
ما يلا الي الراحة *a* ، ولما حصروا حماة كان بها صاحبها شهاب الدين
الحارمي خال صلاح الدين وهو مريض ، واسند حصار الفرنج لحماة
وطال زحفهم عليها حتي انهم هجموا بعض اطراف المدينة وكانوا
يملكون

وشنيته ايضا غير مهموز Verba sunt Ibn-Doraidi. Conf. Hist. Tamerl. pag. 45. 5. et 345. 14.

n) بينها Cod. L. يننها Mecum facit Ibn-Schehna Leid.

o) الجزرية C. L. الجزيرة Mecum facit cl. Schultens.

p) فنزك C. L. فنزل quod etiam exhibet cl. Schultens.

s reads f these order. ading & very hefor the whole : "unde non nos Deus nisi ob m aliquod illo semperque ido nobis atum" one word

ſuorum armorum fragorem, cogebantque ipſum, cum paucis, qui lanienam evaſerant (25), per vaſtum et ſterile deſertum, maximas inter aerumnas, et exitialem praecipue aquae penuriam, a qua iumentorum ingens numerus peribat, Miſram repetere, quo veniebant medio ſexto menſe. Caſtra relicta occupabant Franci, palantes captivos ducebant, et hos inter fakihum Iſam (26), Saladino cariſſimum, quem herus biennio poſt ſexaginta millibus aureorum libertati rurſus vindicabat. Vidi epiſtolam Saladini (verba ſunt Az-ed-dini Ibn-el-Atiri in Camelo) manu ipſius ſcriptam, ad fratrem Turanſchahum, ſuum Damaſci Naiebum [ſeu Locumtenentem], qua fratri de accepta illa memorabile clade ſignificat, his eam poëtae (27) verbis exorſus:

Recordabar te tum, quum haſtae nos inter graſſabantur, rigidae, furvae, noſtro ſanguine madentes.

Addebat deinceps, ſe non ſemel ab interitu vix pilum abfuiſſe, neque imputari ſuam ſalutem, niſi divinae miſericordiae, poſſe, quae non alium ob finem ſe conſervaverit, quam quem eius celſiſſima maieſtas, ignotum mortalibus, deſtinaverit. [Tum addebat clauſulam verſiculi proxime poſt illum ſuperiorem in eodem antiquo carmine ſequentis:]

Neque perſiſtebam firmus, niſi magna in lucta diverſorum affectuum.

Eodem quinto huius anni menſe impetebant Franci Hamatam, non una illecti ratione. Salah-ed-din pulſus in Aegyptum abierat. Qui vicem eius in Syria gerebat, Turanſchah, frater eius, et unicus ibi erat omnium Saladini ducum militarium, et copiis, qnae ſufficerent, carebat, otiumque voluptateſque deperdite aſſectabatur. Praeterea, qui Hamatam tum tenebat, Saladini avunculus, Schahab-ed-din Haremenſis, morbo decumbebat. Quae omnia Francis haud exiguam urbis rapiendae ſpem faciebant. Et ſane iam eo profecerant acerrima obſidione, ut aliquam urbis tenerent laciniam, et parum a totius expugnatione

يملكون المدينة قهرا ، ثم جدّ المسلمون قتالا واخرجوا الفرنج الي ظاهر السور واقام الفرنج كذلك علي حماة اربعة ايام ، ثم رحلوا عنها الي حارم ، وعقب رحيلهم عنها مات صاحبها شهاب الدين الحارمي ، وكان له ابن من احسن الناس شابّا مات قبله بثلاثة ايام *

وفيها قبض الملك الصالح اسماعيل بن نور الدين علي سعد الدين كمشتكين ، وكان قد تغلّب علي الامر ، وكانت حارم لكمشتكين ، فارسل الملك الصالح اليهم ، فلم يسلموها اليه ، فامر كمشتكين ان يسلمها ، فامرهم بذلك ، فلم يقبلوا منه ، فامر بتعذيب كمشتكين ليسلموا القلعة ، فعذّب واصحابه يرونه ولا يرحمونه ، فمات من العذاب واصرّ اصحابه علي الامتناع ، ووصل الفرنج الي حارم بعد رحيلهم عن حماة وحصروا حارم مدة اربعة اشهر ، فارسل الملك الصالح مالا للفرنج وصالحهم ، فرحلوا عن حارم وقد بلغ اهله الجهد *b* ، وبعد ان رحل الفرنج عنها ارسل اليها الملك الصالح واستناب بقلعة حارم مملوكا كان لابيه اسمه سرخك *

وفيها في المحرم خطب للسلطان طغريل بن ارسلان بن طغريل بن السلطان محمد بن السلطان ملكشاه المقيم في بلاد الدكز ، وكان ابوه ارسلان الذي تقدّم خبره توفي ، ولم يذكر لابن الاثير وفاة ارسلان بن طغريل الاّ في هذا الموضع ، وكان ينبغي ان يذكرها قبل هذه السنة *

وفيها

q) اسماعيل C. L. علية et fic quoque editio Schultenfii

r) مصانعة C. L. مصابغة s) الجوانج C. L. الوايح

t) ويوسع *celeriter currit:* proprie *amplum facit*, nempe الخطو *paffum.*

Inde

abeſſent: quum reſumta renovatis animis pugna Muſlemi Francos extra muros exigebant. Quatriduo in his contentionibus exacto abſcedebant Franci Hamata Haremum. Vix autem abierant, quum ante laudatus Schahab-ed-din vivis excederet, triduo poſt obitum filii ſui, iuvenis pulcherrimi.

Tenebat eo tempore arcem Haremum ille Saad-ed-din Cameſchtekin, quem ſupra diximus omnem Halebi auctoritatem arripuiſſe. Hunc ſuae poteſtatis uſurpatorem paullo ante, quam ea contigiſſent, comprehendebat Malec es-Saleh Iſmaël, Nur-ed-dini filius, et Haremum mittebat, eamque ut traderet, imperabat. Iſmaël enim iam antea iſtam arcem ab incubantibus praeſidiis, at fruſtra, repetierat. Imperabat itaque Cameſchtekin ſuis praeſidiis praeſens, ut arcem Halebenſibus redderent: verum et ſic negabant. Halebenſes ergo Cameſchtekinum tam ſaevis ſubiiciebant cruciatibus, in ipſis praeſidiorum oculis, ut ſub ipſis tormentis miſer exſpiraret: id autem tanto magis intendebat eorum contumaciam. Inter haec Franci, Hamata degreſſi, Haremum, quod modo dicebamus, impetebant, et producta per quatuor menſes obſidione arcis incolas fatigatos ad extrema miſeriarum et deſperationis adigebant; tandem tamen, a Malec es-Saleh pecunia placati (28), abſcedebant. Quo facto hic absque negotio arce potiebatur exhauſta, paternumque aliquem mamlucum, Sarchoc dictum, eo mittebat, futurum ſuo nomine cuſtodem.

Eiusdem anni primo menſe pia vota, ceu Sultano, dicta fuerunt per Ilducuzi ditionem Togrilo, filio Arſlani, filii Togrili, filii Sultani Muhammedis, filii Sultani Malicſchahi. Factum id eſt poſt obitum Arſlani, patris eius. Huius mortis hoc demum loco, eoque unico, mentionem facit Ibn el-Atir. Atqui debuerat ante hunc annum feciſſe. (29)

وفيها في ذي الحجة قتل عضد الدين محمد بن عبد الله بن هبة الله وزير الخليفة ، وكان قد عبر دجلة عازما علي الحج ، قتله الاسماعيلية وحمل مجروحا الي منزله فمات به ، وكان مولده في جمادي الاولي سنة اربع عشرة وخمساية ☼

وفيها توفي صدقة بن الحسن الحداد الذي ذيل تاريخ ابن الزعفراني ببغداد ☼

ثم دخلت سنة اربع وسبعين وخمساية ، فيها طلب تورانشاه من اخيه السلطان صلاح الدين بعلبك ، وكان السلطان قد اعطاها شمس الدين محمد بن عبد الملك المعروف بالمقدّم c لما سلّم دمشق الي صلاح الدين ، ولم يمكن السلطان صلاح الدين منع اخيه عن ذلك ، فارسل الي ابن المقدم ليسلم بعلبك ، فعصي بها ولم يسلمها ، فارسل السلطان وحصره ببعلبك وطال حصارها ، فاجاب ابن المقدم الي تسليمها علي عوض ، فعوّض عنها ، وتسلّمها السلطان واقطعها اخاه تورانشاه ☼

وفيها كان في البلاد غلاء عامّ وتبعه وباء شديد ☼

وفيها سيّر السلطان صلاح الدين ابن اخيه تقي الدين عمر الي حماة وابن عمه محمد بن شيركوه الي حمص وامرهما بحفظ بلادهما ، فاستقرّ كل منهما ببلده ☼

وفيها توفي الحيصبيص d الشاعر واسمه سعد بن محمد بن سعد ، وشعره مشهور فمنه ،

لا

Inde وساع *amplo diductoque passu incedens*, item *promtus et alacer in cursu equus*. Ita Golius. Habet Meidanius in illo proverbio

قد

Eiusdem anni menſe ultimo* peremtus fuit a quibusdam Iſmaëlitis Adad-ed-din Muhammed, filius Abdallae, filii Hebatallae, Vezirus Chalifae Moſtadii, iam traiecto Tigride ſacrum iter Meccanum ingreſſus. Domum reportatus obibat ex vulnere. Natus fuerat quinto menſe anni DXIV.

Eodem obiit Bagdadi Sadaca, filius Haſani, el-Haddad [h. e. faber ferrarius cognominatus] qui Chronicon Ibn-es-Zafarani appendice et continuatione auxit.

Anno DLXXIV [qui die 18 Iun. A. C. 1178 coepit] petebat Turanſchah Baalabacum a Sultano Salah-ed-dino, fratre ſuo. Quam petitionem quum hic frater illi negare nullo modo poſſet, repetenda erat illa urbs ab eius, qui tum erat, domino, Schams-ed-dino Muhammede, filio Abd-el-Maleki, vulgo Ibn-el-Mocaddam [ſeu filio tribuni] dicto. Huic enim eam Saladinus tum dederat in praemium, quum ab eo Damaſcum acciperet. Schams-ed-din autem ei cedere ſuamque urbem concedere nolebat, quem ipſi Saladinus eo fine immiſerat. Obſidione itaque, ſed ea diuturna, cogendus erat ad deditionem, qua tandem nactus urbem Saladinus Turanſchaho aſſignabat, Schams-ed-dino autem dabat aliud, neſcio quod, aequivalens.

Eodem ſaeviit univerſalis fames, et eam ſecuta immanis peſtilentia.

Eodem mittebat Sultan Salah-ed-din Taki-ed-dinum Omarum, ſuum ex fratre nepotem, Hamatam, et Muhammedem, patrui ſui, Schircuhi, filium, Hemſam; et ambas illas urbes, ſuam cuique, cuſtodiendas demandabat. Ex eo itaque tempore inſtitutae et repetendae ſunt iſtorum et gentilium ibi dynaſtiae.

Eodem obiit Saad, filius Muhammedis, filii Saadi, vulgo ſub al-Hisbis (30) nomine celebrior poëta. Specimen praeclarae poëſeos huius viri hoc eſto:

* Procul dubio *penultimo* aut *undecimo* legendum eſt.

لا تلومنّي في شغلي بالعلي ، رغد المعيش لربّات الحجال ،
سيف العزّ زانه رونقه فهو بالطبع غنيّ عن الصقال *

وفيها ماتت شهدة بنت احمد بن عمر الابري *e* ، سمعت الحديث من السرّاج وطرّاد وغيرهما وعمّرت حتى قاربت ماية سنة ، وسمع عليها *f* خلق كثير لعلو اسنادها *

ثم دخلت سنة خمس وسبعين وخمسماية ، فيها سار السلطان صلاح الدين وفتح حصنا كان بناه الفرنج عند مخاضة الاجزان *g* بالقرب من بانياس عند بيت يعقوب ، وفي ذلك يقول علي بن محمد الساعاتي الدمشقي ،

اتسكن اوطان النبيين عصبة تمين لدي *h* ايمانها وهي تحلف ،
نصحتكم والنصح للدّين واجبا ذروا بيت يعقوب فقد جاء يوسف *

وفيها كانت حرب بين عسكر السلطان صلاح الدين ومقدمهم ابن اخيه تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب وبين عسكر قليج ارسلان صاحب بلاد الروم ، وسببها ان حصن رعبان كان بيد شمس الدين بن المقدّم ، فطمع فيه قليج ارسلان وارسل اليه عسكرا كثيفا ليحصروه ، وكانوا قريب عشرين الفا ، فسار اليهم تقي الدين في الف فارس فهزمهم ، وكان تقي الدين يفتخر ويقول هزمت بالف عشرين الفا *

ذكر وفاة المستضي وخلافة الامام الناصر وهو الرابع ثلاثينهم ،
في هذه السنة ثاني القعدة توفي المستضي بامر الله ابو محمد الحسن بن يوسف المستنجد وامه ام ولد ارمنية ، وكانت

قد يبلغ القطوف الوساع *assequitur tardigradus celerem*, ubi Schol. القطوف من الدواب الذي يقارب الخطو والوساع ضدّه

Ne me quaeſo vituperes ob moleſtias, quas conſequendae celſitudinis et gloriae cauſſa devoro. Mollis vita peculium eſt domicellarum.

Gladium potentiae et fortitudinis ornat naturalis ſuus nitor. Nam per temperaturam id acquiſivit, ut politura carere queat.

Eodem obiit Schaheda, filia Ahmedis, filii Omari, Abarenſis (31), quae theologiam traditionariam a Sarrago, Tarrado, et aliis acceperat, et viciſſim magnae multitudini auditorum impertiverat, qui tam excelſam catenam traditionum eius avide audibant. Ad centum prope aetatis annos acceſſerat.

Anno DLXXV [qui die 7 Iunii A. Chr. 1179 coepit] expugnabat Sultan Salah-ed-din arcem (32), quam Franci apud vadum Agrani prope Paniadem exſtruxerant, penes Bait [ſeu domum] Iacobi. Canebat ea occaſione Ali, filius Muhammedis, Saatenſis, Damaſcenus.

Dignumne eſt, patriarcharum ſedibus incubare gentem perfidam, in illum, cui iurat, periuram?

Monui vos [o Franci], quamvis a fide moribusque veſtris alienus, fideliter tamen, ut virum probum decet, his verbis: Deſerite domum Iacobi; nam Ioſephus venit.

Eodem colliſerunt Taki-ed-din Omar, filius Schahinſchahi, filii Eiubi, et, quas ille ſecum ducebat, patrui, Saladini, non numeroſae copiae cum copiis ingentibus Kilig Arſlani Selgukidae, domini Romaniae; qui arci, ad Schams-ed-dinum Ibn-el-Mocaddamum pertinenti, Roban dictae, inhians, illuc viginti propemodum millia miſerat. Quos Taki-ed-din cum turma mille ſuorum equitum diſcutiebat. Vnde quoque deinceps gloriari ſolebat, mille cum viris viginti mille pepuliſſe.

Eodem anno, idque die ſecundo menſis undecimi, vivis excedebat Moſtadi beamr-allah Abu-Muhammed Haſan, filius Iuſefi Moſtangedi ex pellice Armena natus anno DXXXVI, poſt

geſtum

وكانت خلافته تسع سنين وسبعة اشهر، وكان مولده سنة ست وثلاثين وخمسماية، وكان عادلا حسن السيرة، وكان قد حكم في دولته ظهير الدين ابو بكر منصور المعروف بابن العطّار بعد قتل عضد الدين الوزير * فلما مات المستضي قام ظهير الدين ابن العطّار واخذ البيعة لولده الامام الناصر لدين الله، ولما استقرت البيعة للامام الناصر حكم استاذ الدار مجد الدين ابو الفضل فقبض في سابع القعدة *i* علي ظهير الدين بن العطار ونقل الي التاج *k* واخرج ظهير الدين ميّتا علي راس حمّال ليلة الاربعا ثاني عشر ذي القعدة، فثارت به العامّة والغوه عن راس الحمّال وشدّوا في ذكره حبلا وسحبوه في البلد وكانوا يضعون في يده مغرفة (يعني انها قلم) وقد غمست تلك المغرفة في العذرة فيقولون وقّع لنا يا مولانا، هذا فعلهم به مع حسن سيرته فيهم وكفّه عن اموالهم، ثم خلص منهم ودفن *

وفيها في ذي القعدة نزل تورانشاه اخو السلطان عن بعلبك وطلب عوضها الاسكندرية، فاجابه السلطان الي ذلك واقطع بعلبك لعز الدين فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب، فسار اليها فرخشاه وسار شمس الدولة تورانشاه الي الاسكندرية واقام بها الي ان مات بها *

ثم دخلت سنة ست سبعين وخمسماية، ذكر وفاة سيف الدين صاحب الموصل، في هذه السنة ثالث صفر توفي سيف الدين غازي بن مودود بن زنكي بن اقسنقر صاحب الموصل والديار الجزرية،

v) فنهب Forte quid deeſt.

x) ذكرذلك Conf. excerpta ex Hamaſa cl. Schultens p. 348.

y) منة الا لامر منة منه لامر Forte

gestum per novem annos et septem menses Chalifatum, princeps aequus et praeclarae gubernationis. Vezirum eius, Adad-ed-dinum, videbamus paullo ante ab Ismaëlitis peremtum. Huic suffecerat adminiftrum et arbitrum aulae suae Tahir-ed-dinum Abu-Becrum Mansurum, vulgo Ibn-el-Attarum [seu filium aromatarii] dictum. Hic vir post obitum Mostadii, curabat eius filio, Imamo Nasero ledin allah [hoc est, antisti legem divinam protegenti] trigesimo quarto Chalifae de Abbasi gente, sacramentum dici. Ille vero, ut capessiverat supremam auctoritatem, permittebat rerum suarum curam Maiori domus Magd-ed-dino Abu'l-Fadlo, qui die septimo undecimi eiusdem mensis Tahir-ed-dinum comprehendebat, et in Tagum (33) curabat transferri; unde haud diu post mortuus in humeris baiuli elatus est, die Mercurii, duodecimo dicti mensis. Tahir-ed-dini cadaver itaque videns Bagdadica plebs, percita furore et accurrens, detrahebat illud ex baiuli humeris, funeque ab ipsius pene religato tractabat augustam per urbem. Loco calami, quasi pristinum eius designaturi munus, ipsi cochleare in digitos indiderant, stercori mersum, iubebantque ipsum (alte vociferantes, Ia Maulana, vakké lana,) libellis suis supplicibus subscribere. Tam foede saeviebat rabiosa plebs in virum, quem erga se tam commodum rectorem experta fuerat, opumque suarum ut abstemium, sic tutorem. Tandem furentibus ereptus humo mandabatur.

Eodem undecimo mense resignabat Turanschah, frater Saladini, Baalabacum, eiusque loco sibi Alexandriam rogabat attribui. Frater eum voti faciebat compotem, et Alexandriam ablegabat (ubi etiam vitae finem invenit): Baalabacum autem assignabat Azz-ed-dino Ferochschaho, filio Schahinschahi, filii Eiubi, suo ex fratre nepoti.

Anno DLXXVI [qui die 27 Maii A. C. 1180 coepit] obibat die tertio secundi mensis Saif-ed-din Gazi, filius Maududi, filii Zenkii, filii Acsoncori, dominus Mauselae atque Mesopo-

الجزرية ، وكان مرضه السلّ وطال ، وكان عمره نحو ثلثين سنة ، وكانت ولايته عشر سنين ونحو ثلثة اشهر ، وكان حسن الصورة مليح الشباب تامّ القامة ابيض اللون ، عاقلا عادلا عفيفا شديد الغيرة لا يدخل بيته غير الخدم اذا كانوا صغارا ، واذا اكبر احدهم منعه ، وكان عفيفا عن اموال الرعية مع شحّ كان فيه ، وحين حضره الموت اوصي بالمملكة بعده الي اخيه عز الدين مسعود بن مودود واعطي جزيرة ابن عمر وقلاعها لولده سنجرشاه بن غازي ، فاستقر ذلك بعد موته حسبما قرّره ، وكان مدبّر الدولة والحاكم فيها مجاهد الدين قيماز ¤

وفيها سار السلطان صلاح الدين الي جهة قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان صاحب بلاد الروم ووصل الي رعبان ، ثم اصطلحوا ، فقصد صلاح الدين بلاد بن ليون الارمني وشنّ فيها الغارات ، فصالحه ابن ليون علي مال حمله واسري اطلقهم ¤

وفيها توفي شمس الدولة تورانشاه بن ايوب اخو صلاح الدين الاكبر بالاسكندرية ، وكان له معها اكثر بلاد اليمن ونوّابه هناك يحملون اليه الاموال من زبيد وعدن وغيرهما ، وكان اجود الناس واسخاهم كفّا يخرج كل ما يحمل اليه من اموال اليمن ودخل الاسكندرية ، ومع هذا فلما مات كان عليه نحو مايتي الف دينار مصرية ، فوفاها اخوه صلاح الدين عنه لما وصل الي مصر ، ووصل السلطان صلاح الدين الي مصر في هذه السنة في شعبان واستخلف بالشام ابن اخيه عز الدين فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب صاحب بعلبك ¤

ثم

tamiae, diuturna tabe confectus, triginta fere natus annos, quorum decem, cum tribus mensibus, in principatu exegerat; formosus, amabilis iuventute, staturae plenus, cute candidus, sapiens, aequus, castus, admodum zelotypus, adeo ut non permitteret suum gynaeceum intrare, nisi eunuchis admodum adhuc pueris. Quam primum enim eorum aliquis pubertatis annos attigisset, arcebat eum aditu sui Harami. Abstinebat etiam a civium opibus, quod mirum profecto in homine, alias avaro suorumque parco. Fini proximus principatum fratri, Azz-ed-dino Masudo, tribuebat, filio autem, Sangarschaho, praeter Gazirat-Ibn-Omar eoque spectantes arces, nihil. Neque post ipsius excessum ab hac demutatum fuit eius constitutione. Director et arbiter aulae erat Mogahed-ed-din Caimaz.

Eodem anno movebat Sultan Salah-ed-din adversus Kilig Arslanum, filium Masudi, dominum Romaniae, et arcem praecipue Roban. Sed conciliata protinus pace convertebat se deinceps ad territorium filii Leonis, Armeni (34), quem, frequentibus vexatum incursionibus, cogebat pacem pecunia, Muslemorumque, quos in vinculis tenebat, manumissione redimere.

Eodem obibat fatum suum apud Alexandriam Saladini frater natu maior, Schams-ed-daula Turanschah, filius Eiubi, dominus, praeter dictam urbem, Iemanae [seu Arabiae felicis], ubi constituti eius nomine Naiebi [seu vicarii] largos ipsi reditus ex Zabida et Adena, duabus eius provinciae capitalibus, ceterisque ibi terrarum urbibus, submittebant. Sed, ut erat hominum liberalissimus, et largitionum facillimus, non tantum hos, sed et Alexandriae suae, reditus consumserat omnes, et aes praeterea fecerat alienum ad ducenties mille numos aureos Misrenses: quae nomina omnia frater eius, Saladinus, ipsius nomine, postquam ab expeditione Syriaca Misram redierat, expediebat. Redibat autem ille octavo huius anni mense, relicto in Syria, qui per absentiam suam ibi res curaret, Azz-ed-dino Ferochschaho, filio Schahinschahi, domino Baalabaki.

ثم دخلت سنة سبع وسبعين وخمسماية ، فيها عزم البرنس صاحب الكرك علي المسير الي مدينة الرسول للاستيلاء علي تلك النواحي الشرقية ، وسمع ذلك عز الدين فرخشاه نايب عمه السلطان صلاح الدين بدمشق ، فجمع وقصد بلد الكرك واغار عليها واقام في مقابلة البرنس ، فغرّق البرنس جموعه وانقطع عزمه عن الحركة *

وفيها وقع بين نواب تورانشاه باليمن بعد موته اختلاف ، فخشي السلطان صلاح الدين علي اليمن ، فجهّز اليه عسكرا مع جماعة من امرايه ، فوصلوا الي اليمن واستولوا عليه ، وكان نواب تورانشاه علي عدن عز الدين عثمان الزنجيلي وعلي زبيد حطّان بن كامل بن منقذ الكناني من بيت اصحاب شيزر *

ذكر وفاة الملك الصالح صاحب حلب ، في هذه السنة في رجب توفي الملك الصالح اسماعيل بن نور الدين محمود بن زنكي بن اقسنقر صاحب حلب وعمره نحو تسع عشرة سنة ، ولما اشتدّ به مرض القولنج وصف له الاطبّاء الخمر ، فمات ولم يستعمله ، وكان حليما عفيف اليد والفرج واللسان ملازما لامور الدين لا يعرف له شي مما يتعاطاه الشباب ، واوصي بملك حلب الي ابن عمه عز الدين مسعود بن مودود بن زنكي صاحب الموصل ، فلما مات سار مسعود ومجاهد الدين قيماز من الموصل الي حلب واستقرّ في ملكها ، ولما استقر مسعود بن مودود في ملك حلب كاتبه اخوه عماد الدين زنكي بن مودود صاحب سنجر في ان يعطيه حلب وياخذ منه سنجر ، فاشار قيماز بذلك ، ولم يمكن مسعود الاّ موافقته ، فاجاب الي ذلك ، فسار عماد الدين الي حلب وتسلّمها

وسلّم

Anno DLXXVII [qui die 16 Maii A. C. 1181 coepit] tendebat Barnas (35) Medinat-en-Nabi [ſeu urbem prophetae] ceteraque iſta loca orientalia* ſubigere. Verum Azz-ed-din Ferochſchah, qui Damaſci excubabat, intellecta Franci molitione, coactis copiis invadebat Caracam, cogebatque Principem, perpetuis incurſionibus ſuiqui exercitus oſtentatione, viros ſuos dimittere et a propoſito deſiſtere.

Eodem mittebat Sultan Salah-ed-din Emirorum ſuorum aliquot cum ſufficiente manu in Arabiam felicem, metu, ne illa provincia ſibi ſuaeque genti per illos tumultus periret, quos ibi Turanſchahi praefecti poſt eius obitum concitaverant. Erant illi, Adanae quidem, Azz-ed-din Otman Ibn-ez-Zengil; Zabidae vero, Hattam, filius Cameli, Kenanita, de gente Monkeditarum, illorum, qui olim Schaizaram poſſederant. Hos a Saladino miſſi turbataſque provinciae res in ordinem redigebant.

Eiusdem anni ſeptimo menſe obibat Malec es-Saleh Iſmaël, filius Nur-ed-dini Mahmudi, filii Zenkii, filii Acſoncori, ſua in urbe, Halebo, e colica paſſione, iuvenis tam religioſus, et rigidus divinae legis obſervator, ut medicos ſperneret, in ultimo iſto morbo vini uſum ipſi, tanquam utilem, ſuadentes, malletque mori, quam prophetae ſanctiones violare. Comis etiam erat, rapinarum et veneris abſtemius, linguae purus et continens, perpetuo divini cultus exercitio deditus, ignarus earum voluptatum, quas amare venarique iuventus ſolet. Principatum Halebenſem legabat Azz-ed-dino (36) Maſudo, domino Mauſelae, filio ſui patrui, Maududi, filii Zenkii. Et ſane Maſud Halebum ſe, poſt affinis obitum, una cum Mogahed-ed-dino Caimazo, conferebat, adibatque haereditate ſibi relictam poteſtatem. Fratri tamen ſuo, Emad-ed-dino (37) Zenkio, Sangarae domino, paullo poſt eam permittebat, roganti, et eius loco ſuam Sangaram offerenti; non tam lubente animo, quam quod Caimaz illam permuta-

* Nempe reſpectu Aegypti.

وسلّم سنجر الي اخيه مسعود ، وعاد مسعود الي الموصل *

وفيها في شعبان توفي ابو البركات عبد الرحمان بن محمد بن ابي سعيد النحوي المعروف بابن الانباري ببغداد وله تصانيف حسنة في النحو ، وكان فقيها *

ثم دخلت سنة ثمان وسبعين وخمساية ، ذكر مسير السلطان صلاح الدين الي الشام ، في هذه السنة خامس المحرم سار السلطان صلاح الدين عن مصر الي الشام ، ومن عجيب الاتفاق انه لما برز من القاهرة وخرجت اعيان الناس لوداعه اخذ كل منهم يقول شيا في الوداع وفراقه ، وفي الحاضرين معلّم لبعض اولاد السلطان ، فاخرج راسه من بين الحاضرين وانشد ،

تمتّع *z* من شميم عرار نجد ، فما بعد العشية من عرار ،

فتطيّر صلاح الدين وانقبض بعد انبساطه وتنكّد المجلس علي الحاضرين ، فلم يعد صلاح الدين بعدها الي مصر مع طول المدّة وسار السلطان صلاح الدين واغار في طريقه علي بلاد الفرنج وغنم ووصل الي دمشق في حادي عشر صفر من هذه السنة ، ولما سار صلاح الدين الي الشام اجتمعت الفرنج قريب

z) وما ثبنتت Locus perobſcurus. Aliquid lucis mihi dedit Ibn-Schehnah, qui verſiculo ante laudato ذكرتك rel. addit ſequentem:

نجونا من الموت الوحي غير مرة وما ثبنتت الا وفي نفسها امر

(Pro quarta voce habebat cod. L. الوجي et Dorvill. الوصي). Ex his intellexi, وما ثبنتت cum ſequentibus eſſe finem verſus, ſed neſcio, quo pertineat ſuffixum ها in نفسها. In verſione dedi, quaſi وفي نفسي منها legiſſem, ita ut منها ad haſtas redeat, aut ſit neutrale, ſubintell. الخطة *hoc in negotio.*

tionem ipsi suadebat, cui adversari rerum eius ratio tum non sinebat. Sic permutatis urbibus redibat Azz-ed-din Masud Mauselam.

Eiusdem anni octavo mense Bagdadi exspirabat Abu'l-Baracat Abd-er-Rahman, filius Muhammedis, filii Abu-Saadi, fakihus idem et grammaticus: sed in grammatica potissimum valebat, quod eius eo in argumento proditi elegantes libri testantur. Vulgo notior est sub nomine Ibn-el-Anbari. (38)

Anno DLXXVIII [qui die 6 Maii A. C. 1182 coepit] idque quinto die primi mensis exibat Sultan Salah-ed-din Misra, in Syriam tendens. Quo tempore casus ipsi contingebat mirus et memorabilis. Ex urbe Cahira progressi vale dicturi exiverant civium plurimi atque praecipui. Quorum quisque iuxta seriem aliquid in rem praesentem, quod animus forte peculiare suggereret, expromebat. Erat in turba quoque magister unius aut alterius de liberis Saladini. Hic homo exserto per coronam capite ceteros interstrepens hunc veteris poëtae iactabat versiculum:

> Fruere fragrantia buphthalmi* Nagdensis, quoad licet. Paullo enim post non licebit. Post hanc vesperam buphthalmus nusquam erit amplius.

Terrebat Sultanum importuni interpellatoris tam sinistrum augurium, frontemque caperabat antea explicitam, totusque coetus tristitia conturbabatur. Et sane non caruit effectu scaevum omen. Multos quidem annos confecit Sultan ab eo inde die, nunquam tamen Misram rediit. Sic ille itaque tendens in Syriam vexabat in transitu ditionem Francicam, et tandem die secundi mensis undecimo Damascum veniebat. Interim confluxerant Franci apud

* Comparatur Saladinus cum hac herba odorata. Sensus: Pascite iam et satiate vestros oculos adspectu eius: nam posthac ipsum nunquam rursus videbitis. Vel etiam, si ad Saladinum referatur: Fruere, o Saladine, quam diu adhuc licet, tua Cahira tuisque gaudiis. Nam paullo post et deinceps in aeternum non licebit.

قريب الكرك ليكونوا علي طريقه، فانتهز فرخشاه بن اخي السلطان صلاح الدين ونايبه بدمشق الفرصة وسار الي الشقيف بعساكر الشام وفتحه، واغار علي ما يجاوره من بلاد الفرنج وارسل الي السلطان وبشّره بذلك *

ذكر ارسال سيف الاسلام الي اليمن، وفي هذه السنة سيّر السلطان اخاه سيف الاسلام طغتكين الي بلاد اليمن ليملكها ويقطع الفتن منها، وكان بها حطان بن منقذ الكناني وعز الدين عثمان الزنجيلي وقد عادا الي ولايتهما، فان الامير الذي سيّره السلطان الي اليمن توفّي وعزلهما فعاد بين حطان وعثمان الفتن قايمة، فوصل سيف الاسلام الي زبيد، فتحصّن حطان في بعض القلاع، فلم يزل سيف الاسلام يتلطف به حتي نزل اليه، فاحسن صحبته، ثم ان حطان طلب دستورا ليسير الي الشام، فلم يجبه الّا بعد جهد، فجهّز حطان اثقاله قدّامه، فدخل حطان ليودّع سيف الاسلام، فقبض عليه وارسل استرجع اثقاله واخذ جميع امواله، وكان من جملة ما اخذه سيف الاسلام من حطان سبعين غلاف زردية m مملوة ذهبا عينا، ثم سجن حطان في بعض قلاع اليمن، وكان اخر العهد به * واما عثمان الزنجيلي فلما جري لحطان ذلك خاف وسار نحو الشام وسيّر امواله في البحر، فصادفهم

a) الراحة Cod. L. et ed. Schult. الراحات

b) Forte وقد بلغ باهله الجهد كل المبلغ

c) المقدّم Frequentius ابن المقدّم Vtrumque recte. Redit enim ad شمس الدين, non ad عبد الملك.

d) الحيصبيص Ita Meidanius et Abu-Ofaiba. C. L. الحيصيص

apud Caracam, ut viam, qua transeundum erat Sultano, tuerentur et obſervarent. Non paſſus eam occaſionem ſibi elabi Ferochſchah cum Damaſcenis copiis egreſſus impetebat et expugnabat Heſn es-Schakif (39), indeque contiguum hoſtilem agrum infeſtabat excurſionibus, reique tam gratae nuncios ad Saladinum mittebat.

Idem Saladinus hoc anno fratrem ſuum, Saif-el-Iſlamum Togtekinum, expediebat in Arabiam felicem, eam occupatum ibique ſubortas ſeditiones ſuppreſſum. Emirus enim ille, qui antea Miſra legatus illuc iverat, poteſtate quidem ambos turbatores exuerat, Hattamum Monkeditam, Arabem Kenanitam, et Azz-ed-dinum Otmanum Zengilenſem: impedire tamen non potuerat, quin iidem poſt recuperatas priſtinas provincias priſtinae qnoque ſimultatis certamina reſumerent. Opus itaque provinciae adventu Saif-el-Iſlami erat. Verum Hattam illi ſe opponebat Zabidam allato, et includebat ſe arci cuidam eius agri, unde tamen eum Togtekin tandem aliquando dolo circumventum detrahebat, et primum quidem pulchris verbis eum alliciebat, deinde, cum in Syriam dimitti cuperet, veniam abeundi litterasque commeatus ipſi, non niſi poſt diuturnas flagitationes, indulgebat; et ſic irretitum perdebat hominem, omnibusque rapinarum theſauris expilabat. Nactus enim Hattam abeundi veniam conſarcinabat res ſuas, iisque praemiſſis ad Togtekinum adibat, ei vale dicturus. Hic autem illum attinebat, et in arcem quandam Arabiae felicis deportabat, unde nunquam in lucem rurſus prodiit; ſarcinas autem eius ex itinere revocabat; in quibus quantae gazae fuerint depoſitae, colligatur ex eo, quod Togtekin ea in praeda, praeter alia, ſeptuaginta ſaccis potitus fuerit, auro puro et ſolido plenis. Otman autem Zengilenſis, Hattami territus exemplo, abeundi veniam non rogans, non exſpectans, in Syriam evadebat itinere terreſtri, poſtquam opes ſuas mari Erythraeo commiſiſſet. Sed neque illae Togtekinum

فصادفهم مركب فيه اصحاب سيف الاسلام ، فاخذوا كل ما لعثمان
الزنجيلي ، وصفت بلاد اليمن لسيف الاسلام *

ذكر غارات السلطان صلاح الدين وما استولي عليه من البلاد ،

في هذه السنة سار السلطان صلاح الدين من دمشق في ربيع الاول
ونزل قريب طبرية وشنّ الغارات علي بلاد الفرنج مثل بانياس
وجينين والغور ، فغنم وقتل ، وعاد الي دمشق ، ثم سار عنها الي
بيروت وحصرها واغار علي بلادها ، ثم عاد الي دمشق ، ثم سار من
دمشق الي بلاد الجزيرة وعبر الفرات من البيرة ، فصار معه مظفر
الدين كوكبوري بن زين الدين علي بن بكتكين ، وكان حينيذ
صاحب حران ، وكاتب السلطان صلاح الدين ملوك تلك الاطراف
واستمالهم ، فاجابه نور الدين محمد بن قرا ارسلان صاحب حصن
كيفا وسار معه ، ونازل السلطان الرها وحاصرها وملكها وسلمها
الي مظفر الدين كوكبوري وقد اخذها من *n* قطب الدين بن ينال
بن حسان المنبجي ، فسار ينال الي عز الدين مسعود صاحب الموصل ،
ثم سار صلاح الدين الي الخابور وملك قرقيسيا وماكسين وعربان
والخابور واستولي علي الخابور جميعه ، ثم سار الي نصيبين وحاصرها
وملك المدينة ثم ملك القلعة ، ثم اقطع نصيبين اميرا كان معه
يقال له ابو الهيجا السمين ، ثم سار عن نصيبين وقصد الموصل ،
وقد

e) الابري Num recte? *f*) عليها *coram illa.*

g) الاجران Num الاردن . *h*) لدي Forte لذي

i) القعدة Sic interdum pro ذي القعدة

k) التاج Num التاجي ut sit nomen carceris a quodam Tag-ed-din conditi.

effugere poterant. Navis enim iis operata navi cuidam alteri occurrebat, familiares aliquos Togtekini vehenti, qui opes illas Otmani omnes corripiebant. Eaque ratione vindicata Togtekino in solidum fuit felix Arabia. (40)

Nunc ad res ab ipso Saladino per hunc annum in Syria et Mesopotamia gestas sermonem convertamus. Et mense quidem tertio egressus Damasco, positis apud Tiberiadem castris infestabat agrum Francicum, ut Paniaden, Gininam, et Gaur [seu Coelesyriam]. Inde praeda onustus, multis leto datis animabus, Damascum revertebatur. Paullo post [septentrionalem ad plagam conversus, ut paullo ante ad australem fuerat,] Bairutam obsidebat, et subiectum agrum depraedationibus vexabat. Reversus et inde denuo Damascum, in orientem terrasque Interamnem ibat, traiectoque apud Biram Euphrate, recipiebat castris accedentem Modaffar-ed-din Cucburium, filium Alii, filii Bectekini, Harranae dominum; ceterosque istorum tractuum regulos benignis litteris suas in partes invitabat. Hos inter ipsi obtemperabat Nur-ed-din Muhammed, filius Cara Arslani, de gente Ortoki, dominus Hesn Caifae. Cum eo Sultanus adoriebatur et post aliquam obsidionem subigebat Roham, quam modo laudato Modaffar-ed-dino Cucburio dabat. Cotb-ed-din Inal autem, filius Hassani, Manbegensis, qui eam hactenus tenuerat,* ad Azz-ed-dinum Masudum Mauselam abibat. Inde pergebat Salah-ed-din ad Chaburum tractum, ubi subigebat Carkisiam, Makesinam, Arabanam, et Chaburam, oppidum provinciae cognomine; verbo totum illum tractum, quem Aborras alluit et de se nominat. Inde Nisibinae orsus obsidionem, primum quidem oppidum, tum et arcem, nanciscebatur. Relicto ibi praefecto viro quodam, quem vulgo Abu'l-Haiga Saminum [seu crassum vel obesum] appellabant, adversus Mauselam contendebat, mense huius anni septimo, quae tamen, aeque atque cete-

 rae,

* Conf. ad ann. 571.

وقد استعد صاحبها عز الدين مسعود ومجاهد الدين قيماز للحصار وشحنوها بالرجال والسلاح ، فحصر الموصل واقام عليها منجنيقا ، فاقاموا عليه من داخل المدينة تسعة مناجنيق ، وضايق الموصل فنزل السلطان صلاح الدين محاذاة باب كندة ، ونزل صاحب حصن كيفا علي باب الجسر ونزل تاج الملوك بوري اخو صلاح الدين علي باب العمادي ، وجري بينهم القتال وكان ذلك في شهر رجب من هذه السنة ، فلما راي ان حصارها يطول رحلا عن الموصل الي سنجر وحاصرها وملكها واستناب بها سعد الدين بن معين الدين انز ، وكان من اكابر الامراء واحسنهم صورة ومعني ، ثم سار السلطان صلاح الدين الي حران ونزل في طريقه عن نصيبين ابا الهيجا السمين *

وفيها عمل البرنس صاحب الكرك اصطولا في بحر ايلة ، فساروا في البحر فرقتين ، فرقة اقامت علي حصن ايلة يحصرونه ، وفرقة سارت نحو عيذاب ويفسدون في السواحل ، وبغتوا المسلمين في تلك النواحي ، فانهم لم يعهدوا في هذا البحر فرنجا قط ، وكان بمصر الملك العادل ابو بكر نايبا عن اخيه السلطان صلاح الدين ، فعمر اصطولا في بحر عيذاب وارسله مع حسام الدين الحاجب لولو وهو متولي الاصطول بديار مصر ، وكان مظفرا فيه ه شجاعا ، فسار لولو مجدا في طلبهم واوقع بالذين يحاصرون ايلة فقتلهم واسرهم ، ثم سار في طلب الفرقة الثانية ، وكانوا قد عزموا علي الدخول الي الحجاز ومكة والمدينة ، وسار لولو يقفو اثرهم فبلغ رابغ فادركهم بساحل الحورا

وتقاتلوا

rae, ſe dare nolebat. Eius enim dominus, Azz-ed-din Maſud, et, qui conſiliorum ſummus adminiſter ipſi erat, Mogahed-ed-din Caimaz, virisque et armis eam probe muniverant, et obſidioni, diuturnae quamvis, tolerandae comparaverant. Tormentis quatiebat eam Saladinus, at oppidani novem alia tormenta opponebant. Multis in locis ſimul urgebat eam Saladinus, itaque diſtribuerat caſtra, ut ipſe quidem portam Kendah coram ſe haberet oppugnandam; dominus autem Heſn-Caifae portam Gaſr vel pontis [eius nempe, qui Tigridem iungit]; et tandem portam Emadicam de auctore dictam, frater Saladini, Tag el-Moluk Buri. Sed nihilo magis proficiebat, taedioque diuturnae obſidionis victus, miſſa Mauſela, Sangaram petebat, et obſidione domitam addebat Saad-ed-dino, filio Moïn-ed-dini Atozi, Emiros inter praecipuos uni, viro tam ſpecie, quam ipſa re pulcherrimo. Inde, tranſiens Niſibinam, remoto eius praefecto, Abu'l-Haiga Craſſo, Harranam pergebat.

Eodem inſtruebat Barnas [vel Princeps (41)] dominus Carakae, claſſem in Erythraeo ſinu, cuius una pars Ailam obſidione premebat, altera vero per iſtud mare ad ipſam usque Aidabam vagando terrebat et piratica corrumpebat iſta littora, ſecurosque et imparatos opprimebat iſtorum tractuum Muſlemos, qui neque nomen Francorum unquam audiverant antea, neque, quales Franci eſſent, noverant. Quapropter, qui Aegyptum per abſentiam Saladini regebat, eiusdem frater, Malec el-Adel Abu-Becr, claſſem armabat et Aidaba emittebat, ſub imperio Huſam-ed-dini Hagebi Lului, ſupremi per Aegyptum rei maritimae magiſtri, viri mari felicis et fortis. Hic Lulu primam quidem ſumma diligentia requirebat illam Francicae claſſis partem, quae Ailam obſidebat. Ea vero partim ferro deleta, partim in captivitatem diſtracta, e veſtigio alterum quoque indagabat agmen, quod in Hegazum ſe penetrare, Meccamque et Medinam rapere, decreverat; et aſſecutus in loco Rabeg dicto, in litore Hauraae

 ſito,

وتقاتلوا اشدّ قتال ، فظفّر p الله تعالي بهم وقتل لولو اكثرهم
واخذ الباقين اسري وارسل بعضهم الي مني لينحروا بها وعاد
بالباقين الي مصر فقتلوا عن اخرهم *

في هذه السنة توفي عزّ الدين فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب
صاحب بعلبك ، وكان ينوب عن صلاح الدين بدمشق ، وهو ثقته
من بين اهله ، وكان فرخشاه شجاعا كريما فاضلا وله شعر جيّد ،
ووصل خبر موته الي صلاح الدين وهو في البلاد الجزرية ، فارسل
الي دمشق شمس الدين محمد q بن عبد الملك المقدم ليكون
بها واقرّ بعلبك علي بهرامشاه بن فرخشاه المذكور *

وفيها توفي ابو العباس احمد بن علي بن الرفاعي من سواد واسط ،
وكان صالحا ذا قبول عظيم عند الناس وله من التلاميذ ما لا يحصي *

وفيها توفي بقرطبة خلف بن عبد الملك بن مسعود بن
بشكوال الخزرجي الانصاري وكان من علماء الاندلس ، وله التصانيف
المفيدة ، ومولده في سنة اربع وتسعين واربعماية *

وفيها توفي بدمشق مسعود بن محمد بن مسعود النيسابوري
الفقيه الشافعي ، ولد سنة خمس وخمسماية ، وهو الملقب قطب
الدين r ، وكان اماما فاضلا في العلوم الدينية ، قدم الي دمشق
وصنف عقيدة للسلطان صلاح الدين ، وكان السلطان يقريها
اولاده الصغار *

ثم دخلت سنة تسع وسبعين وخمسماية ، ذكر ما ملكه
السلطان صلاح الدين من البلاد ، فيها ملك السلطان صلاح الدين
حصن امد بعد حصار وقتال في العشر الاول من المحرم
وسلمها

ſito, graviſſimo contundebat praelio, divina favente victoria, hoſtiumque concidebat longe plurimos, reliquos in vinculis ſecum abripiebat, Miſraeque redditus ad unum omnes obtruncabat: aliquos etiam Meccam mittebat, in ſacra valle, ibi proxima, Mena dicta, victimarum ad inſtar mactandos.

Hoc anno deceſſit Azz-ed-din Ferochſchah, filius Schahinſchahi, filii Eiubi, dominus Baalabaki, apud Damaſcum, quam per abſentiam Saladini adminiſtrabat. Huic enim ſoli de omni gente ſua confidebat Saladinus. Erat vir fortis, nobilis, eruditus, elegans poëta. Saladinus de ipſius obitu nuncium nactus in Meſopotamia, Damaſco mittebat ſuo loco gubernatorem, Schams-ed-dinum Muhammedem, filium Abd-el-Maleki Mocaddami. Baalabaco vero ſinebat defuncti filium, Baharamſchahum, porro frui.

Eodem obiit Abu'l-Abbas Ahmed, filius Alii, vulgo Ibn-er-Rafai dictus, ex Savad [vel Campania] Vaſitena oriundus, vir ſanctus, et magnae apud omnes exiſtimationis, doctorque diſcipulorum innumerabilium.

Eodem obiit Cortobae Chalaf, filius Abd-el-Maleki (42), filii Maſudi, vulgo Ibn-Baſchcoval [Paſchalis, Pasqual] dictus, de illa Anſaritarum tribu, quae Chazrag appellatur, oriundus, unus eruditorum Andaluſenorum, auctor utilium librorum. Natus fuerat anno CCCCXCIV.

Eodem obibat Damaſci Imam Cotb-ed-din Maſud, filius Muhammedis, filii Maſudi, Niſaburenſis, fakihus Schafeïticus, natus anno DV, vir ſcientiis illis, quae ad fidem faciunt, egregie imbutus. Damaſcum venerat et compoſuerat in Saladini gratiam Akidah [ſeu Catechismum], quem auguſtus liberorum ſuorum parvulis tradi et exponi curabat.

Anno DLXXIX [qui die 25 April. A. C. 1183 coepit] occupabat Sultan Salah-ed-din Amidam poſt obſidionem et conflictum, intra primos decem dies primi menſis, eamque tradebat

Nur-

وسلمها الي نور الدين محمد بن قرا ارسلان بن داود بن سقمان
بن ارتق صاحب حصن كيفا، ثم سار الي الشام وقصد تل خالد من
اعمال حلب وملكها ، ثم سار الي عينتاب وحصرها ، وبها ناصر
الدين محمد اخو الشيخ اسماعيل الذي كان خازن نور الدين
محمود بن زنكي ، وكان قد سلّم نور الدين عينتاب الي اسماعيل
المذكور فبقيت معه الي الان ، فحاصرها السلطان وملكها بتسليم
صاحبها اليه ، فاقرّه السلطان عليها فبقي بخدمة السلطان ومن
جملة امرايه ، ثم سار السلطان الي حلب وحصرها ، وبها صاحبها
عماد الدين زنكي بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر ،
وطال الحصار عليه ، وكان قد كثر اقتراحات امراء حلب عليه وقد
ضجر من ذلك وكره حلب لذلك ، فاجاب السلطان صلاح الدين
الي تسليم حلب علي ان يعوض عنها بسنجار ونصيبين والخابور
والرقة وسروج ، واتفقوا علي ذلك وسلم حلب الي السلطان في صفر
من هذه السنة ، وكان ينادون اهل حلب علي عماد الدين المذكور
يا حمار بعت حلب بسنجار ، واشترط السلطان علي عماد الدين
المذكور الحضور الي خدمته بنفسه وعسكره اذا استدعاه ولا يحتجّ
بحجة عن ذلك ، ومن الاتّفاقات العجيبة ان محيي الدين بن
الزكي قاضي دمشق مدح السلطان بقصيدة منها ،

وفتحكم

f) تمتع Est versus ex Hamasae libro IV desumtns. Iuvat Merzukii quaedam ad versum nostrum verba afferre. العرار بقلة ناعمة صفراء طيبة الريح ، والواحدة عرارة ، قال الخليل العرارة البهارة البرية ، وقيل هو شجر وقد شبّه بها لون المراة ، "*Arâr* est planta

Nur-ed-dino Muhammedi, filio Cara-Arſlani (33), filii Davudi, filii Socmani, filii Ortoki, domino Heſn-Caifae. Dein redibat in Syriam [ex Meſopotamia] capiebatque Tall [ſeu collem] Chaledi in agro Halebenſe. Inde obſidebat Aintabum et in ea Naſir-ed-dinum Muhammedem, iſtius fratrem Schaich Iſmaëlis, qui theſaurarius olim Nur-ed-dini fuerat, ab eoque hanc arcem acceperat, et ad iſtud usque temporis tenuerat. Naſir-ed-dino absque mora ſeſe dedente, non tantum relinquebat ipſi Saladinus ſuam poſſeſſionem, verum etiam famulitio ſuo ſuisque adſcribebat Emiris, quos inter evaſit non ultimus.

Inde Haleb impetita, in qua degebat Emad-ed-din Zenki, avo cognominis, Maududi filius, eique admota obſidio; cuius paullo diuturnioris iam dum impatientem quum praeterea incluſi duces continuis querimoniis fatigarent, factum eſt, ut Emad-ed-din taedio victus importunorum, et inde ſubnato quodam urbis odio tentatus, eam Saladino, ſed honeſtis conditionibus, dederet, ut nempe in Halebi vicem, acciperet Sangaram, Neſibinam, Chaburam, Raccam, et Sarugam. Neque tamen poterat Halebenſi populo ſuam pactionem approbare. Publice plebs per plateas clamabant et cantillabant: Ia Hemâr, bata Haleb be-Sangar.* Viciſſim autem obſtrinxerat Emad-ed-din ſuam fidem eo, ut, quoties a Saladino requiſitus fuerit, et ipſe, et exercitus eius ad ſervitia praeſto adſint, absque ulla, cuiuscunque generis, cauſſatione. Et in hanc legem vacuabant Saladino Halebum ſecundo huius anni menſe. In hunc caſum edebat Damaſcenus Cadi, Mohii-ed-din Ibn ez-Zaki, carmen in Saladini laudes, cui verſum etiam hunc intexuerat, a praeſagio non vano memorabilem:

Quod

* Eſt elegans et absque controverſia pulcrum aequivocum. Notat enim ſive: *o aſine, vendidiſti Halebum Sangara*, ſive, *o aſine vendidiſti lac recens pro lacte acido et corrupto.*

وفتحكم حلبا بالسيف في صفر مبشر بفتوح القدس في رجب ،
فوافق فتح القدس في رجب سنة ثلث وثمانين وخمسماية * وكان
من جملة من قتل علي حلب تاج الملوك بوري بن ايوب اخو
السلطان الاصغر، وكان كريما شجاعا ، طعن في ركبته فانفكت ،
فمات منها ، فلما استقر الصلح عمل عماد الدين زنكي المذكور
دعوة للسلطان فاحتفل ، فبينماهم في سرورهم ان جاء انسان اسر الي
السلطان بموت اخيه بوري ، فوجد عليه في قلبه وجدا عظيما وامر
بتجهيزه ، فلم يعلم السلطان في ذلك الوقت احدا ممن كان في
الدعوة بذلك لئلا يتنكد عليهم ما هم فيه ، وكان يقول السلطان ما
وقعت حلب علينا رخيصة بموت بوري ، وكان هذا من السلطان من
الصبر العظيم * ولما ملك السلطان حلب ارسل الي حارم (وبها
سرخك الذي ولاه الملك الصالح بن نور الدين) في تسليم حارم ،
وجرت بينهما مراسلات ، فلم ينتظم بينهما حال ، فكاتب سرخك
الفرنج ، فوثب عليه اهل القلعة وقبضوا عليه وسلموا حارم الي
السلطان ، وقرر امر حلب وبلادها واقطع عزاز اميرا يقال له سليمان
بن جندر *t* *

وفيها قبض عز الدين مسعود صاحب الموصل علي نايبه
مجاهد الدين قيماز *

وفيها لما فرغ السلطان من تقرير امر حلب جعل فيها ولده
الملك الظاهر غازي ، وسار الي دمشق وتجهز منها للغزو ،
فعبر

planta delicata flava, fragrantis odoris; in fing. femin. Arara. Ait Chalil: Arara eft buphthalmus filveftris. Alii arborem perhibent. Comparatur ipfi color feminae.

Quod Halebum ſubegiſti ſecundo menſe, id nobis bonam facit ſpem,, fore, ut ſeptimo menſe Hieroſolymam expugnes.

Et profecto expugnata fuit Hieroſolyma ſeptimo anni DLXXXIII menſe. Inter eos, qui ad Halebum occubuerunt, praecipuus fuit frater Saladini natu minor, Tag-el-Moluk Buri, vir nobilis et fortis. Haſtae ictus illi tenente obſidione genu ruperat; quod vulnus eum paullo poſt urbem deditam exitio dabat. Convivio aderat Saladin, quod Emad-ed-din, poſt conſtitutam pacem, ipſi ceteriſque Emiris ſplendido apparatu inſtruxerat, quum aliquis ipſi nuncium de fratris obitu, clam ceteros convivas, in aurem inſuſurrat. Saladinus, utut aegerrime tantam ferens iacturam, nihil tamen eo quidem tempore propalabat, ne ſcilicet hilaritatem convivii luctu confunderet: tantummodo imperabat nuncianti ſubmiſſa voce, ut iuſta cadaveri fierent. Magnum conſtantiae in Auguſto documentum! Tempore autem poſt ſignificabat familiaribus hanc cladem, his verbis: Non exiguo nobis Halebum in Burii morte conſtitit.

Halebo itaque potitus mittebat ad Sarchocum, qui Haremum ab ipſo dedi poſtularet. Supra nempe vidimus, Malec es-Saleh Iſmaëlem, filium Nur-ed-dini, arcem iſtam iſti Sarchoco tuendam attribuiſſe. Sarchoc autem, quum res componi per oratores nequiret, ultro citroque aliquoties commeantes, neque ſatis luculentas atque optabiles exiſtimaret propoſitas a Saladino conditiones, inſtituebat cum Francis de deditione paciſci. Id animadvertentes, qui reliqui aderant in arce, praeſidiarii comprehendebat hominem, eiusque ſimul et arcis ſuae copiam Saladino faciebant. Poſthaec ordinabat Sultan Halebi res ex arbitrio, et Azzazo praeficiebat aliquem Emirum, cui nomen erat Solaiman, fil. Gandari; urbi autem ipſi recens acquiſitae et conſtitutae ſuum filium, Malec ed-Daherum Gazium, eoque facto Damaſcum redibat. Vbi comparatis ad expeditionem neceſſariis,

 die

فعبر نهر الاردن تاسع جمادي الاخرة من هذه السنة فاغار علي بيسان *v*
وحرقها وشنّ الغارات علي تلك النواحي ، ثم تجهّز السلطان الي
الكرك وارسل الي نايبه بمصر وهو اخوه الملك العادل ان يلاقيه الي
الكرك ، فسارا واجتمعا عليها ، وحصر الكرك وضيّق عليها ، ثم رحل
عنها في منتصف شعبان وسار معه اخوه ، وارسل السلطان ابن اخيه
الملك المظفر تقي الدين عمر الي مصر نايبا عنه موضع الملك
العادل ، ووصل السلطان الي دمشق واعطي اخاه ابا بكر العادل
مدينة حلب وقلعتها واعمالها وسيّره اليها في شهر رمضان من هذه
السنة واحضر ولده الظاهر منها الي دمشق *

وفي هذه السنة في جمادي الاخرة توفي محمد بن بختيار
بن عبد الله الشاعر المعروف بالابله *

وفي هذه السنة (اعني سنة تسع وسبعين وخمسماية) في اواخرها
توفي شاهرمن *x* سكمان بن ظهير الدين ابراهيم بن سكمان القطبي
صاحب خلاط ، وقد تقدّم ذكر ملك شاهرمن المذكور في سنة احدي
وعشرين وخمسماية ، وكان عمر سكمان لما توفي اربعا وستين سنة ، ولما
مات سكمان كان بكتمور مملوك ابيه بميافارقين ، فلما سمع بكتمر
بموته سار من ميافارقين ووصل الي خلاط ، وكان اكثر اهلها وكافّة *y*
مماليك شاهرمن متّفقين معه ، فاول وصوله استولي علي خلاط
وتملّكها وجلس علي كرسي شاهرمن واستقر في مملكة خلاط حتي
قتل في سنة تسع وثمانين وخمسماية حسبما نذكره ان شاء الله تعالي *

ثم دخلت سنة ثمانين وخمسماية ، ذكر وفاة يوسف بن عبد المومن ،
في هذه السنة سار ابو يعقوب يوسف بن عبد المومن ملك الغرب الي
بلاد

die nono ſexti menſis traiecto Iordane invadebat Baiſanam, eamque flammis delebat, et totum illum agrum infeſtabat. Inde adverſus Caracam movebat, iunctusque cum fratre eodemque ſuo apud Miſram Vicerege, Malec el-Adelo, quem illuc convenire iuſſerat, eandem arcta obſidione premebat: medio tamen octavo menſe inde decedebat, ſecum habens dictum ſuum fratrem, quem Halebum mittebat ibi ſuo loco res curaturum, inde Damaſcum revocato filio, Malec ed-Daher Gazio; Miſram autem ablegabat futurum ibi poſt Malec el-Adelum gubernatorem, Malec al-Modaffar Taki-ed-dinum Omarum.

Eodem comprehendebat Azz-ed-din Maſud, dominus Mauſelae Naiebum [ſeu vicarium] ſuum Mogahed-ed-dinum Caimazum. (44)

Eiusdem anni ſexto menſe deceſſit Muhammed, filius Bochteiari, filii Abdallae, poëta, vulgo dictus el-Áblah [ſeu ſtupidus].

Eodem anno DLXXIX exeunte obiit anno aetatis ſexageſimo quarto Schah Armen Socman, filius Dahir-ed-dini Ibrahimi, filii Socmani Cotbici, [a Cotb-ed-dino quodam, hero quondam ſuo, ſic dicti] dominus Challatae, qui quomodo nactus poteſtatem fuerit, diximus ad an. DXXI. Erat patris eius, Dahir-ed-dini, aliquod olim mancipium eo tempore Maiiafarekinae praefectus, nomine Bektimur, qui audiens de Socmani morte protinus ad Challatam aderat, eamque vix aggreſſus accipiebat absque mora, faventibus ipſi oppidanorum plurimis, et Socmani mamlukis omnibus; tenuitque usque ad annum DLXXXIX, quo peremtus fuit, ut ibi dicemus.

Anno DLXXX [qui die 13 April. A. C. 1184 coepit] invadebat, traiecto freto Gaditano, magnis cum copiis Francorum in Hiſpania ditionem Abu-Iacub Iuſef, filius Abd-el-Mumeni, dominus Mauritaniae. At Schantarinam dum obſidet, urbem Andaluſiae occidentalis, morbo (45) ibi oppetebat, menſe tertio,

بلاد الاندلس وعبر البحر في جمع عظيم من عساكره وقصد بلاد
الفرنج ، فحصر شنترين من غرب الاندلس ، واصابه مرض فمات
منه في ربيع الاول وحمل في تابوت الي مدينة اشبيلية ، وكانت مدّة
مملكته اثنتين وعشرين سنة وشهورا ، وكان حسن السيرة واستقامت
له المملكة لحسن تدبيره ، ولما مات بايع الناس ولده يعقوب بن
يوسف بن عبد المومن وكنيته ابو يوسف وملّكوه عليهم في الوقت الذي
مات فيه ابوه لئلّا يكونوا بغير ملك يجمع كلمتهم لقربهم من العدوّ ،
فقام يعقوب بالملك احسن قيام واقام راية الجهاد واحسن السيرة *

ذكر غزو السلطان الكرك ، في هذه السنة في ربيع الاخر سار
السلطان صلاح الدين من دمشق للغزوة وكتب الي مصر ، فسارت
عساكرها اليه ، ونازل الكرك وحاصره وضيّق علي من به وملك
ربض الكرك وبقيت القلعة وليس بينها وبين الربض غير خندق
حسب n) ، وقصد السلطان صلاح الدين طمّه ، فلم يقدر لكثرة
المقاتلة ، فجمعت الفرنج فارسها وراجلها وقصدوه ، ولم يمكن
السلطان الّا الرحيل ، فرحل عن الكرك وسار اليهم ، فاقاموا في اماكن
وعرة واقام السلطان قبالتهم ، فسار من الفرنج جماعة ودخلوا الكرك ،
فعلم بامتناعه عليه ، فسار الي نابلس واحرقها ونهب ما في تلك
النواحي وقتل واسر وسبي فاكثر ، ثم سار الي سبسطية وبها مشهد
زكريا عليه السلام ، فاستنقذ ما بها من اسري المسلمين ، ثم سار
الي جينين ثم عاد الي دمشق *

ذكر

m) مزربية Ita codex. Cl. Schultens edidit مزربية Vide adnot. hiſtor.
n) وقد اخذها من Haec de meo addidi.
o) فيه Aut delendum, aut شجاعة ſcribendum: *but the text as it now stands agrees with that of Schultens.*

Sevillamque in arca deportatus ibi humabatur. Regnaverat annos viginti duos cum aliquot menſibus, praeclara cum laude, regnum ſemper habens firmum et tranquillum, cuius bene gubernandi callebat et exercebat artes. Sufficiebant ipſi filium Abu-Ioſephum Iacobum, eo ipſo tempore, quo pater decedebat, ne ſcilicet rege carerent, qui poſſet auctoritate ſua interpoſita duces, ſi forte diſcordes eſſent (46), in concordiam conciliare. Et implebat omnino ſuorum ſpem Iacobus, vexillum ſacri belli erigens, ſtudioque propagandae fidei ſtudium probae gubernationis adiungens.

Huius anni menſe tertio reſumebat Sultan expeditionem adverſus Caracam, egrediebatur Damaſco, iubebat copias Miſrenſes eodem convenire, obſidebat Caracam, et ſuburbium absque negotio ſubigebat. Arx autem eo plus faceſſebat negotii, non quidem quod magnopere munita eſſet et inacceſſa; modica enim foſſa illam a ſuburbio dirimebat, quam facile potuerat oppugnator ingeſta terra materiaque opplere, ſed inexhauſta multitudo Francorum arcem defendentium ipſi neque copiam eius rei, neque otium faciebat undecunque diſtricto. Quo quum accederet exercitus utriusque militiae numeroſiſſimus, quem Franci aliunde coëgerant, ad liberandam hanc ſuam momenti maximi arcem accurrens, non poterat Saladinus non abſcedere. Mens eius erat, quacum etiam adverſus advenientem exercitum procedebat, eum, ſi pote, diſcutere, denuoque deinceps obſidionem redordiri. At Franci praecipitia occupabant, copiamque adipiſcebantur ſuos gentiles Carakae novis ſuppetiis reficiendi. Saladinus e regione illorum ſedens, ut intelligebat, nullo modo ſe loci compotem fieri poſſe, Neapolin abibat, eaque combuſta totum illum agrum devaſtabat, caedibus, vinculis, rapinis, mirum in modum graſſans. Sebaſtiae deinde, ubi martyreum eſt S. Zachariae, multos Muſlemos catenis liberabat. Tandem per Ginînam redibat Damaſcum.

Eodem

ذكر وفاة صاحب ماردين ، في هذه السنة مات قطب الدين ايلغازي بن نجم الدين البي بن تمرتاش بن ايلغازي بن ارتق صاحب ماردين ، اقول انه قد تقدّم في سنة سبع واربعين وخمسماية ذكر ملك *a* البي والد ايلغازي المذكور ، وبقي البي في ملك ماردين حتي توفي *b* وملك بعده ابنه ايلغازي المذكور ، ولم يقع لي وفاة البي وملك ايلغازي المذكورين متي كان لاثبته ، ولما مات ايلغازي المذكور كان له اولاد اطفال ، فاقيم في الملك بعده ولده حسام الدين بولق ارسلان واقام بتدبير المملكة وترتيبها مملوك والده نظام الدين البقش حتي كبر بولوق ارسلان ، وكان به هوج وخبط ، فمات بولوق ارسلان وملكوا بعده اخاه الاصغر ناصر الدين ارتق ارسلان بن قطب الدين ايلغازي ، ولم يكن له حكم بل الحكم الي البقش بحيث كان لا يخرج البقش عن راي لولو المذكور ولم يكن لناصر الدين ارتق ارسلان صاحب ماردين من الحكم شي ، وبقي الامر كذلك الي سنة احدي وستماية ، فمرض النظام البقش واتاه ناصر الدين صاحب ماردين يعوده ، فلما خرج من عنده خرج معه لولو ، فضربه ناصر الدين بسكّين فقتله ثم عاد الي البقش فقتله وهو مريض ، واستقلّ ارتق ارسلان بملك ماردين من غير منازع *

وفيها توفي شيخ الشيوخ صدر الدين عبد الرحيم بن اسماعيل بن ابي سعيد احمد ، وكان قد سار من عند الخليفة الي السلطان صلاح الدين في رسالة ، ومعه شهاب الدين بن بشير ليصلحا بين السلطان صلاح الدين وبين عز الدين مسعود صاحب الموصل ، فلم ينتظم حال واتفقا انهما مرضا بدمشق وطلبا

Eodem obibat Cotb-ed-din Ilgazi, filius Nagm-ed-dini Alpii, filii Timurtaſchi, filii Ilgazii, filii Ortoki, dominus Merdinae; de cuius patre, Nagm-ed-dino Alpio, feci quidem ad annum DXLVII mentionem, quo nimirum ille paternam in dominationem ſuccedebat. Quo autem anno idem regno vitaque deceſſerit, et quo proinde noſter Cotb-ed-din ad rerum adminiſtrationem adierit, quandoquidem nuspiam id annotatum reperii, tradere mihi non licuit. De liberis, quos Cotb-ed-din parvulos relinquebat, renunciabatur princeps natu maior Huſam-ed-din Buluc Arſlan, quem ſimul et regnum tuebatur paternus aliquis mamlucus, Nattam-ed-din al-Bacaſch, donec dictus Huſam-ed-din adoleſceret et ſimul obiret (47), non magno cum damno reipublicae. Stolidus enim et impotens erat iuvenis. Ei ſufficiebat Bacaſch eius fratrem minorem, Naſer-ed-dinum Ortoc Arſlanum, ſed eum nomine tenus principem, et gemini mancipii ſervum. Bacaſch enim, qui eum moderabatur, ab arbitrio ſui mancipii, Lului (48), pendebat. Exactis in hac tutela compluribus annis, eximebat tandem Naſer-ed-din iugo cervicem anno DCI, quo gravis aliquis morbus Bacaſchum impetebat. Per quem dum Naſer-ed-din ad aegrotum inviſit, contingebat, ut eum diſcedentem extra cubiculi fores comitaretur modo dictus ille Lulu. Hunc Naſir-ed-din, copiam nactus, ſica, quam in ſinu gerebat, confodiebat, miſſoque iacente protinus in cubiculum reverſus herum ſervo eodem ferro, quamvis aegrum, addebat; eaque ratione paedagogo tyrannoque liber rerum ſuarum ipſe curam capeſſebat.

Eodem obibat Schaich es-Schojuch [hoc eſt maximus Schaich] Sadr-ed-din Abd-er-Rahim, filius Iſmaëlis, filii Abu-Saïdi Ahmedis, in legatione, quam Chalifae nomine ad Sultanum Salah-ed-dinum eo fine obierat, quo hunc cum Mauſelae domino, Azz-ed-dino Maſudo, conciliaret. Sed et fruſtra laborabat, et morbo infeſtabatur Damaſci. Idem experiebatur

وطلبا المسير الي العراق وسارا في الحرّ، فمات ابن بشير بالسخنة ومات شيخ الشيوخ صدر الدين بالرحبة فدفن بمشهد البوق، وكان اوحد زمانه قد جمع بين رياسة الدين والدنيا *

وفيها في المحرم اطلق عز الدين مسعود صاحب الموصل مجاهد الدين قيماز من الحبس واحسن اليه *

ثم دخلت سنة احدي وثمانين وخمسماية، ذكر حصار السلطان صلاح الدين الموصل، في هذه السنة حصر السلطان صلاح الدين الموصل، وهو حصاره الثاني، فارسل اليه عز الدين مسعود والدته وابنة عمه نور الدين محمود بن زنكي وغيرهما من النساء وجماعة يطلبون منه ترك الموصل وما بايديهم، فردّهم، واستقبح الناس ذلك من صلاح الدين لاسيما وفيهن بنت نور الدين محمود، وحاصر الموصل وضايقها، وبلغه وفاة شاهرمن صاحب خلاط في ربيع الاخر من هذه السنة، فسار عن الموصل الي جهة خلاط باستدعاء اهلها ليملكها *

per جرايد الحساب Verum tamen id me torquet in hoc loco, quod ſtatim صحايف منشورة memorentur, unde tautologum videri queat. Sunt quoque جرايد *turmae expeditae*, praeſertim *equitum*. Quales autem deſignentur *turmae luſtrandae* in iudicio Bagdadico non ſatis intelligo.

c) كل Repoſui ex Ibn-Schehna. C. L. يوم

d) ظهر بها Male Schultens ظربها quod nihili eſt.

e) كثرتهم Forte كثرة

volebat unice; ut cognitum deinceps fuit. Arceſſitus enim ad auguſtum, quum tres tantummodo dies adhuc ad condictum ſupereſſent, et interrogatus de promiſſa deditione, cauſſabatur gentiles ſuos, tam neceſſarios, quam ceteros praeſidiarios; in deditionem conſentire nolle. Sultan itaque impoſtorem attinebat, et Damaſcum in cuſtodiam ablegabat. (76)

Eodem obſidebant Franci Ptolemaidem (77) magno numero, tam Tyrii illi, quam alii recens in Syriam advecti. Praeſidia ſcilicet iſtarum urbium et arcium, quae deditione Saladino conceſſerant, Tyrum, ut ſupra vidimus, omnia deportata et quaſi compulſa, innumerabilis hominum multitudo, gentilibus ſuis ultra mare per litteras legatosque, de Hieroſolymae totiusque paene Syriae iactura, rebusque ſuis miſerum in modum everſis ſignificaverant, promptumque ab illis auxilium cum lacrimis flagitaverant; et, quo ſtimularent magis aemulationem Europaeorum, addiderant illis pictam Meſſiae imaginem (78), adſtanti Arabi, ad ſanguinis usque ſtillicidium, vapulantis. Arabem autem illum interpretabantur Arabum prophetam eſſe, qui Chriſtum cruentet. Tam triſte ſpectaculum efferabat Vltramarinos utriusque ſexus adeo, ut feminae quidem amentes extra ſuas aedes in publicum procurrerent, viri autem, quos facile non numeraveris, claſſe Tyrum convolarent inſtructiſſima. Hi iuncti ex Tyrio portu Ptolemaidem invadebant, medio huius anni ſeptimo menſe, illamque tam includebant arcte, (quaſi dimidium in circulum) ab uno litore [ſeptentrionale] maris Syriaci ad alterum [auſtrale] circa moenia circumducti, ut aditu Muſlemos ad urbem, et, quae ibi habebant, praeſidia, omne prorſus excluderent: ex quo numerum eorum intelligas. Hos itaque Saladin, caſtris quam poterat proxime appoſitis, ipſis octavi menſis Calendis praelio laceſſebat; quo per aliquot dies aequabilibus animis continuato, contingebat tandem, ut Taki-ed-din Omar, dominus Hamatae, e dextro, quod regebat, cornu vehemente

 in-

فازالهم عن موقفهم والتزق بالسور فانفتح الطريق الي المدينة يدخلون المسلمون ويخرجون وادخل السلطان الي عكا عسكر نجدة وكان من جملتهم ابو الهيجا السمين ، وبقي المسلمون يغادون القتال ويراوحونه الي العشرين من شعبان ، ثم كان بين المسلمين وبينهم وقعة عظيمة ، فان الفرنج اجتمعوا وضربوا مع السلطان مصافا وحملوا علي القلب وازالوه واخذوا يقتلون في المسلمين الي ان بلغوا الي خيمة السلطان ، وانحاز السلطان الي جانب وانضاف اليه جماعة وانقطع مدد الفرنج واشتغلوا بقتال الميمنة ، فحمل السلطان علي الفرنج الذين خرقوا القلب وانعطف عليهم العسكر فافنوهم قتلا ، وكانت قتلي الفرنج نحو عشرة الاف نفس ، ووصل المنهزمون بعضهم الي طبرية وبعضهم وصل الي دمشق ، وجافت الارض بعد هذه الوقعة ولحق السلطان مرض وحدث له قولنج ، فاشار عليه الامراء بالانتقال من ذلك الموضع ، فوافقهم ورحل عن عكا رابع عشر رمضان من هذه السنة الي الخروبة ، ولما رحل تمكن الفرنج من حصار عكا وانبسطوا في تلك الارض وفي تلك الحال وصل اسطول المسلمين في البحر مع حسام الدين لولو ، وكان شهما ، فظفر ببطشة للفرنج فاخذها ودخل بها عكا وقوي قلوب المسلمين ، وكذلك وصل العادل بعسكر مصر *f* الي اخيه السلطان ، فقويت نفوس المسلمين بوصوله *

وفيها

f) Post مصر erat in codice Leidense وبالسلطان, quod eum cl. Schultensio expunxi. Si non omnino superflua sit vox, reformanda erit in والساحل, sed potius omittenda.

invectus impetu, Francos difcuteret, ad ipfa urbis moenia penetraret, eoque liberam redderet Muflemis viam ultro citroque commeandi. Qua ufus occafione Saladinus urbi fupplementum recens immittebat, quos inter ille Abu'l-Haiga Samin [feu Craffus] erat, cuius iam fupra mentionem fecimus. Interea continuabant Muflemi Francos indefinenter maneque vefperaeque pugnando laceffere et fatigare, donec eiusdem octavi menfis vigefimo die ingens accideret et paene decretoria pugna, quae magnum videbatur Muflemis malum minitari, fed Francos multo magis attrivit. Hi nempe conglobati Saladinum adoriebantur, et immane impetu in mediam eius aciem, quam ipfe obtinebat, invecti, loco eam movebant. Saladinus infanae violentiae cedendum ratus ad latus deflectebat, et fuorum ad fe manipulos aliquot coëuntes recipiebat. Videns autem eosdem Francos, qui mediam fuam aciem impulerant, nimium provectos effe, quam ut a fuis reliquis, profligandae dextrae Muflemorum alae intentis, fuftineri poffent, impetum in eos dabat; ad quod exemplum revolutus reliquus exercitus ita involvebat tanquam fagena hos interceptos et avulfos, ut internecione omnes deleret. Profecto ceciderunt eo die Francorum circiter decem millia. (79) Fugati autem Muflemi partim Tiberiadem, partim Damafcum, abibant. Paullo poft hanc pugnam incidebat Sultan in morbum colicum ex foetore cadaverum (80): quapropter aurem praebebat Emiris illinc abire fuadentibus. Translata itaque Accone caftra fuerunt Charubam decimo quarto die noni menfis. Vnde nata Francis denuo libertas urbem concludendi, fefeque per totum illum agrum explicandi. Adveniebat interea Muflemica claffis fub ducatu viri fortis, Hufam-ed-dini Lului, qui Francicam in via nactus onerariam in urbem fecum introducebat, eoque corda Muflemorum confirmabat. Pariter adveniebat al-Malec al-Adel cum exercitu Mifrenfe ad fratrem, Saladinum; quae res Muflemis fimiliter animos addebat.

N 3 Eodem

وفيها توفي بالخروبة الفقيه عيسى وكان مع السلطان وهو من اعيان عسكره وكان جنديا فقيها شجاعا ، وكان من اصحاب الشيخ ابي القاسم البرزي *

وفيها توفي محمد بن يوسف بن محمد بن فايق الملقب موفّق الدين الاربلي الشاعر المشهور وكان اماما مقدما في علم العربية وكان اعلم الناس بالعروض واحذقهم بنقد *g* الشعر واعرفهم بجيّده من رديه *h* ، واشتغل بعلوم الاوايل وحلّ كتاب اقليدس وهو شيخ ابي البركات بن المستوفي صاحب تاريخ اربل ، ورحل ابن الفايق المذكور الي شهرزور واقام بها مدة ، ثم رحل الي دمشق ومدح السلطان صلاح الدين يوسف ، ومن شعره قصيدة مدح بها زين الدين يوسف صاحب اربل منها ،

رب دار بالحمي طال بلاها عكف الركب عليها فبكاها ،
كان لي فيها زمان وانقضي ، فسقي الله زماني وسقاها ،
قل لجيران مواثيقهم كلّما احكمها رثّت قواها ،
كنت مشغوفا بكم ان كنتم شجرا لا يبلغ الطير ذراها ،
وانا طمع اغري بكم عرض الياس لنفسي فيناها *k* ،

فصبابات

g) بنقد Eleganter dictum. نقد proprie de numis ufurpatur, *probos ab improbis difcernere et feparare.* Hinc translatum ad poëfin, et carmina boni atque fequioris commatis.

h) واعرفهم بجيده من رديه gloffam fapiunt.

i) قواها *funes copularum crepuerunt.* المواثيق funt copulae, firmi nexus amicitiae; funes earum funt media illas continentia. قوة eft robur, virtus, potentia, fed proprie funis, aut potius ftria una, vel fibra,

Eodem anno decedebat in caſtris apud Charubam Iſa, miles idem et fakihus fortiſſimus, dilectiſſimus Saladino maximique factus. Diſcipulus ille quondam fuerat Abu'l-Caſemi Borzaienſis.

Eodem obiit Movaffek-ed-din Muhammed, filius Ioſephi, filii Muhammedis, vulgo Ibn-Faiek* dictus, Arbelenſis, poëta celeber, linguae callentiſſimus Arabicae, et proſodiae quoque, perſpicaciſſimus in carminum aeſtimatione, ut ab improbis et pravis proba et ſana decernere noſſet. Dederat quoque veteribus philoſophis operam, et reſolverat libros Euclidis. Erudivit Abu'l-Baracatum Ibn al-Moſtaufium, auctorem Chronici Arbelenſis. Scheherzurae moratus aliquamdiu Damaſcum ibat, ibique concelebrabat Sultanum Salah-ed-dinum. Specimen poeſeos huius viri dabimus ex illo carmine, quo Zain-ed-dinum Ioſefum,** dominum Arbelae, cecinit. Orditur ſic:

Erat olim tentorium in Hema iam dudum obſoletum, ad cuius aream plorantes conſiſtunt viatores, quando transeunt. (81)

In eo mihi fuit olim actum tempus, at nunc tranſactum. Benedicat deus illi tempori meo et illi tentorio!

Dic vicinis, quorum amicitiae foederumque funes, quotiescunque conſtringam, toties tamen crepant et diffluunt:

"Ego vos olim tenera deperibam affectione, at vos eratis arbor, ad cuius culmen avis evolare nulla valet.***

Et, ſi quando veſtrum cupido et ſpes me ad vos impelleret, attamen intercedebat quaſi ex transverſo veſtrum deſperatio, et arcebat me.

Atque

* *Faiek.* Paullo poſt eſt *Cajed* قايد: neſcio utrum rectius.

** De quo vid. ad an. ſeq. 586.

*** Symbolum hominum ſcaevorum, quorum amicitia nequit aut obtineri, aut retineri; item rerum omnium arduarum, adeptu difficilium.

فصبابات الهوي اولها النفس وهذا منتهاها ،

لا تظنوا لي اليكم رجعة ، كشف التجرّب *l* عن عيني عماها ،

ان زين الدين اولاني يدا لم تدع لي رغبة فيما سواها *

وهي طويلة اقتصرنا منها علي هذا القدر ، وكان ابوه محمد تاجرا يتردّد الي البحرين لتحصيل اللالي من المغاصات *

وفيها توفي محمد بن علي بن ابي طالب بن عبد الله الاصفهاني المعروف بالقاضي صاحب الطريقة في الخلاف وصنّف فيه التعليقة وهي عمدة المدرسين في القاء الدروس ومن لم يذكرها *m* فانما هو لقصور فهمه عن ادراك دقايقها ، وكان متفننا في العلوم وله في الوعظ اليد الطولي *

ثم دخلت سنة ست وثمانين وخمساية ، في هذه السنة بعد دخول *n* رحل السلطان عن الخروبة الي قتال الفرنج علي عكا ، وكان الفرنج قد عملوا قرب سور عكا ثلاثة ابرجة طول البرج ستون ذراعا جاوا بخشبها من جزاير البحر ، عملوها طبقات وشحنوها بالسلاح والمقاتلة ولبسوها جلود البقر والطين بالخل ليلّا يعمل فيها النار ،

fibra, e quarum pluribus complicatis funis conſtat. Hinc مرس القوي *funis bene tortus quoad fibras ſuas* apud Gorairum, et كادت قوي سبب الحبال تقطع apud eundem, *parum aberat quin fibrae funis copularum* [amicitiae] *rumperentur.* item:

امست قوي من حبال الوصل قد بليت يا ربما نراها حقبة جددا ،

"Fibrae funium iunctionis [amicitiae] iam tandem obſoluerunt, quas o quam vidimus olim recentes et firmas."

k) فيناها C. L. فتناها *l*) التجرب C. L. التجريب

Atqui teneritudinum amoris principium et cauſſa eſt amantis
animus, et amor ipſe tantum eſt eius finis et effectus.*
Ne putetis me ad vos rediturum. Experientia ab oculo meam
caecitatem diſcuſſit, docuitque me vos pernoſſe, et dignos amare.
Zain-ed-din beneficiis me affecit, quae non ſinunt me alia alterius deſiderare."

Tantum de longo illo carmine. Patrem habuerat poëta mercatorem margaritarium, qui ſui mercimonii cauſſa ſaepius itinera in Bahrein ad margaritarum piſcinas fecerat.

Eodem obiit Muhammed, filius Alii, filii Abu-Talebi, filii Abdallae, Iſfahanenſis, vulgo Cadi** dictus, methodi peculiaris in Chelaf [ſeu theologia polemica] auctor, qua in re ſcripſit Talica [ſchediaſma***], librum, qui fundamentum eſt et enchiridion profeſſoribus praelegentibus, quem commentantur, et notum praeſupponunt, et quem qui non capit, id ſtupori ſuo et hebeti debet ingenio. Variarum rerum pollebat ſcientia, ſed in paraeneſibus regnabat.

[Handwritten marginal note: and if any one [...] able to underst[...] this book his [...] must solely a[...] from his inte[...] being too weak [...] comprehend i[...] deties.]

Statim poſt calendis Anni DLXXXVI [qui die Febr. 18. A. C. 1189 coepit] reſumebat Sultan Saladin, Charuba egreſſus, bellum contra Francos Ptolemaidem obſidentes; prope cuius illi moenia tres turres fecerant, ſexaginta ſingulas ulnarum, ligno ex inſulis vicinis mediterranei maris advecto. Contiguationes quasque armis armatisque viris oppleverant, et contra vim flammae ſuperinductis boum tergoribus, quae humida argilla ex aceto incru-

* Ergo ſuppreſſa cauſſa, ſupprimitur quoque effectus. Amatori ſpreto, perit amor.

** Deeſt epitheton.

*** Talica, et frequentius in plurali, Taalic, nomen librorum, quales ſunt noſtra compendia, conſpectus; notat etiam notas marginales; item ſchediaſmata. Vid. ad ann. 406.

النار، فتحيّل المسلمون واحرقوا البرج الاول واحترق بمن فيه من الرجال والسلاح، ثم احرقوا الثاني والثالث وانبسطت نفوس المسلمين لذلك بعد الكابة، ووصل الي السلطان العساكير من البلاد، وبلغ المسلمين وصول ملك الالمان، وكان قد سار من بلاد وراء القسطنطينية بماية الف مقاتل، واهتمّ المسلمون لذلك وايسوا من الشام بالكلية، فسلّط الله تعالي علي الالمان الغلاء والوباء، فهلك اكثرهم في الطريق، ولما وصل ملكهم الي بلاد الارمن نزل في نهر هناك فاغتسل فغرق، فاقاموا ابنه مقامه، فرجع طايفة من عسكره الي بلادهم وطايفة خامرت ابن الملك *o* المذكور ورجعوا ايضا، ولم يصل مع ابن ملك الالمان الي الفرنج الذين علي عكا غير تقدير الف مقاتل وكفي الله المسلمين شرّهم، وبقي السلطان والفرنج علي عكا يتناوشون القتال الي العشرين من جمادي الاخرة، فخرجت الفرنج من خنادقهم بالفارس والراجل وازالوا الملك العادل عن موضعه، وكان معه عسكر مصر، فعطفت عليهم المسلمون وقتلوا من الفرنج خلقا كثيرا فعادوا الي خنادقهم، وحصل للسلطان مغس فانقطع في خيمته، ولولا ذلك لكانت الفيصلة، ولكن اذا اراد *p* الله بامر فلا مردّ له *

وفيها لما قوي الشتاء واشتدّت الرياح ارسلت الفرنج المحاصرون عكا مراكبهم الي صور خوفا عليها ان تنكسر، فانفتح

m) يذكرها Forte يدركها.

n) دخول Post hanc vocem deest nomen mensis.

o) وطايفة خامرت بن الملك Cod. Leid. وطايفة اخا ابن الملك Ed. Sch. plane omittit.

incruſtabant, muniverant. Nihilominus tamen reperibant ſolertes Muſlemi artes (82), quibus primam primo turrem incendebant, et cum viris armisque in cineres redigebant, dein ſecundam quoque et denique tertiam. Tam felix ſucceſſus explicabat moeſtos Muſlemorum animos, uniusque terriculamenti ſollicitudinem eximebat. Verum mox ſuccreſcebat alterum, quod noſtrates haud leviter anxit. Poſtquam enim copiae iam omnes ad Sultanum apud Ptolemaidem coïverant, increbreſcebat rumor de advéntu regis Alamanorum, qui ſuis in terris, retro Conſtantinopolin ſitis, cum centum millibus hominum exceſſerat. Muslemos ille rumor adeo exſternabat, ut perditam omnem omnino Syriam crederent. Sed multo aliter decreverat deus, qui famem et peſtem in hoſtem immittebat, a quibus plurima eius pars ipſa in via periit. Dein, quum tandem adveniſſent in Armeniam, peribat etiam ipſorum rex, hauſtus flumine (83), quo lavabatur. Quo facto magna pars copiarum ſuas in terras remigrabat. Sufficiebant quidem defuncto regi filium eius. Sed et hunc deſerebat (84) alia deinceps pars per inteſtinas ſimultates abſtracta. Vt, ſi recte reputes, de immane illa multitudine vix mille Franci cum iuvene ſuo rege ad illos apud Ptolemaidem acceſſerint. Hac ratione diſcutiebat deus Muſlemorum pavorem, arcebatque benignitate ſua Francorum noxiam. Interim continuabant Franci cum Saladino velitationibus collidi, ad diem usque vigeſimum ſexti menſis. Eo enim exibant ſuis e foſſis Francus equitatus peditatusque, locoque depellebant al-Malec al-Adelum, cum eius Aegyptiis. At ceteri Muſlemi cinctos magno numero trucidabant Francos, et in foſſas ſuas repellebant. Et niſi coactus a torminibus inteſtinorum fuiſſet Sultan eo die ſe in tentorio continere (85), fuiſſet ſane pugna illa decretoria. Verum ita ſanxerat deus, cuius voluntas retropelli nequit. Quum deinceps invaleſceret hiems et adverſa navigantibus tempeſtas, remittebant Franci naves ſuas Tyrum, metu ne turbinibus et fluctibus eliſae

 peri-

فانفتح الطريق الي عكا في البحر وارسل البدل اليها ، وكان العسكر الخارجون عنها اضعاف الواصلين اليها ، وحصل التفريط q بذلك لنصف r البدل *

وفيها في ثامن شوال توفي زين الدين يوسف بن زين الدين علي كوجك صاحب اربل ، وكان مع السلطان في عسكره ، ولما توفي اقطع السلطان صلاح الدين اربل اخاه مظفر الدين كوكبوري بن زين الدين علي كوجك واضاف اليه شهرزور واعمالها وارتجع ما كان بيد مظفر الدين وهو حران والرها وسار مظفر الدين وملكها *

وفيها استولي الخليفة الناصر لدين الله علي حديثة عانة بعد حصرها مدة *

وفيها اقطع السلطان ما كان بيد مظفر الدين (وهو حرّان والرها وشميساط والموزر) الملك المظفر تقي الدين عمر زيادة علي ما بيده وهو ميافارقين ومن الشام حماة والمعرة وسلمية ومنبج وقلعة نجم وجبلة واللاذقية وبلاطنس وبكراس *

ثم دخلت سنة سبع وثمانين وخمسماية ، ذكر استيلا الفرنج علي عكا ، واستمرّ حصار الفرنج عكا الي هذه السنة ، وكانوا قد احاطوا بها من البحر الي البحر وحفروا عليهم خندقا ، فلم يتمكّن السلطان من الوصول اليهم ، وكانوا محاصرين لعكا وهم كالمحصورين من خارجهم من السلطان ، واشتدّ حصارهم لعكا وضعف من بها عن حفظ البلد وعجز السلطان عن دفع العدوّ عنهم ، فخرج الامير سيف الدين علي بن احمد المشطوب وطلب الامان من الفرنج علي مال واسري يقومون به للفرنج ، فاجابوهم الي ذلك ، فصعدت اعلام الفرنج

perirent. Quo reſeratus fuit ad Ptolemaidem e mari aditus, et praeſidiorum facta permutatio, ſic tamen ut altero tanto plures exirent vetuſtorum, quam intrarent recentium, noxia et intempeſtiva parſimonia. Iuſto enim pauciores hoſti non valebant reſiſtere. (86)

Huius anni menſe decimo deceſſit Zain-ed-din Iuſef, filius Zain-ed-dini Alii Cuguc, dominus Arbelae, apud Sultanum in caſtris. Saladinus autem Arbelam defuncti fratri, Modaffar-ed-dino Cucburio, unaque Scheherzuram eoque pertinentia tribuebat, ſic tamen, ut, quae is antea poſſidebat, Charras et Edeſſam, ab eo repeteret. Quas viciſſim, unaque ſequentes, Samiſatam et Mauzaram, mandabat Maleco el-Modaffaro Taki-ed-dino Omaro, auctarium eorum, quae iam antea tenebat. Tenebat autem [in Meſopotamia quidem] Maiafarekinam, in Syria vero Hamatam, Maarram, Salamiam, Manbegam, Calaat Nagm, Gabalam, Laodicaeam, Platanuſam, et Bacraſam.*

Eodem potiebatur Chalifa, Naſer ledin allah, poſt aliqualem obſidionem Hadita Anae.

Anno DLXXXVII [qui die Ianuar. 28. A.C. 1191 coepit] paene medio (87) potiebantur Franci Ptolemaide, cuius obſidionem ab anno DLXXXV inde traxerant. Foſſis enim ab una maris ora in orbem ad alteram usque circumductis arcebant Saladinum ab acceſſu et ope urbi ferenda. Et quamvis viciſſim Sultan eos foris cingeret et obſervaret, eoque ſimiles faceret obſidentes obſeſſis; interea tamen quum deficientibus viribus intelligerent qui urbem intus defendebant, ſe illi porro tuendae pares haud fore: exibat ex urbe Emir Saif-ed-din Ali, filius Ahmedis Maſchtub, itaque cum Francis tranſigebat, ut certam illis pecuniam ſponderet, quae donec repraeſentetur, offerebat obſides. Accepta conditione erigebant Franci per moenium templorumque Ptolemaidis pinnas inſignia ſua medio die Veneris,

 decimo

* Ordo hoc loco in Arabicis paullum turbatus.

الفرنج علي عكا ظهر يوم الجمعة سابع عشر جمادي الاخرة من
هذه السنة واستولوا علي البلد بما فيه وحبسوا المسلمين في اماكن
من البلد وقالوا انّما نحبسهم ليقوموا بالمال والاسري وصليب الصلبوت ،
وكتبوا الي السلطان صلاح الدين بذلك ، فحصّل ما امكن تحصيله
من ذلك وطلب منهم اطلاق المسلمين ، فلم يجيبوا الي ذلك ،
فعلم منهم الغدر واستمر اسري المسلمين بها ، ثم قتل الفرنج من
المسلمين جماعة كثيرة واستمرّوا بالباقين في الاسر ، وبعد استيلاء
الفرنج علي عكا وتقرير امرها رحلوا عنها مستهلّ شعبان نحو
قيسارية والمسلمون يسايرونهم ويتخطفون *s* منهم ، ثم ساروا من
قيسارية الي ارسوف ووقع بينهم وبين المسلمين مصافّ ازالوا المسلمين
عن موقفهم ووصلوا الي سوق المسلمين فقتلوا من السوقية خلقا كثيرا ،
ثم سار الفرنج الي يافا وقد اخلاها المسلمون فملكوها ، ثم راي
السلطان تخريب عسقلان مصلحة ليلّا يحصل لها ما حصل لعكا ،
فسار اليها واخلاها وخربها ورتّب الحجارين في تغليق *t* اسوارها
وتخريبها ، فدكّها الي الارض ، فلما فرغ السلطان من تخريب
عسقلان رحل عنها ثاني شهر رمضان الي الرملة فخرب حصنها
وخرب كنيسة لدّ ، ثم سار الي القدس وقرّر اموره وعاد الي مخيمه
بالنطرون ثامن شهر رمضان ، ثم تراسل الفرنج والسلطان في الصلح
علي ان يتزوج الملك العادل اخو السلطان باخت ملك الانكتار
ويكون للملك العادل القدس ولامراته عكا ، فحضر القسيسون
فانكروا عليها ذلك الّا ان يتنصر الملك العادل ، فلم يتفق بينهم
حال ، ثم رحل الفرنج من يافا الي الرملة ثالث شوال *v*
وبقي

decimo ſeptimo ſexti menſis, et quae in urbe deprehendebant opum omnia faciebant ſui iuris. Muſlemos in varia urbis loca compellebant cuſtodiendos, cauſſati, ſe illos tanquam in ſponſae pecuniae vadimonium, ſuorumque apud Saladinum captivorum, et ſanctae crucis cuſtodire velle. Litteris ea de re ad Sultanum referebant noſtrates; qui pecuniae quantum illo temporis articulo comparari poterat, comparabat, et dimitti Muſlemos poſtulabat. Francis autem negantibus, intelligebat eos dolum agitare. Manebant itaque Muſlemi Ptolemaide captivi, quorum deinde Franci multos trucidabant, reliquos attinebant ulterius. (88) Ineunte deinceps octavo menſe, rebus apud Ptolemaidem ordinatis, movebant Franci verſus Caeſaream, aſſiduo cautorum Muſlemorum ſimul moventium comitatu obſervati. A Caeſarea pergebant Arſufam, ubi conflictum fuit inter partes. Quo tempore Franci, Muſlemis loco motis, ad eorum usque forum caſtrenſe pertingebant, et haud paucos calonum occidebant. Ioppen inde capiebant a noſtris deſertam. Inde conſultum iudicans Sultan Aſcalonem devaſtare (89), ne idem illi accideret, quod Ptolemaidi, eo ibat, et emigrare iuſſis incolis, aedibusque disiectis, ordinabat caementarios, qui muros finderent et demolirentur. Muris totaque Aſcalone hunc in modum comminutis movebat inde ſecundo die noni menſis Ramlam, cuius arcem deiecit: quod idem factum cum eccleſia Lyddenſe. Redux deinde Hieroſolymas, rebus et ibi ordinatis, in tentoria ſua apud Natrunam deſcendebat octavo die noni menſis. Illuc commeabant Francorum pacis cauſſa legati, eam offerentes conditionem, ut Malec al-Adel, frater Sultani, ſororem regis Angliae in matrimonium, et Hieroſolymas in regnum, acciperet, iſta vero eius ſponſa loco dotis ipſi Ptolemaidem afferret. Quia vero ſacerdotes Chriſtiani matrimonium coire vetabant, niſi ſponſus ſuam ad fidem accederet, abibat in ventos illa propoſitio. Inde ibant Franci Ramlam tertio die decimi menſis, Muſlemosque levibus velitationibus

quo-

وبقي كل يوم يقع بين المسلمين وبينهم مناوشات ، فلقوا من ذلك
شدة شديدة ، فاقبل الشتاء وحالت الاوحال بينهم ، فلما راي السلطان
ذلك وقد ضجرت العساكر اعطاهم الدستور وسار الي القدس لسبع
بقين من ذي القعدة ونزل داخل البلد واستراحوا مما كانوا فيه ، واخذ
السلطان في تعمير x القدس وتحصينه وامر العسكر بنقل الحجارة ،
وكان السلطان ينقل الحجارة بنفسه علي فرسه ليقتدي به العسكر ،
وكان يجتمع عند العمّالين في اليوم الواحد ما يكفيهم عدّة ايام *

ذكر وفاة الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ،

قد سار الي البلاد المرتجعة من كوكبوري التي زاده اياها عمه
السلطان من وراء الفرات وهي حران وغيرها ، فامتدّت عين الملك
المظفر الي بلاد مجاوريه ، فاستولي علي السويدا وحاني واتّفق مع
بكتمر صاحب خلاط فكسره وحصره في خلاط وتملك علي معظم
البلاد ، ثم رحل عنها ونازل ملازكرد وهي لبكتمر وحصرها ، وكان في
صحبته الملك المنصور بن الملك المظفر المذكور ، فعرض للملك
المظفر مرض شديد وتزايد به حتي توفي به يوم الجمعة لاحدي
عشرة ليلة بقيت من رمضان من هذه السنة (عني سنة سبع وثمانين
وخمسماية) واخفي ولده الملك المنصور وفاته ورحل عن ملازكرد
ووصل به الي حماة ودفنه بظاهرها وبني الي جانب التربة مدرسة ،
وذلك

p) ارار Forte امر Insolens enim ارار بامر

q) التفريط *delictum involuntarium*, *παράπτωμα*. Proprie *το facere praecedere*, vel sinere praecedere aliquid, quod repeti, quod infectum fieri nequeat; nam فرط est *praecedere, praeeminere*. Est in Corano:

ما

quotidie fatigabant. Accedebat etiam hiems, et coenosae viae dirimebant partes. Quod intelligens augustus, taediumque copiarum suarum, missionem anhelantium, data discedendi venia, ipse petebat Hierosolymas die vigesimo tertio undecimi mensis, legionemque suam intus in urbem contrahebat, fixoque ibi praetorio, requiescens cum suis a laboribus bellicis hactenus consuetis, instituebat urbis aedificia reparare, probisque illam propugnaculis et necessario commeatu instruere. Quam in rem totam legionem iubebat operi manus admovere, lapidesque comportare, diligentiamque ipsorum animaturus, ipse super equo suo lapides comportabat; quo factum, ut uno die tanta copia cogeretur, quantum per plures sufficere poterat.

Hic idem annus erat Malec el-Modaffaro Taki-ed-dino Omaro, filio Schahinschahi, filii Eiubi, fatalis, bellica expeditione adversus Challatae dominum occupato. Nimirum instituerat Taki-ed-din iter ad illas regiones ultra Euphratem sitas, ut Harranam, Roham, aliasque invisendas, quas patruus eius, Sultan Salah-ed-din, qua de re iam supra diximus, Cucburio quidem ademerat, ipsi vero ad pristinam dynastiam addiderat. Ibi autem agens cupidos immittebat oculos in vicinorum agros, et primum quidem Sovaidam, et Hani, subigebat, deinde quoque cum Bectimuro, Challatae domino, collisus praelio, fundebat eum, potissimaque territorii parte exutum, in urbe sua concludebat. Tempore post, omissa Challatae obsidione, aliam invadebat eiusdem Bectimuri urbem, Malazcardam. At ea in molitione opprimebat Modaffarum primo quidem saevus morbus, et illo dein magis et magis ingravescente, ipsa quoque mors, die Veneris, undecimo noni mensis huius anni DLXXXVII. Casum hunc occultans filius eius, qui comes militiae istius erat, Malec el-Mansur, cum cadavere paterno retro domum, hoc est Hamatam, movebat, et extra urbem id humabat, et ad tymbi latus condebat madrasam [seu collegium, vel gymnasium] ut

 hodie-

وذلك مشهور هناك ، وكان الملك المظفر شجاعا شديد الباس
ركنا عظيما من اركان البيت الايوبي ، وكان عنده فضل وادب وله
شعر حسن * واتفق ان في ليلة الجمعة التي توفي فيها الملك
المظفر توفي فيها حسام الدين محمد بن عمر بن لاجين وامّه ستّ
الشام بنت ايوب اخت السلطان ، فاصيب السلطان في تاريخ واحد
بابن اخيه وابن اخته * ولما مات الملك المظفر راسل ابنه الملك
المنصور السلطان صلاح الدين واشترط شروطا نسبه السلطان فيها
الي العصيان وكاد امره يضطرب بالكلية ، فراسل الملك المنصور عمه
الملك العادل في استعطاف خاطر السلطان ، فما برح الملك العادل
باخيه السلطان يراجعه ويشفع في الملك المنصور حتي اجابه السلطان
وقرّر للملك المنصور حماة وسلمية والمعرة ومنبج وقلعة نجم وارتجع
السلطان البلاد الشرقية وما معها واقطعها اخاه الملك العادل بعد
ان شرط السلطان ان الملك العادل ينزل عن كل ما له من الاقطاع
بالشام خلا الكرك والشوبك والصلت والبلقاء ونصف خاصّه بمصر وان
يكون عليه في كل سنة الف غرارة تحمل من الصلت والبلقاء الي
القدس ، ولما استقر ذلك سار الملك العادل الي البلاد الشرقية
لتقرير امورها وعاد الي خدمة السلطان في اخر جمادي الاخرة من
السنة القابلة (اعني سنة ثمان وثمانين وخمسماية) ولما قدم الملك
العادل علي السلطان كان الملك المنصور صاحب حماة صحبته ،
فلما راي السلطان الملك المنصور ابن تقي الدين نهض واعتنقه
وغشيه

ما فرطت في جنب الله "id quod praemisisti [deliquisti] in caussa dei."
Quod imitatus fuit Haririus Conf. XLI. فرطت الي رشد الانتباه
وندمت

hodienum ibi norunt et celebrant homines. Erat Malec el-Modaffar princeps fortis, potens et acer, una quaedam solida columna domus Eiubicae, vir excellente ingenio et humanioribus litteris instructus, quod docet eius adhuc prostans egregia poësis.

Nocte autem, diem Veneris praegressa, quo fato suo defunctus est Malec el-Modaffar, vivis etiam excedebat Husam-ed-din Muhammed, filius Omari, Ibn-Lagin; cuius mater, Sitt es-Scham [seu domina Syriae], soror erat Saladini. Geminum ergo vulnus eodem tempore inflictum Sultano, gemini nepotis morte, unius ex fratre, alterius ex sorore.

Malec el-Mansur autem, patre mortuo, conditiones offerebat Sultano, quas ille tantum non pro argumentis apertae rebellionis accipiebat; ut parum abesset, quin eius omnes res eo confunderentur, et successio in paternas opes caderet. Hac in rerum ancipite conditione adibat Mansur alterum patruelem, Malec el-Adelum, Saladini fratrem, rogans, velit hunc intercessione sua placare. Neque desinebat ille tam diu fratrem precibus oppugnare, donec Mansuro Hamatam, Salamiam, Maarram, Manbegam, et Calaat Nagm confirmasset. Verum terras orientales, quas Mansuri pater possederat, addebat Sultan eidem fratri, Adelo (90) ea tamen cum conditione, ut Adel Caracam quidem, Schaubecam, Saltam et Balcaam, ut et dimidiam partem privati peculii, quod Sultan ipsi Misrae attribuerat, retineret, ceteras autem omnes per Syriam possessiones redderet, et praeterea quotannis ex Saltae et Balcaae reditibus mille frumenti saccos Hierosolymas curaret. Rebus ita constitutis abibat Adel ad orientales istas terras recens acquisitas, ibi res ad arbitrium suum ordinaturus; neque citius inde quam labente proximi anni sexto mense redibat ad Sultani servitium, secum habens eundem illum Malec al-Mansurum, Hamatae dominum, cuius posterioris ad conspectum assurgens Sultan amplectebatur venientem tam tenero cum affectu, lacrimas ut profunderet (91),

 tanta-

وغشيه البكي واكرمه وانزله في مقدمة العسكر ❊

وفي هذه السنة في شعبان قتل قزل ارسلان واسمه عثمان بن الدكز، وهو الذي ملك اذربيجان وهمذان واصفهان والري بعد اخيه محمد البهلوان ، وكان قد قوي عليه السلطان طغريل السلجوقي وهزم عسكر بغداد كما تقدّم ذكره ، ثم ان قزل ارسلان تغلّب واعتقل السلطان طغريل بن ارسلان بن طغريل في بعض البلاد ، وسار قزل ارسلان بعض ذلك الي اصفهان وتعصّب علي الشفعوية واخذ جماعة من اعيانهم فصلبهم وعاد الي همذان وخطب لنفسه بالسلطنة ودخل لينام علي فراشه وتفرّق عنه اصحابه ، فدخل عليه من قتله علي فراشه ولم يعرف قاتله ❊

وفيها قدم معزّ الدين قيصرشاه بن قلج ارسلان صاحب بلاد الروم الي السلطان صلاح الدين ، وسببه ان والده فرّق مملكته علي اولاده واعطي ولده هذا ملطية ، ثم تغلّب بعض اخوته علي والده والزمه باخذ ملطية من اخيه المذكور ، فخاف من ذلك فسار الي السلطان ملتجيا اليه ، فاكرمه السلطان وزوّجه بابنة اخيه الملك العادل ، وعاد معز الدين الي ملطية في ذي القعدة وقد انقطعت اطماع اخيه منه ❊ قال ابن الاثير لما ركب السلطان صلاح الدين ليودّع

وندمت علي ما فرطت في جنب الله "Avebam directionem evigilationis [e ſomno et temulentia peccatorum] et poenitebat me eius quod praemiſeram in cauſſa dei." ubi Scholiaſtes فرطت per ضيعت reddidi.

r) لنصف C. L. لصنف Ed. Sch. لضعف
s) ينحفظون Ed. Schult. habet ينحطفون
t) تغليق Ed. Sch. تعليق

tantaque cum honoris ſignificatione, ut eum in fronte caſtrorum tendere iuberet.

Eiusdem anni octavo menſe peremtus eſt Cuzul Arſlan Otman, filius Ilducuzi, qui, poſt fratrem, Pehluvanum, Aderbiganae, Hamadanae, Isfahanae et Raiae dominabatur; cui ſiniſtre geſta cum Togrilo Selgukida bella iam ſupra commemoravimus, ubi dicebamus, ipſum a Togrilo magnas in anguſtias adactum imploraſſe Chalifae auxilium; Togrilum vero Bagdadicos quoque perculiſſe et in fugam egiſſe. Tempore autem poſt mutata fortuna viciſſim acceperat Cuzul Arſlan hoſtem Togrilum in poteſtatem, et aliquo cuſtodiendum deportaverat. Isfahanam inde abierat, ibique Schafeïticos flagrante odio afflixerat, ut eorum quoque praecipuos aliquos in crucem ageret. Hamadanam inde regreſſus arrogaverat ſibi Sultani titulum; ſed haud diu poſt ibi fatum ſuum obibat. In cubiculum enim captandae quietis gratia ingreſſum, ſubrepens aliquis percuſſor, dimiſſis et abſentibus corporis cuſtodibus, confodiebat iacentem, ignotus homo, et qui nunquam potuit indagari.

Eodem anno adibat ad Sultanum Salah-ed-dinum Maazz-ed-din Caiſarſchâh, filius Kilig Arſlani, Romaniae domini, per hanc occaſionem. Pater eius regnum inter filios ſuos dividens, dederat huic Malathiam. Fratrum autem unus, arrepta in patrem auctoritate, volebat eum vi eo adigere, ut Maazz-ed-dino dotem ſuam rurſus eriperet. Hic itaque ſibi a fratre metuens, et ne minae in effectum irent, confugiebat ad Saladinum, eiusque protectionem implorabat; neque fruſtra. Saladinus enim eum filiae ſui fratris, Adeli, maritatum, aliisque mactum multis honoribus, Malathiam undecimo huius anni menſe remittebat. Quo territus frater huius porro laceſſendi cupiditatem omnem animo exuebat. Pompam, qua noſter auguſtus hunc Selgukidam domum dimittebat (92), exponit, qui ipſi aderat, Ibn-el-Atir in Camelo his verbis: Quum vellet Sultan Salah-ed-din, ait,

ليودّع معز الدين قيصرشاه المذكور ترجّل معز الدين فترجّل السلطان صلاح الدين، فلما ركب السلطان صلاح الدين عضده معزّ الدين وركّبه، وكان علاء الدين بن عز الدين مسعود صاحب الموصل مع السلطان اذ ذاك، فسوّي ثياب السلطان ايضا، فقال بعض الحاضرين في نفسه ما بقيت تبالي يابن ايوب بايّ موتة تموت، يركّبك ملك سلجوقي ويسوّي قماشك ابن اتابك زنكي *

وفيها قتل ابو الفتح يحيي بن حنش *z* بن اميرك الملقّب شهاب الدين الشهروردي الحكيم الفيلسوف بقلعة حلب محبوسا امر *a* بخنقه الملك الظاهر غازي بامر والده السلطان صلاح الدين، قرا المذكور الاصولين والحكمة بمراغة علي مجد الدين الجيلي *b* شيخ الامام فخر الدين، ثم سافر الشهروردي المذكور الي حلب، وكان علمه اكثر من عقله، فنسب الي انحلال العقيدة وانه يعتقد مذهب الفلاسفة، فافتي الفقهاء باباحة دمه لما ظهر من سوء مذهبه واشتهر عنه، وكان اشدّهم عليه في ذلك زين الدين ومجد الدين ابنا جهبل *c*، حكي الشيخ سيف الدين الامدي قال اجتمعت بالشهروردي بحلب فقال لي لابدّ

v) شوال deerat C. L. et Ed. Sch. quoque omittit ثالث

x) تمييز C. L. تميز Potes quoque reponere تعميز

y) فيها Forte بها aut لها

z) حنش Forte جيش Ita Herbel. p. 783 cum quo etiam شهروردي scripsi pro codicis L. سهروردي

a) امر pro cod. L. امره

Maazz-ed-dinum Caifarfchahum abeuntem feftivo in comitatu profequi, prodibant quidem ambo ex augufto tentorio pedites, at quum in equos infcendendum effet, adiuvabat quidem Sultanum afcendere nitentem, brachioque fuftentatum fublevabat idem ille Maazz-ed-din; fedentis autem iam in equo veftem excutiebat fciteque in plicas componebat Ala-ed-din, filius Az-ed-dini Mafudi, princeps Maufelae,* tum quoque praefens. Cogitabat tunc fpectatorum aliquis fecum in hunc modum: Iam non eft ut cures amplius, o Eiubida, quod te mortis genus maneat, poftquam honoris atque gloriae tantum affecutus es gradum, ut Selgukida princeps in equum te attollat, et alter de gente Atabek Zenkii ftolam tuam componat.

Eodem exftinctus fuit nervo Hakim Abu'l-Fath Iahia, filius Hanafchi (93), filii Amirek, vulgo Schahab-ed-din, Scheherverdi dictus, philofophus (94), in arce Halebenfe, ubi cuftodiebatur ab eius urbis tum curatore, Saladini filio, Maleco ed-Dahero Gazio, invito quidem, fed patris voluntate obtemperare coacto. Dederat ille vir Marragae operam utriusque theologiae fundamentis [tam dogmaticae, quam cafuifticae], ut et philofophiae fub magiftro Magd-ed-dino Gabalenfe, eodem illo, qui Imamum Fachr-ed-dinum Raienfem quoque erudivit. Inde conceflerat Halebum. Quia vero fcientia plus pollebat, quam fapientia, prodebat, quae opinionem faciebant, penes ipfum fidei fundamenta labafcere, ipfumque fectae philofophorum adhaerefcere. Cuius famae et improbarum, quas iactare dicebatur, fententiarum, cauffa, cenfebat fakihorum collegium, hominem capitis reum. Quos inter ipfi maxime iniqui et duri erant duo fratres, Zain-ed-din et Magd-ed-din, filii Gahili. Narrat de eodem Schaich Saif-ed-din Amidenfis: Coveniebam aliquando Halebi, funt eius verba, cum Scheherverdico; qui mihi tum affir-

* Vertendum *principis Maufelae.* Az-ed-din enim Maufelae regnavit usque ad annum 589.

لابدّ ان d املك الارض ، فقلت له من اين لك هذا قال رايت في منامي كانّي شربت ماء البحر ، قلت لعلّ يكون اشتهار علمك وما يناسب هذا ، فرايته لا يرجع عما وقع في نفسه ووجدته كثير العلم قليل العقل ، وكان عمره لما قتل ثمانيا وثلثين سنة ، وله عدة مصنّفات في الحكمة منها التلويحات والتنقيحات والمشارع والمطارحات وكتاب الهياكل وحكمة الاشراف ، وكان ينسب الي انه يعرف الكسيميا e ، وله نظم حسن فمنه ،

ابدا تحنّ اليكم الارواح ، ووصالكم ريحانها والراح ،
وقلوب اهل ودادكم تشتاقكم والي لذيذ لقايكم ترتاح ،
وارحمتاه للعاشقين تكلّفوا ستر المحبّة والهوي فضّاح ،
واذاهم كتموا تحدّث عنهم عند الوشاة الدمع السحاح ،
لا ذنب علي العشاق ان غلب الهوي كتمانهم فنمي الغرام وباحوا *

وهي قصيدة طويلة اقتصرنا منها علي هذا القدر *

ثم

b) الجبلي C. L. الحبلي Schultens omisit.

c) جهبل Forte جهيل aut جهير

d) لابدّ ان debebat proprie esse لا بد من ان *non est fuga ab eo ut.* Sed et alterum istud habet Nuvairius in illo: قال امراتك حبلي ، قال كذلك عهدي بها ، قال ولدت ، قال ما كان بدّ لها ان تلد "Dicebat unus: Vxor tua gravida est. Respondebat alter: Talem eam nuper vidi et reliqui. Continuabat prior: Peperit. Respondebat alter: Fieri aliter non poterat quin gravida pareret."

e) الكسيميا Aut الكيميا *chymiam*, aut السيميا *chiromantiam* legendum.

affirmabat, ſe certo certius olim totius terrarum orbis imperatorem fore. Interrogabam, unde id noſſet aut crederet. Reſpondebat per inſomnium ſe ſibi viſum fuiſſe totum oceanum deglutire. (95) Reſpondebam, forte illam viſionem portendere maximam illam nominis famam, quam ab eruditione ſit adepturus (96), aut alia ipſi, neſcio quae, ſimilia verborum lenocinia ingerebam. At videns hominem arte nulla detrahi a perſuaſione ſua poſſe, deprehendebam ſtultum eruditum. Haec ille. Periit Scheherverdicus anno aetatis trigeſimo et octavo. Libros plures edidit argumenti philoſophici; ut ſunt Kitab et-Talvihat [ſeu liber *των επαϛραπισμων*], et-Tankihat [*των εκμυελισμων*], al-Maſchare [canonum], al-Motarehat [diſputationum], Haiakel en-Nuri [templorum (97) lucis] et Hekmat al-Aſchraf (98) [ſeu ſapientia nobilium (99)]. Fertur etiam Chymiam calluiſſe. Pulchros quoque verſus condidit. Quorum en ſpecimen:

Semper ad vos queruli avent noſtri ſpiritus, quibus veſtra ſocietas eſt odoratum ocymum, vinumque fragrans et delicioſum.

Eorum, qui vobis favent, pectora vos deſiderant, et dulcedini veſtrae conſuetudinis inhiant.

Ah miſeri amatores, qui operam in ſe ſuſceperunt viribus ſuperiorem, occultandi amorem. Atqui amor eſt proditor. Secreta propalat.

Ah miſeri amatores, quos occultare ſtudentes, produnt tamen deferuntque apud delatores ſtillantes lacrimae.

Culpa non eſt amatorum, ſi impetus vincit ipſorum occultandi ſtudium, et increſcente deſiderio ſuum ſecretum ipſi egerunt.

Longum eſt illud carmen, ex quo haec tantummodo voluimus decerpere.

ثم دخلت سنة ثمان وثمانين وخمسماية ۶ فيها سارت الفرنج الي عسقلان وشرعوا في عمارتها في المحرم والسلطان بالقدس *

وفيها قتل المركيس صاحب صور لعنه الله تعالي قتله بعض f) الباطينة وكان قد دخل في زي الرهبان الي صور *

ذكر عقد الهدنة مع الفرنج وعود السلطان الي دمشق ، وسبب ذلك ان ملك الانكتار مرض وطال عليه البيكار ، فكاتب الملك العادل يساله الدخول علي السلطان في الصلح ، فلم يجبهم السلطان الي ذلك ، ثم اتفق راي الامراء علي ذلك لطول البيكار وضجر العسكر ونفاد نفقاتهم ، فاجاب السلطان الي ذلك واستقرّ امر الهدنة في يوم السبت ثامن عشر شعبان وتحالفوا علي ذلك يوم الاربعا الثاني والعشرين من شعبان ، فلم يحلف ملك الانكتار بل اخذوا يده ، واعتذر بان الملوك لا يحلفون ، وقنع السلطان بذلك ، وحلف الكندهري ابن اخيه وخليفته في الساحل ، وكذلك حلف غيره من عظماء الفرنج ، ووصل ابن الهنفري وباليان الي خدمة السلطان ومعهما جماعة من المقدّمين واخذوا يد السلطان علي الصلح واستحلفوا الملك العادل اخا السلطان والملك الافضل والظاهر ابني السلطان والملك المنصور صاحب حماة محمد بن تقي الدين عمر والملك المجاهد شيركوه بن محمد بن شيركوه صاحب حمص والامجد بهرامشاه بن فرخشاه صاحب بعلبك والامير بدر الدين ايلدرم الياروقي صاحب تل باشر والامير

f) بعض deerat in cod. L. et in ed. Sch. quae posterior deinde دخلوا ponit pro cod. L. دخل , ut vitium emendet.

Anno DLXXXVIII [qui die Ian. 17. A. C. 1192 coepit] ineunte, ibant Franci Afcalonem, eamque reparare inftituebant (100), quo tempore Saladinus apud Hierofolymas agebat.

Eodem perimebat aliquis Batenita (101), qui fub habitu monachale Tyrum fubrepferat, Marquifum, eius dominum, quem deus aeternis poenis affligat.

Eodem faciebant Franci cum Sultano inducias; quibus ille conftitutis Damafcum redibat. Anfam illis dabat regis Angliae morbus, et quod eum diuturnae militiae taedium ceperat. Rogabat igitur Malec el-Adelum per litteras, vellet cum Sultano de pacis conftitutione tractare; nolebat Sultan protinus in eam confentire. Verumtamen percipiens, duces pariter atque mililes diuturni belli laboribus defatigatos et commeatu exhauftos requiem anhelare, indulgebat tandem inducias, quarum negotium perfectum conftitit die Sabbati, decimo et octavo menfis octavi; paullo poft, vigefimo nimirum et fecundo menfis eiusdem, Mercurii die, adftringebant fefe partes viciffim facramento. Ipfe quidem Anglus nolebat iurare, ideo deprecatus id officii munus, quod apud fe non foleant reges ad iusiurandum adigi; folummodo manum porrigebat ftipulatam. (102) Sed eius loco iurabat ipfius ex fratre nepos et per Palaeftinam locumtenens, Condharri (103) et ceteri porro Francorum magnates, viciffim vero veniebant in caftra noftra filius Homfri (104) et Balian (105) cum aliis primi ordinis viris, Sultanum in fidem recepturi. Hiç pariter exemtus a iurandi neceffitate, non nifi manum dabat. At ipfius nomine iurabant eius frater, Malec el-Adel, et duo filii, Malec el-Afdal, et Malec ed-Daher, aliique Eiubidae, ut Malec el-Manfur Muhammed, filius Taki-ed-dini Omari, dominus Hamatae, et Malec el-Mogahed Schircuh, filius Muhammedis, filii Schircuhi, dominus Emeffae, et Malec el-Amgad Baharamfchah, filius Ferochfchahi, dominus Balabaki; et praeter hos Emir Badr-ed-din Ilderim Iaruki, dominus Tall

 Ba-

وكتب الي اخيه سيف الاسلام صاحب اليمن بذلك، ثم فنّده *h* الامراء
وقالوا لا نعتمد علي هدنة الفرنج خوفا من غدرهم، فانتقض عزمه
عن ذلك، ثم رحل السلطان عن القدس لخمس مضين من شوال
الي نابلس ثم الي بيسان ثم الي كوكب فبات بقلعتها، ثم رحل
الي طبرية ولقيه بها الامير بهاء الدين قراقوش الاسدي وقد خلص
من الاسر، وكان قد اسر بعكا لما اخذها الفرنج مع من اسر، فسار
قراقوش مع السلطان الي دمشق ثم سار منها الي مصر، ثم سار
السلطان الي بيروت ووصل الي خدمته بيمند صاحب انطاكية
يوم السبت حادي وعشرين شوال، فاكرمه السلطان وفارقه غد ذلك
اليوم، وسار السلطان الي دمشق ودخلها يوم الاربعا لخمس بقين
من شوال، وفرح الناس به لان غيبته كانت عنهم مدة اربع سنين،
واقام العدل والاحسان بدمشق، واعطي السلطان العساكر الدستور،
فودّعه ولده الملك الظاهر وداعا لالقاء بعده وسار الي حلب، وبقي
عند السلطان بدمشق ولده الافضل والقاضي الفاضل *i*، وكان الملك
العادل قد استاذن السلطان وسار من القدس الي الكرك لينظر في
مصالحه، ثم عاد الملك العادل الي دمشق طالبا البلاد الشرقية
التي صارت له بعد تقي الدين، فوصل الي دمشق في الحادي
والعشرين من ذي القعدة، وخرج السلطان الي لقايه *

وفي يوم الخميس السادس والعشرين من شوال هذه السنة توفي
الامير سيف الدين علي بن احمد المشطوب بنابلس، وكانت اقطاعه،
فوقف

h) فنّده *pro deliro reputavit* aut *declaravit;* et paullo mitius *reprehendit ut ineptientem.* Exſtat in Coran. Sur. XII. 94. Scholiaſtes Haririi
ſine

omnia mandabat per litteras fatri ſuo, Saif-el-Iſlamo, domino Arabiae felicis. Verum, quum id quidem conſilium ceu intempeſtivum et inutile adeo improbarent eius Emiri, ut ipſum eius cauſſa tantum non delirum ſenem dictitarent, qui ſuas terras exponere tendat periuri hoſtis libidini, deſiſtebat, et movens Hieroſolymis decimi menſis quinto die, contendebat per Neapolin, Baiſanam, et Caucabum, cuius in arce pernoctabat, ad Tiberiadem, ubi eum ſalutabat Emir Baha-ed-din Caracuſch Aſadicus [ſeu libertus Aſad-ed-dini Schircuhi quondam] iam tandem Francica ſolutus captivitate; Franci nempe illum inter alios multos tum ceperant, quum Ptolemaide potirentur. Hic Emir Saladinum usque ad Damaſcum comitabatur, indeque deinceps Miſram abibat. Quum Bairutae agerent, antequam Damaſcum intrarent, accedebat ad Sultanum Baimondus, Antiochiae dominus, die Sabbati, vigeſimo primo eiusdem decimi menſis, benigneque atque honorifice ab auguſto exceptus altero proximo mane diſcedebat. Damaſcum tandem intrabat Sultan die vigeſimo quinto eiusdem, ſub ovatione civium, qui quatuor per integros annos illum penes ſe non habuerant. Ordinatis ibi rebus, dicta factaque iuſtitia, dimittebat copias. Diſcedens itaque Halebum filius eius, Malec ed-Daher, ipſi valedicebat, ſed id ultimum, poſt quod patris in conſpectum rurſus non venit. Reſtitabant apud ipſum Damaſci, filius alter, Malec el-Afdal, et Cadi el-Fadel. Frater enim, Malec el-Adel, ab auguſto iam Hieroſolymis diſceſſerat, Caracam inſpecturus et ordinaturus, et menſis undecimi die demum vigeſimo primo Damaſcum adveniebat, et ab auguſto fratre obviam egreſſo excipiebatur. Inde porro ad orientales illas contendebat terras, quae ipſi attributae fuerant poſt obitum Malek el-Modaffar Taki-ed-dini.

Eodem anno, die Iovis, vigeſimo ſexto menſis decimi, obiit apud Neapolin, ſua in provincia, Emir Saif-ed-din Ali, filius Ahmedis, Maſchthub. Poſt cuius deceſſum duas quidem

trientes

فوقف السلطان ثلث نابلس علي مصالح القدس واقطع الباقي للامير عماد الدين احمد بن سيف الدين علي بن المشطوب واميرين معه *

ذكر وفاة السلطان عز الدين قليج ارسلان صاحب بلاد الروم واخبار الذين تولّوا بعده، في هذه السنة (اعني سنة ثمان وثمانين وخمسماية) في منتصف شعبان توفي السلطان عز الدين قلبج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان بن سليمان بن قطلومش بن ارسلان يبغو بن سلجوق، وكان ملكه في سنة احدي وخمسين وخمسماية، وكان ذا سياسة وهيبة عظيمة وعدل وافر، وغزواته كثيرة، وكان له عشرة بنين قد ولّي كل منهم قطرا من بلاد الروم، واكبرهم قطب الدين ملكشاه بن قلبج ارسلان المذكور، وكان قد اعطاه ابوه سيواس، وسوّلت له نفسه القبض علي ابيه واخوته والانفراد بالسلطنة، وساعده علي ذلك صاحب ارزنكان، فسار قطب الدين ملكشاه وهجم علي والده قليج ارسلان في مدينة قونية وقبض عليه وقال لوالده وهو في قبضته انا بين يديك انفذ اي امرك، ثم انه اشهد علي والده بانه جعله وليّ عهده، ثم مضي ملكشاه المذكور الي حرب اخيه نور الدين سلطانشاه صاحب قيسارية ووالده في القبضة معه وهو يظهر ان ما فعله انما هو بامر والده، فخرج عسكر قيسارية لحربه، فوجد ابوه عز الدين قليج ارسلان عند اشتغال العسكر بالقتال فرصة فهرب الي ولده سلطان شاه صاحب قيسارية، فاكرمه وعظّمه كما يجب عليه،

فرجع

fine Conf. XIII. التفنيد exponit per اللوم *vituperatio, reprehensio.* Exemplum quartae coniugationis افند pro *delirare* habet Divan Hu-deili-

trientes redituum dictae urbis aſſignabat Sultan defuncti filio, Emad-ed-dino Ahmedi, duobusque una aliis Emiris; tertiam vero reliquam commodis et neceſſitatibus Hieroſolymae.

Eiusdem anni octavo menſe medio Romaniae dominus obiit Sultan Azz-ed-din Kilig Arſlan, filius Maſudi, filii Kilig Arſlani, filii Solaimani, filii Cotlumiſchi, filii Arſlan Iapgu, filii Selguki: [quae mors quia fata traxit memorabilia, et ruinam paene gentis huius, iuvat hic ea ſtrictim perſequi]. Suſceperat noſter Azz-ed-din Kilig Arſlan imperium anno DLI, multaque id cum laude geſſit, artium regnandi peritiſſimus, auctoritate pollens, absque diſcrimine omnibus aequus, bellis et victoriis [praeſertim adverſus infideles] clarus quam plurimis imperator. Decem filiorum pater unicuique provinciam Romaniae iam dudum dederat, et eorum quidem natu maximo, Cotb-eddino, Malicſchaho, Sivaſam. Huic cupido ſuadebat patremque fratresque comprehendere, ſummamque rerum integram invadere. Quam in rem ſtimulos ipſi ſuamque addebat operam Arzencani dominus. Eo ſubnixus Cotb-ed-din apud Cuniam [ſeu Iconium] ſubito ſenem obruebat, eumque in poteſtatem ſuam redigebat; et videri quidem volebat paterna de auctoritate nihil quidquam detractum ire; iubebat enim patrem modo imperare ex arbitrio; ſe iuſſorum eius adminiſtrum fore. At erant ea omnia mimica, ipſe interim agebat ex animi ſententia, cogebatque patrem eo, ut coram teſtibus arceſſitis ediceret, ſe hunc Cotb-ed-dinum imperii ſui haeredem ex aſſe nuncupare. Hoc itaque quaſi legitimo titulo ibat, patrem ſecum haud aliter atque in cuſtodia trahens, Caeſaream fratri, Nur-ed-dino Sultanſchaho, ereptum, quidquid ageret, patris iuſſu agere prae ſe ferens. Interea vero dum praelium fervet, quod Caeſareenſes foras egreſſi cum aggreſſore committebant, reperibat ſenex pater oportunitatem in Caeſaream ad filium Sultanſchahum evadendi, a quo magno cum honore cultuque, ut filium decet, exceptus fuit.

فرجع قطب الدين ملكشاه الي قونية وخطب لنفسه بالسلطنة وبقي ابوه قليج ارسلان يتردد في بلاده بين اولاده كلما ضجر منهم واحد انتقل الي الاخر حتي حصل عند ولده غياث الدين كيخسرو بن قليج ارسلان صاحب برغلو، فقوّت اباه واعطاه k وجمع له وحشد وسار l معه الي قونية فملكها واخذها من ابنه ملكشاه، ثم سار الي اقصرا، واتفق ان عز الدين مرض ومات في التاريخ المذكور، فاخذه ولده كيخسرو وعاد به الي قونية فدفنه بها، واتفق موت ملكشاه بعد موت ابيه قليج ارسلان بقليل، فاستقر كيخسرو وفي ملك قونية وابتت انه ولي عهد ابيه قليج ارسلان، ثم ان ركن الدين سليمان اخا غياث الدين كيخسرو قوي علي اخيه كيخسرو واخذ منه قونية، فهرب كيخسرو مستجيرا بالملك الظاهر صاحب حلب، ثم مات ركن الدين سليمان سنة ستماية وملك بعده ولده قليج ارسلان بن سليمان، فرجع غياث الدين كيخسرو بن قليج ارسلان الي بلاد الروم وازال ملك قليج ارسلان بن سليمان وملك بلاد الروم جميعها واستقرت له السلطنة ببلاد الروم وبقي كذلك الي ان قتل وملك بعده ابنه عز الدين كيكاوس بن كيخسرو، ثم توفي كيكاوس وملك بعده اخوه السلطان علاء الدين كيقباد بن كيخسرو وتوفي كيقباد سنة اربع وثلثين وستماية وملك بعده ولده غياث الدين كيخسرو بن كيقباد بن كيخسرو وكسره التتر سنة احدي واربعين وستماية وتضعضع حينيذ ملك السلاطين السلجوقية ببلاد الروم، ثم مات غياث الدين كيخسرو بن كيقباد بن كيخسرو بن قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان بن سليمان بن قطلومش بن ارسلان بن

Efficiebat hic casus, ut Cotb-ed-din (106) Iconium reverteretur, et Sultani titulum sibi arrogaret, quasi pater suo se imperio per eam fugam fecisset ineptum et exuisset. Eo miseriarum adactus senex (107) migrabat ex una urbe in alteram, ab uno filiorum ad alterum, si quando se molestum esse animadverteret, donec tandem ad filium, Gaiat-ed-dinum Caichosruum, dominum Bargalui [vel Bargyliae] deveniret. Hic patrem decoro victu cultuque et custodia corporis instructum reducebat Iconium, indeque Cotb-ed-dinum exigebat. Dum vero senex Acsaram petit, occupabat eum fatum suum, quo dicebamus, tempore. Caichosru cadaver Iconium reducebat ibidemque humabat. Cotb-ed-din Malicschah paullo post eodem sequebatur, quo pater praecesserat. Caichosru (108) autem in possessione Iconii pergebat, iustum se gerens et legitimum imperii paterni haeredem. Id vero aequo animo non ferebat frater, Rocn-ed-din (109) Solaiman, qui fratrem Iconio depulsum cogebat ad Malec ed-Daherum, Halebi dominum, aufugere supplicem. Quum deinceps anno DC vivis excederet Rocn-ed-din, protinus aderat ad Iconium Caichosru, fratrisque filium, qui successionem adierat, Kilig Arslanum, pellebat, totamque Romaniam recuperabat (110), tenebatque usque ad annum DCVII, quo peremtus fuit. Succedebat ei filius, Azz-ed-din Caicavus; et huic frater, Ala-ed-din Caicobad, filius Gaiat-ed-dini Caichosrui; post istum anno DCXXXIV defunctum regnabat eius filius, avo cognominis, Gaiat-ed-din Caichosru; quo a Tataris fracto anno DCXLI convulsum quoque fuit regnum Sultanorum Selgukidarum in Romania; ipso autem tandem mortuo prorsus mortuum idem et exstinctum fuit, si verum volumus. Nam eius successores Sultani tantummodo audierunt, omne auctoritate cassi. Relinquebat nempe memoratus Caichosru vita decedens duo pueros, Rocn-ed-dinum et Caichosruum, qui postquam perparvo tempore communiter ambo regnassent, vindicabat iste superior sibi soli Sultanatum,

 coge-

بن سلجوق وانقضي بموت كيخسرو المذكور سلاطين بلاد الروم في
الحقيقة ، لان من صار بعده لم يكون له من السلطنة غير مجرد
الاسم ، وخلف كيخسرو المذكور صبيين هما ركن الدين وعز الدين ،
فملكوا m معاملة مديدة n ، ثم انفرد ركن الدين بالسلطنة ،
فهرب اخوه عز الدين الي القسطنطينية وتغلّب علي ركن الدين
معين الدين البرواناه والبلاد في الحقيقة للتتر ، ثم ان البرواناه قتل
ركن الدين واقام ابنا لركن الدين يخطب له بالسلطنة الحكم
للبرواناه وهو نايب التتر علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفي هذه السنة غزي شهاب الدين الغوري الهند فغنم وقتل
ما لا يحصي *

وفيها خرج السلطان طغريل بن ارسلان بن طغريل من الحبس
بعد قتل قزل ارسلان بن الدكز ، وكان قزل قد اعتقله حسبما تقدّم
ذكره في سنة سبع وثمانين وخمسماية *

وفيها توفي راشد الدين سنان بن سليمان بن محمد وكنيته
ابو الحشر صاحب دعوة الاسماعيلية بقلاع الشام واصله من البصرة *

ثم دخلت سنة تسع وثمانين وخمسماية ، ذكر وفاة الملك
الناصر صلاح الدين ابي المظفر يوسف بن ايوب بن شاذي وشي من
اخباره ، دخلت هذه السنة والسلطان بدمشق علي اكمل ما يكون
من المسرّة ، وخرج الي شرقي دمشق متصيّدا وغاب خمسة عشر يوما
وصحبته اخوه الملك العادل ، ثم عاد الي دمشق وودّعه اخوه الملك
العادل وداعا لا لقاء بعده فمضي الي الكرك واقام فيه حتي بلغه
وفاة السلطان ، واقام السلطان بدمشق وركب في يوم الجمعة خامس

عشر

cogebatque poſteriorem ad Conſtantinopolin aufugere. Revera tamen regebat Rocn-ed-dinum Moïn-ed-din el-Barvanah,* et tota poteſtas erat penes Tataros; neque regebat ille tantum, ſed et occidebat eundem deinceps, et filium ei quendam cum titulo Sultani ſufficiebat, ipſe pro ſuo ſuorumque Tatarorum arbitrio verſans et agens omnia; qua de re poſtea latius loco ſuo dicemus.

Hoc eodem anno DLXXXVIII invadebat Schahab-ed-din Gurenſis Indos, praedamque agebat, et homines occidebat, innumerabiles.

Eodem exibat Sultan Togril, poſt Cozul Arſlanum, Ilducuzi filium, peremtum, e carcere, quo is eum damnaverat; ut, ad annum DLXXXVII iam expoſuimus.

Eodem obiit Raſched-ed-din Abu'l-Haſchr Senan, filius Solaimani, caput ſectae Iſmaëlitarum per Syriam, origine Baſrenſis.

Anno DLXXXIX [qui die 6 Ian. A. C. 1193 coepit] fato ſuo defunctus fuit Sultan Saladinus, pleno nomine el-Malec en-Naſer Salah-ed din Abu'l-Modaffar Iuſef, filius Eiubi, filii Schadii. De cuius morte quum expoſuerimus, quaedam adſpergemus pro more noſtro, ad tanti viri rem domeſticam, atque mores ſpectantia. Ingreſſus itaque fuerat Saladinus hunc annum Damaſci, una cum fratre ſuo, Malec el-Adelo, perfecta in ſanitate rebusque laetis omnibus: dein egreſſus in urbis orientem aberat ab ea per quindecim dies ob inſtitutam venationem. Qua confecta frater, Adel, ipſi vale, ſed ultimum, dicebat, Caracam tendens, unde prius Damaſcum non rediit, quam poſt acceptam de Saladini morte famam. Hic autem Damaſci manens; inſtituebat, die Veneris, decimo quinto ſecundi menſis, equeſtrem pompam, a ſacra peregrinatione reduces excepturus. Fuerat au-

 tem

* Sic appellabant Tatari ſuos proreges.

عشر صفر وتلقّي الحجاج، وكان عادته ان لا يركب الّا وهو لابس كزاغند، فركب ذلك اليوم وقد اجتمع بسبب ملتقي الحجاج وركوبه عالم عظيم ولم يلبس الكزاغند، ثم ذكره وهو راكب، فطلب الكزاغند ولم يجده وقد حملوه معه، ولما التقي الحجاج استعبرت *o* عيناه كيف *p* فاته الحج، ووصل اليه مع الحجاج ولد اخيه سيف الاسلام صاحب اليمن، ثم عاد السلطان بين البساتين الي جهة المنيبع ودخل الي القلعة علي الجسر اليها *q*، وكانت هذه اخر ركباته، فلحقه ليلة السبت سادس عشر صفر كسل عظيم وغشيه نصف الليل حمي صفراوية واخذ المرض في التزايد وفصده *r* الاطبّاء في الرابع، فاشتد مرضه وحدث به في التاسع رعشة وغاب ذهنه وامتنع من تناول المشروب واشتدّ الارجاف في البلد وغشي من الحزن والبكاء عليه ما لا يمكن حكايته، وحقن في العاشر حقنتين، فحصل له راحة وتناول من ماء الشعير مقدارا صالحا، ثم لحقه عرق كثير حتي نفذ من الفراش واشتدّ المرض ليلة الثاني عشر من مرضه وهي ليلة السابع والعشرين من صفر، وحضر عنده الشيخ ابو جعفر امام الكلاسة ليبيت

deilitarum: عاد لي منك وسواسي وافنادي، "Redit mihi propter te muginatio mea et delirium meum." In eodem Divan aliquoties habetur vox أَفْنَدٌ quae Lexico Goliano deeſt, pro *dedecore*, ſtulto dicto factove. De ſtulto dicto: هل ينفعني اليك ارتحالي افندي ubi Scholiaſtes افند كل قول قبيح De turpi facto آكل الجيران فيهم غير افند

i) الغاضل Cod. Leid. الافضل

k) فغوت اباه واغطاه C. L. فغوي اباه واعطاه Fateor tamen, اغطاه pro

tem alias eius, quoties in publicum prodiret, constans mos, Casagendam* [seu loricam] corpore gerendi. Eo tamen die, ignotum quo casu, oblitus non induerat, die quamvis celeberrimo, quem et itineratorum adventus, et sollemnis in equo augusti processio, illustrem et confluxu generis omnis hominum frequentem, sed et dubium augusto capiti faciebant. Interea vero dum iam in equo residet, sentiens loricam sibi deesse, flagitat. At reperiri nusquam poterat, quamvis ministri eam secum sumsissent poscenti exhibituri. Sacros inter peregrinatores aderat fratris sui, Saif-el-Islami, domini Arabiae felicis, quidam filius. Ad horum conspectum in lacrimas exundabant eius oculi, eo, quod sibi caerimonia illa sacra defungi, cupienti quamvis, tamen non licuerit. Inde redibat ad arcem Damascenam per hortos (111) et Monaibaum, pontemque, qui in arcem traducit. Haec eius erat ultima in publicum conspectum processio. Proxima enim nocte ineunte, hoc est illa, quae diem Sabbati, decimum sextum secundi mensis antecedebat, opprimebat eum torpor ingens, et sub mediam noctem febris biliosa; qua crescente pertundebant ipsi medici venam die, quam morbus ceperat, quarto. Sed malum invalescebat indies. Nono tentabatur artuum tremore delirioque, ut haurire potionem recusaret; cuius rei tristis rumor totam urbem protinus implebat, et moerore lacrimisque tantis, ut dici vix queat. Et illa quidem remittebant die decimo post usum gemini clysmatis; ut aquae hordeatae copiam assumeret non contemnendam. Parum tamen ea proderant. Succedebat sudor, qui stragulas ipsas humectabat et pervadebat, verum ille non criticus: morbus enim exasperabatur nocte diem aegritudinis duodecimum, seu mensis vigesimum nonum, eundemque Mercurii, praecedente. Nocte illa, quod opinio erat, augustum in summo discriminis versari, manebat in arce Schaich Abu-Gafar Imam el-Kelasah, eo fine, ut mori-

* Lorica est non ferrea, sed lintea aut scortea.

لبيبيت عنده في القلعة بحيث ان احتضر بالليل ذكّره بالشهادة ،
وتوفي السلطان في الليلة المذكورة اعني الليلة المسفرة عن نهار
الاربعا السابع ، والعشرين من صفر بعد صلوة الصبح من هذه السنة
اعني سنة تسع وثمانين وخمسماية ، وبادر القاضي الفاضل بعد صلوة
الصبح فحضر وفاته ، ووصل القاضي بهاء الدين بن شداد بعد موته
وانتقاله الي رحمة الله تعالي وكرامته ، وغسله الفقيه الدولعي خطيب
دمشق واخرج بعد صلوة الظهر من نهار الاربعا المذكور في تابوت
مسجّي بثوب ، وجميع مـا احتاجوا اليه *t* من الثياب في تكفينه
احضره القاضي من جهة حلّ عرفـه ، وصلي عليه الناس ودفن في
قلعة دمشق في الدار التي كان مريضا فيها ، وكان نزوله الي جدثه
وقت صلوة العصر من النهار المذكور * وكان الملك الافضل قد
حلف له الناس قبل وفاة والده عند ما اشتدّ مرضه وجلس للعزاء
في القلعة وارسل الملك الافضل علي الكتب بوفاة والده الي اخيه
العزيز عثمان بمصر والي اخيه الظاهر غازي بحلب ولي عمه الملك
العادل ابي بكر بالكرك ، ثم ان الملك الافضل عمل لوالده تربة قرب
الجامع وكانت دارا لرجل صالح ونقل اليها السلطان يوم عاشورا سنة
اثنين وتسعين وخمسماية ومشي الملك الافضل بين يدي تابوته واخرج
من دار القلعة علي دار الحديث الي باب البريد وادخل ووضع قدام
النسر *v* وصلي عليه القاضي محيي الدين بن القاضي زكي الدين
ثم

pro غطاه insolens esse. قوّته est *prospexit ipsi de* القوت *victu;* et أغطاه *dedit ipsi* غطاء *tegmen,* vel *vestes,* vel *fecit ipsum* غطّي *tectum;* جمع لـه scilicet الجموع *congregavit ipsi copias* nempe *militares,* in

moribundo formulam ſacrae confeſſionis in mentem revocaret. Et profecto eadem illa nocte huius anni DLXXXIX obiit vir pius poſt peractas preces matutinas; quando feſtinans in arcem aſcendere Cadi Fadel adhuc offendebat animam agitantem: ſed Cadi Baha-ed-din aderat iam mortuo. Cadaver lavabat fakihus Dulaënſis, concionator Damaſcenus. Efferebatur* poſt preces meridianas diei Mercurii, in arca ferale, panno contecta: (omnia vero, quae ad amictum ſupremum pertinebant, ſuggeſſerat Cadi [Fadel] e fundo (112), quem ipſe norat, legitimo, neque aliis piis uſibus deſtinato, neque etiam iniquitate comparato) et poſt peractas a praeſentibus preces condebatur in arce Damaſcena, illa ipſa in aedicula, in qua decubuerat, ſub ipſum inſtans precum veſpertinarum tempus. Malec el-Afdal, filius eius natu maior, ut Sultanus, iam paullo ante patris exceſſum nuncupatus et ſacramento inauguratus, praeſidebat in arce ad excipiendas conſolationes, et ſtatim expediebat litteras de morte patris nuntiaturas ad fratrem, Malec el-Azizum Otmanum Miſram, et ad alterum fratrem, Malec ed-Daherum Gazium, Halebum, et ad patruum, Malec el-Adelum, Caracam; patrisque monumentum ſepulcrale inſtituebat prope templum maius, in ſolo, quod antea domus ſancti alicuius viri occupabat. Prius tamen perfectus ille tymbus non fuit, neque potuit in eum Saladini corpus inferri, quam anno a morte tertio. Tum enim, die decimo primi menſis anni DXCII curabat Malec el-Afdal cadaver in arca ſua, ex cella, cui hactenus incubuerat, depromtum, praeter Dar el-Hadit [ſeu collegium, in quo theologia traditionaria docetur] ad Bab el-Barid [ſeu portam veredi publici] deferri, ipſe coram funere procedens pedes: ubi depoſitum coram tumulo poſt preces a Cadio Mohii-ed-dino, filio Cadii Zaki-ed-dini, peractas, tumula-

* Nempe e ſtragulis in quibus exſpiraverat, aut e cubiculo; non vero ex arce aut urbe.

ثم دفن وجلس ابنه الملك الافضل في الجامع ثلثة ايام للعزاء ،
وانفقت ست الشام بنت ايوب اخت السلطان في هذه النوبة اموالا
عظيمة ، وكان مولد السلطان صلاح الدين بتكريت في شهور سنة
اثنين وثلثين وخمسماية ، وكان عمره قريبا من سبع وخمسين سنة
وكانت مدة ملكه للديار المصرية نحو اربع وعشرين سنة وملكه
الشام قريبا من تسع عشرة سنة ، وخلف سبعة عشر ولدا ذكرا وبنتا
واحدة ، وكان اكبر اولاده الملك الافضل نور الدين علي بن يوسف
ولد بمصر سنة خمس وستين وخمسماية ، وكان العزيز اصغر منه بنحو
سنتين وكان الظاهر صاحب حلب اصغر منهما ، وبقيت البنت حتي
تزوجها ابن عمها الملك الكامل صاحب مصر ، ولم يخلف السلطان
صلاح الدين في خزانته غير سبعة واربعين درهما وجرم واحد صوري ،
وهذا من دخل الديار المصرية والشام وبلاد الشرق واليمن دليل
قاطع x علي فرط كرمه ، ولا يخلف دارا ولا عقارا ، قال العماد
الكاتب حسبت ما اطلقه السلطان في مدة مقامه بمرج عكا من
خيل عراب واكاديش وكان اثني عشر الف راس ، وذلك غير ما
اطلقه من اثمان الخيل المصابة في القتال ، ولم يكن له فرس يركبه الا
وهو موهوب او موعود به ، ولم يوخر صلوة عن وقتها ولا صلي الا في
جماعة ، وكان اذا عزم علي امر توكل علي الله ولا يفضل يوما علي يوم ،
وكان

in custodiam corporis et alios usus, et حشد addidit ipsi حشدا *agmen, turbam, famulorum* scilicet. Infra tamen est locus in quo جمع et حشد iunguntur, et utrumque de militibus dicitur. Fateor me discrimen horum nondum intelligere.

l) وسار Forte suppl. قليج ارسلان

m) فملكوا Forte فملكا

tumulabatur altera vice, ſed in perpetuum. Quo facto filius, Malec el-Afdal, per triduum in templo praeſidebat accipiendis conſolationibus. Et ea occaſione ingentes erogabat opes Sitt es-Scham, Saladini ſoror. Natus fuerat optimus ille princeps Tacritae anno DXXXII, ut adeo, quum obiret, annos fere natus eſſet quinquaginta ſeptem. Viginti propemodum et quatuor per annos obtinuerat Aegyptum, novendecim autem ferme Syriam. Praeter unam filiam relinquebat mares ſeptendecim, quorum natu maximus erat Malec el-Afdal Nur-ed-din Ali, Miſrae natus anno DLXV: quo minor duobus fere annis erat Malec el-Aziz; ambobus minor Malec ed-Daher Gazi. Filiam memoratam ducebat tempore poſt in matrimonium Malec el-Camel, Aegypti dominus, proximus affinis. At in theſauris relinquebat Saladinus nihil, praeter quadraginta ſeptem drachmas [ſeu numos argenteos] et unum numum aureum (113) Tyrium, de tot et tantis reditibus e Syria, et Aegypto, et Oriente, et Arabia felice, reliquias. Luculens argumentum, quod, quam generoſus et munificus ille fuerit, doceat, praeſertim quum neque domum, neque fundos alios ſibi comparaverit. Solo illo tempore, (verba ſunt Emad-ed-dini Catebi) quo campum Acconenſem obtinebat, elargiebatur in equis praeſtantioribus Arabicis, et in Acadiſchis,* quantum ego quidem computando aſſecutus fui, ad duodecim millia capitum, eo non accenſis equorum, qui per aciem perierant, quae ille rependit, pretiis; ipſe vero non equitabat, niſi quos aut iam donaverat aliis, aut donaturum ſe promiſerat. Tempus precum reponebat nunquam, neque peragebat eas, niſi cum coetu. (114) In rebus deſtinatis exſequendis neque ſtellarum concurſus curabat, neque dies auſpicatos, quod ſuperſtitioſi

S 2 fa-

* *Acadiſch* a ſingulari *Acdiſch.* Quae vox, utut ſaepius recurrat deinceps, obſcura tamen mihi eſt. Ex loco, qui ſub a. 724 occurret, valde probabiliter exiſtimatur, *equorum* genus aliquod notare. Celeb. Schultenſius h. l. vertit *generoſiores curſores.*

وكان كثير سماع الحديث النبوي وقرا مختصرا في الفقه تصنيف سليم الداري *y* ، وكان حسن الخلق صبورا علي ما يكره كثير التغافل عن ذنوب اصحابه يسمع من * احدهم ما يكره ولا يعلمه بذلك ولا يتغيّر عليه ، وكان يوما جالسا ، فرمي بعض المماليك بعضا بسرموزة فاخطاته ووصلت الي السلطان فاخطاته ووقعت بالقرب منه ، فالتفت الي الجهة الاخري ليتغافل عنها ، وكان طاهر المجلس ، فلا يذكر احد في مجلسه الّا بخير ، وطاهر اللسان فما يولع بشتم * قال العماد الكاتب مات بموت السلطان الرجال وفات بوفاته الافضل وغاضت الايادي وفاضت الاعادي وانقطعت الارزاق وادلهمّت الافاق وفجع الزمان بواحده وسلطانه ورزي الاسلام بمشيد اركانه *

ذكر ما استقر عليه الحال بعد وفاة السلطان ، لما توفي السلطان الملك الناصر صلاح الدين استقرّ في الملك بدمشق وبلادها المنسوبة اليها ولده الملك الافضل نور الدين علي ، وبالديار المصرية الملك العزيز عثمان ، وبحلب الملك الظاهر غيات الدين غازي ، وبالكرك والشوبك والبلاد الشرقية الملك العادل سيف الدين ابو بكر بن ايوب ، وبحماة وسلمية والمعرّة ومنبج وقلعة نجم الملك المنصور ناصر الدين محمد بن الملك المظفر

تقي

n) مديدة poſſet pro participio praeterito accipi, et *extenſum* notare. Malim tamen pro diminutivo nominis مدة accipere: *ſpatium, ſpatiolum*, pro *perbreve ſpatium.*

o) استعبرت *lacrimae obundabant eius oculum:* proprie *oculus eius ciebat lacrimas* عبرة

faciunt, deligebat, ſed opus ſuum, deo confiſus, quandocunque viſum eſſet, aggrediebatur. Prophetae traditiones audire amabat. Legerat et callebat Compendium fikhae illud, quod auctorem habet Solaimum Darenſem. Commodis erat moribus, adverſarum rerum patiens, multum doctus ſuorum peccatis ignoſcere; qui, quamvis audiret de uno alterove ad ſe relata, quae non amabat, tantum tamen in ſe valeret, ut neque illi quidquam obiectaret, neque ideo animum ab ipſo alienaret. Aliquando ſedentem ſandalio tantum non feriebant duo pueri, quod inter ſe iactabant; certe proxime ab ipſo decidebat: vultum tamen ille partem deflectebat ad alteram, ne animadvertiſſe videretur. Neminis unquam fiebat coram ipſo mentio, niſi bonis in omnibus; honeſtus etiam erat purusque linguae, neque permittebat irae, ſi quem obiurgaret, ut in convitia erumperet. Dictatum profecto ab ipſa veritate fuit elogium, quo laudatus Cateb ipſum decorat: In morte Saladini, ait, mortui ſunt egregii viri; deſiit cum ipſo munificentia; diſparuerunt beneficia: contra ſe diffuderunt quaquaverſum torrentes hoſtium; divina benedictio in annonae proventu hominumque fortunis praeſecta quaſi cum ipſo fuit; craſſis tenebris obſcuratae nubes eum lugere viſae ſunt: aevum phoenice Sultanoque [ſeu principe] ſuo fuit orbatum, et Iſlamiſmus iactura illius viri afflictus, qui fundamenta eius ſolidabat.

Poſt huius tanti viri exceſſum quid novarum rerum contigerit, iam tradendum nobis eſt. In regno quidem Damaſceno ſuccedebat ipſi filius, Malec el-Afdal Nur-ed-din Ali; in Aegyptiaco autem alter, Malec el-Aziz Otman; Halebum obtinebat tertius, Malec ed-Daher Gaiat-ed-din Gazi; frater defuncti, Malec el-Adel Saif-ed-din Abu-Becr, filius Eiubi, babebat Caracam, Schaubecam, et provincias orientales; Hamatam tenebat et Salamiam, Maarram, Manbegam et Calaat Nagm, Malec el-Manſur Naſer-ed-din Muhammed, filius Malec el-Modaffari

 Taki-

تقي الدين عمر، وببعلبك الملك الامجد مجد الدين بهرامشاه بن فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب، وبحمص والرحبة وتدمر شيركوه بن محمد بن شيركوه بن شاذي وبيد الملك *a* خضر بن السلطان صلاح الدين بصري، وهو في خدمة اخيه الملك الافضل، وبيد جماعة من امراء الدولة بلاد وحصون، منهم سابق الدين عثمان بن الداية بيده شيزر وابو قبيس، وناصر الدين بن *b* كورس بن خمارتكين بيده صهيون وحصن برزية، وبدر الدين دلدرم بن بهاء الدين ياروق بيده تل باشر، وعز الدين اسامة بيده كوكب وعجلون، وعز الدين ابراهيم بن شمس الدين بن المقدّم بيده بعرين وكفرطاب وفامية * والملك الافضل هو الاكبر من اولاد السلطان والمعهود اليه بالسلطنة، واستوزر الملك الافضل ضياء الدين نصر الله بن محمد بن الاثير مصنّف المثل السائر، وهو اخو عز الدين ابن الاثير مولّف التاريخ المسمي بالكامل، فحسّن للملك الافضل طرد امراء ابيه، ففارقوه الي اخويه العزيز والظاهر، قال اجتمعت اكابر الامراء بمصر وحسّنوا للملك العزيز الانفراد بالسلطنة ووقعوا في اخيه الافضل، فمال الي ذلك وحصلت الوحشة بين الاخوين الافضل والعزيز، *

وفي هذه السنة بعد موت السلطان قدم الملك العادل من الكرك الي دمشق واقام فيها وظيفة العزاء علي اخيه، ثم توجّه الي بلاده التي وراء الفرات *

ذكر حركة عز الدين مسعود صاحب الموصل الي البلاد الشرقية التي بيد الملك العادل وعوده ومونه، في هذه السنة لما مات السلطان صلاح الدين كاتب عز الدين مسعود بن مودود بن عماد الدين زنكي بن

اقسنقر

Taki ed-dini Omari; Baalabacum Malec el-Amgad Magd-ed-din Baharamſchah, filius Ferochſchahi, filii Schahinſchabi, filii Eiubi; Hemſam, Rahabam, Tadmoram, Schircuh, filius Muhammedis, filii Schircuhi, filii Schadii; Boſram Malec ed-Dafer Chidr, filius Saladini, ſed ille ad aulam miniſteriumque ſui fratris, Afdali, Damaſceni, pertinens. Emiri alii, ab Eiubica ſtirpe alieni, ſed eidem addicti, urbes alias minores arcesque tenebant; ut Sabec-ed-din Otman Ibn ed-Daia, Schaizaram et Abu-Cobaiſum; Naſer-ed-din, filius Curaſi, filii Chamardekini, Sahiun et Heſn-Borzaia; Bedr-ed-din Dilderim, filius Baha-ed-dini Iaruki, Tâll-Baſcher; Azz-ed-din Oſama, Caucab et Eglun; Azz-ed-din Ibrahim, filius Schams-ed-dini, Ibn-el-Mocaddami, Barinam et Cafartab et Famiam.

Sed haec conſtitutio haud diu valebat. Maximus enim liberorum Sultani, Malec el-Afdal, cui deſtinatus ex teſtamento Sultanatus erat, Vezirum ſuum nuncupabat Daia-ed-dinum Naſrallam Muhammedem, Ibn-el-Atirum, auctorem al-Metl es-Saïer [ſeu libri de proverbiis vulgaribus] fratrem iſtius Azz-ed-dini Ibn-el-Atiri, e cuius Chronico, Camelo inſcripto, multa depromſimus. Ille Daia-ed-din hero ſuadebat ceteros patris quondam duces ablegare. Quo conſilium approbante, diſcedebant Emiri ad utrumque Afdali fratrem, Miſrenſem et Halebenſem; et illi quidem, hoc eſt Azizo, ſuadebant plurimi Miſrae congregati, ut Sultanatus titulum ſibi ſoli arroget, foedisque ſimul modis in Afdalum invehebantur. Quibus Aziz ſtimulatus, non abhorrebat. Itaque nata fratres inter, Azizum et Afdalum, fera ſimultus.

Eodem anno veniebat Malec el-Adel Caraca Damaſcum, poſt exitum Saladini, fratris, et poſtquam ibi tempus accipiendis conſolationibus dicatum exegiſſet, pergebat ad provincias ſuas ad Euphratem ſitas. Ibi enim res novas moliebatur Azz-ed-din Maſud, filius Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acſon-

اقسنقر صاحب الموصل ملوك البلاد المجاورين للموصل يستنجدهم،
ولذلك اتفق مع اخيه عماد الدين زنكي بن مودود بن زنكي
صاحب سنجار وسار الي جهة حران وغيرd ، فلحق عز الدين اسهال
قوي وضعف ، فترك العسكر مع اخيه عماد الدين وعاد الي الموصل
وصحبته مجاهد الدين قيماز، فحلف مسعود العسكر لابنه
ارسلانشاه بن مسعود بن مودود بن زنكي بن اقسنقر، وقوي بعز
الدين مسعود المرض وتوفي السابع والعشرين من شعبان هذه السنة،
وكانت مدة ما بين وفاته ووفاة السلطان صلاح الدين نصف سنة،
وكانت مدة ملك عز الدين مسعود للموصل ثلث عشرة سنة وستة
اشهر، وكان دينا خيرا كثير الاحسان وكان اسمر مليح الوجه خفيف
العارضين يشبه جده عماد الدين زنكي، واستقر في ملك الموصل
ولده ارسلانشاه وكان القيم بامره مجاهد الدين قيماز *

ذكر قتل بكتمر صاحب خلاط ، في هذه السنة في اول جمادي
الاولي قتل سيف الدين بكتمر، وكان بين قتله وبين موت السلطان
صلاح الدين شهران ، ولما بلغ بكتمر موت السلطان اسرف في اظهار
الشماتة بموت السلطان وضرب البشاير ببلاده وفرح فرحا شديدا وعمل
تختا يجلس e عليه ولقب نفسه السلطان المعظم صلاح الدين
وكان اسمه بكتمر فسمي نفسه الملك العزيز، فلم يمهله الله تعالي،
وكان هذا بكتمر من مماليك ظهيرf الدين شاهرمن ، وكان له خشداش
اسمه

p) كيف *propterea quod*: rarior usus particulae. Sic etiam usurpavit Haririus Conf. XLV احفظ القاضي ما سمع وتلهف كيف خدع "irritabat Cadium id quod audiebat, et fortunam suam deplorabat, quod adeo deceptus fuisset."

Acſoncori, dominus Mauſelae, qui metu Saladini iam liberatus, regulisque ſibi vicinis in conſiliorum ſocietatem allectis, et fratre Emad-ed-dino Zenkio, domino Sangarae, tam in gratiam reconciliato, ut cum eo quaſi de condicto ageret, movebat adverſus Harranam. Verum in via grave diarrhoea correptus, vires eius omnes proſternente, cogebatur, copiarum cura fratri demandata, una cum Veziro ſuo Mogahed-ed-dino Caimazo, Mauſelam repetere. Rerum tam ancipite in ſtatu adigebat Maſud copias ad ſacramentum ſuo filio, Arſlanſchaho, dicendum. Inde invaleſcente morbo tandem exſpirabat, die vigeſimo ſeptimo menſis octavi huius anni, ſexto menſe poſt obitum Sultani Salah-ed-dini, poſtquam imperaſſet Mauſelae tredecim annos cum dimidio. Princeps erat bonus, pius, munificus; furvus colore, venuſtus vultu, tenui raraque maxillarum barba, avo ſuo ſimilis, Emad-ed-dino Zenkio. Filius Arſlanſchah ipſi ſuccedebat; cuius nomine res curabat modo dictus Mogahed-ed-din Caimaz.

Altero poſt Saladini obitum ineunte menſe, quinto huius anni, ſequebatur eundem ad plures, eius inimiciſſimus, violenta morte peremtus, Saif-ed-din Bectimur, Challatae dominuus, qui, ut mortem adverſarii a fama perceperat, ebuccinabat eam, impotens gaudii et ſuperbiae homo, tubis tympanisque per ſuam ditionem, ſoliumque ſibi, cui inſideret, tanquam regum maximus, comparabat, et arrogantem inſuetumque titulum Sultan el-Moattam [ſeu monarchae magnifici] Salah-ed-din ſibi tribuebat, locoque veri ſui nominis, quod Bectimur erat, volebat Malec el-Aziz compellari, qui olim mancipium Tahir-ed-dini Schah Armeni fuerat. Verum non ſinebat eum deus diu tam inſoleſcere. Confoſſus enim paullo poſt peribat; gener autem eius filium, quem is ſeptennem relinquebat, eiusque matrem, comprehenſos in caſtellum Arzas Baluſch deportabat, et ipſe tyrannidem invadebat. Gener ille eius erat Chaſchdaſch (115), vero

 nomine

اسمه هزارديناري ، وكان قد قوي وتزوج ابنة بكتمر من *g* هزارديناري المذكور اقسنقر ولقبه بدر الدين ، جلبه *h* تاجر جرجاني اسمه علي الي خلاط ، فاشتراه منه شاهرمن سكمان بن ابراهيم فاعجب به شاهرمن وجعله ساقيا له ولقبه هزارديناري ، وبقي علي ذلك برهة من الزمان ، فلما تولي بكتمر علي مملكة خلاط بقي المذكور من اكبر الامراء وتزوّج ببنت بكتمر عينا خاتون ، فلما قتل بكتمر خلف ولدا ، فاخذ هزارديناري المذكور ولد بكتمر وامه واعتقلهما في قلعة ارزاس بلوش *i* ، وكان عمر بن بكتمر ان ذاك نحو سبع سنين واستمرّ بدر الدين اقسنقر هزارديناري في مملكة خلاط حتي توفي في سنة اربع وتسعين وخمسماية حسبما نذكره ان شاء الله تعالي ❋

وفيها شتي شهاب الدين الغوري في برشاور *k* وجهّز مملوكه ايبك في عساكر كثيرة الي بلاد الهند ، ففتح وغنم وعاد منصورا مويّدا ❋

وفيها توفي سلطان شاه بن ارسلان بن اطسز بن محمد بن انوشتكين ، وكان قد ملك مرو وخراسان ، ولما مات انفرد اخوه تكش بالمملكة ، وقد تقدّم ذكرهما في سنة ثمان وستين وخمسماية ❋

وفيها مات الامير داود بن عيسي بن محمد بن ابي هاشم امير مكة ، وما زالت امارة مكة له تارة ولاخيه مكثر تارة حتي مات ❋

ثم دخلت سنة تسعين وخمسماية ، ذكر قتل طغريل وملك خوارزم شاه الري ، كان طغريل بن ارسلان بن طغريل بن محمد بن ملكشاه بن الب ارسلان بن داود بن ميكايل السلجوقي قد حبسه قزل ارسلان بن

q) الجسر اليها Aut est ellipsis, aut potius addendum المبلغ *qui perducit.*

r) وقصده Sic emendat Schultens. C. L. وقصده *s*) السابع C. L. الرابع

nomine Acſoncor; vulgo autem Hezardinari dictus, [ſeu mille aureorum pretio redemtus] tanti enim illum ab Alio quodam, Gorganico mercatore, Challatam allatum, Schah Armen Socman, filius Ibrahimi, emerat, puerique forma et indole delectatus, fecerat ſuum pocillatorem ſupraque dicto elogio Hezardinarici ornaverat. Eo is in munere aliquamdiu permanſit usque ad tyrannidem Bectimuri; qui eum inter praecipuos aulae ſuae proceres referebat, auctoritatemque ipſi atque potentiam, et tandem filiam ſuam Aina Chatun in uxorem, attribuebat. In hac illuſtre fortuna titulum Bedr-ed-dini aſſumebat ille Hezardinaricus; de cuius exitu deinceps dicetur ad an. DXCIV.

Anni huius hiemem exigebat Schahab-ed-din Gurenſis in Barſchavur, expedito in terras Indorum mamluco ſuo, Ibeco; qui quum multa ibi loca expugnaſſet, redibat victoria potens et praeda gravis.

Eodem obiit Sultanſchah, filius Arſlani, filii Atſuzi, filii Muhammedis, filii Anuſchtekini, Marvae et totius Choraſanae dominus; eoque integram porro quietamque relinquebat fratri dominationem, Tacaſcho nempe. Sed de his ad an. DLXVIII diximus. [Tacaſch filiorum ſuorum natu minori, Muhammedi, Niſaburam, maiori autem, Malicſchaho, Marvam gubernandas committebat.]

Eodem obiit Emir Davud, filius Iſae, filii Muhammedis, filii Abu-Haſchemi, Emirus Meccanus, ſed is admodum inconſtantis fortunae: modo enim obtinebat principatum, modo excidebat eo, fratrem, Mocterum, pellens fugiensque viciſſim.

Anno DXC [qui die 26 Dec. A.C. 1193 coepit] occidebat Chovarezimſchah Togrilum, et ditionem eius, regionem montanam, occupabat. Togrilum iſtum deſignamus, filium Arſlani, filii Togrili, filii Muhammedis, filii Malicſchahi, filii Alp Arſlani, filii Davudi, filii Michaëlis, filii Selguki; quem a Cozul Arſlano, filio Ilducuzi, captum et in vincula datum fuiſſe, iam

بن الدكز، وخرج طغريل من الحبس في سنة ثمان وثمانين وخمسماية
وملك همذان وغيرها وجري حرب بينه وبين مظفر الدين ازبك بن
البهلوان محمد بن الدكز، بل قيل هو قطلغ اينانج اخو ازبك
المذكور، فانهزم ابن البهلوان، ثم ان ابن البهلوان بعد هزيمته
استنجد بخوارزمشاه علاء الدين تكش، فخاف منه، فلم يجتمع
بخوارزمشاه، فسار خوارزمشاه وملك الري، وذلك في سنة ثمان
وثمانين، وبلغ تكش ان اخاه سلطان شاه قد قصد خوارزم، فصالح
طغريل السلجوقي وعاد تكش الي خوارزم وبقي الامر كذلك حتي
مات سلطانشاه في سنة تسع وثمانين وخمسماية فتسلّم تكش مملكة
اخيه سلطانشاه وخزانته وولي ابنه محمد بن تكش نيسابور وولي
ابنه الاكبر ملكشاه بن تكش مرو، ولما دخلت سنة تسعين سار
تكش الي حرب طغريل السلجوقي، فسار طغريل الي لقايه قبل ان
يجتمع عساكره، والتقي العسكران بالقرب من الري وحمل طغريل
بنفسه فقتل، وكان قتله في الرابع والعشرين من ربيع الاول من هذه
السنة، وحمل راس طغريل الي تكش فارسله الي بغداد فنصب بها
عدة ايام، فسار تكش وملك همذان وتلك البلاد جميعها وسلّم
بعضها الي ابن البهلوان واقطع بعضها المماليكه ورجع الي خوارزم،
وهذا طغريل بن ارسلان بن طغريل بن محمد بن ملكشاه بن الب
ارسلان بن داود بن ميكايل بن سلجوق وهو اخر السلاطين السلجوقية
الذين ملكوا بلاد العجم، وقد تقدّم ابتداء الدولة السلجوقية في
سنة اثنين وثلثين واربعماية، واول من ملك منهم العراق وازال دولة
بني بوية طغريل بن ميكايل بن سلجوق، ثم ملك بعده ابن اخيه
الب ارسلان بن داود بن ميكايل، ثم ابنه ملكشاه بن الب ارسلان،
ثم

ſupra diximus; unde quum evaderet anno DLXXXVIII Hamadanam aliasque ſubigebat, et bellum gerebat cum Modaffared-dino Vzbeco, filio Pehluvani, filii Ilducuzi, aut, quod alii perhibent, cum Vzbeki fratre, Cotiog Inanego, tam feliciter, ut eum victum fugatumque cogeret Chovarezimſchahi Tacaſchi auxilium implorare; quamvis tam parum illi fideret, ut ei copiam ſui non faceret. At aderat tamen Tacaſch, et ſubigebat Raiam eodem anno DLXXXVIII. Sed ſubito ipſum interpellabat et avocabat rumor, fratrem Sultanſchahum, ſuum territorium, Chorezmiam, invadere. Propere itaque conſtituta cum Togrilo pace, domum redibat. Paullo poſt autem contingebat anno DLXXXIX modo dictum Tacaſchi fratrem, Sultanſchahum, vivis excedere; quo Tacaſch et regnum eius et theſauros nactus,* redordiebatur hoc anno bellum cum Togrilo; qui pugnae avidus nondum integris copiis cum hoſte manum feſtinabat conſerere, non ſatis prudenter. Itaque commiſſa pugna die vigeſimo quarto tertii menſis huius anni, per quam Togril, dum ſe paullo calidius medias in acies ingerit, cadebat. (116) Inde facile porro erat Tacaſcho Hamadanam et omnes illas ibi provincias occupare; quarum partem quum filio Pehluvani attribuiſſet, partem ſuis mamlukis, redibat in Choarezmiam, prius miſſo Bagdadum ad Chalifam Togrili capite, ubi ſuffixum palo conſpectui per aliquot dies patuit. (117) Vltimus hic Togril eſt ſuae gentis, puta propaginis iſtius Sultanorum Selgukidarum, qui in Perſide ceteroque oriente regnarunt poſt Buidas; quos quis exciderit, eorumque poteſtatem in gentem ſuam transtulerit, ad a. CCCCXXXII latius expoſuimus. Erat is Togril, filius Michaëlis, filii Selguki. Hunc excipiebat eius ex fratre, Davudo, nepos, Alp Arſlan; hunc filius, Malicſchah; hunc filius, Mahmud, cuius ut pueri nomine regnum adminiſtrabat eius mater, Torcan Chatun. Illi ſeptenni mortuo ſuccedebat eius frater, Borkeiaroc, tum alter

 frater,

* Quae hic adduntur in Arabicis, ſupra ſuo loco inſerta ſunt in Latinis.

ثم ابنه محمود بن ملكشاه ، وكان طفلا فقامت بتدبير المملكة ام محمود تركان خاتون ، ومات محمود وهو ابن سبع سنين وملك اخوه بركيارق بن ملكشاه ، ثم اخوه محمد بن ملكشاه ، ثم ابنه محمود بن محمد ، ثم ابن اخيه / ملكشاه بن محمود بن محمد المذكور مدة يسيرة ، ثم عمه طغريل بن محمد ، ثم اخوه مسعود بن محمد ثم ابن اخيه ملكشاه بن محمود بن محمد اياما يسيرة ، ثم اخوه محمد بن محمود ، ثم بعد محمد المذكور اختلفت العساكر وقام من بني سلجوق ثلثة ، احدهم ملكشاه بن محمود اخو محمد المذكور ، والثاني سليمان شاه بن محمد بن السلطان ملكشاه وهو عم محمد المذكور ، والثالث ارسلانشاه بن طغريل بن محمد بن السلطان ملكشاه ، وكان الدكز متزوّجا بام ارسلان شاه المذكور ، فقوي عليهما سليمان شاه واستقر في همذان في سنة خمس وخمسين وخمسماية ، ثم قبض سليمان شاه وقتل ، وكذلك سمّ ملكشاه بن محمود المذكور ومات باصفهان في السنة المذكورة (اعني سنة خمس وخمسين وخمسماية) وانفرد بالسلطنة ارسلان شاه بن طغريل ربيب الدكز ، ثم ملك بعده ابنه طغريل بن ارسلان شاه بن طغريل المذكور في سنة ثلث وسبعين وخمسماية وجري له ما ذكرناه حتي قتله تكش في هذه السنة (اعني سنة تسعين وخمسماية) وانقرضت به الدولة السلجوقية *

وفيها ارسل الامام الناصر عسكرا مع وزيره مويد الدين محمد بن علي المعروف بابن القصّاب الي خورستان ، وهي بلاد شملة واولاده من بعده ، وكان قد مات صاحبها ابن شملة فاختلفت اولاده ، فوصل عسكر الخليفة الي خورستان وملكوا مدينة تستر في المحرم سنة احدي وتسعين وغيرها من البلاد ، وكذلك ملكوا قلعة الناظر وقلعة كاكرد وقلعة لاموج وغيرها من القلاع والحصون ، فانفذوا بني شملة اصحاب بلاد خورستان الي بغداد *

وفي

frater, Muhammed, dein huius filius, Mahmud; post illum obtinebat sed parum diu eius ex fratre nepos,* Malicschah, filius Mahmudi, filii Muhammedis; porro huius patruelis, Togril, filius Muhammedis; tunc Togrili frater, Masud; tunc eius ex fratre nepos, Malicschah, filius Mahmudi, filii Muhammedis, brevi spatio; denique frater eius, Muhammed, filius Mahmudi; post quem surgebant Selgukidae tres regni aemuli, ducibus in diversa vergentibus: unus Malicschah, frater Muhammedis postremo loco dicti; alter Solaimanschah, filius Muhammedis primi, filii Malicschahi; adeoque eiusdem Muhammedis et Malicschahi patruus; tertius Arslanschah, filius Togrili, filii Muhammedis, filii Malicschahi, privignus Ilducuzi. Horum ambobus praevalebat statim quidem Solaimanschah et obtinebat Hamadanam anno DLV. Post eum vero captum et peremtum, pariterque veneno sublatum Malicschahum, quem eodem ipso anno DLV perfidia suorum apud Isfahanam perdidit, solus obtinebat Sultanatum Arslanschah, nutricius Ilducuzi. Cui anno DLXXIII succedebat Togril, eius filius, fatis usus, quae paullo antea et passim memoravimus in superioribus. En brevem dynastiae Selgukicae conspectum.

Eodem mittebat Chalifa, Imam Naser ledin allah, copias cum Veziro suo Movaiied-ed-dino Muhammede, filio Alii, vulgo Ibn-al-Cassab (118) [seu filio lanionis] dicto, in Churestanam, regionem Ibn-Schamalae Turcomani, post cuius excessum eius liberi de haereditate rixabantur. Exercitus Bagdadicus primo demum sequentis anni DXCI mense Tostaram perveniebat, et expugnabat, quod et aliis urbibus castellisque faciebant; ut castellis Nater, et Cakerd, et Lamug. Dominos autem provinciae Bagdadum mittebant.

Eodem

* Imo vero filius.

وفي هذه السنة (اعني سنة تسعين) استحكمت الوحشة بين الاخوين العزيز والافضل ابني السلطان صلاح الدين ، فسار العزيز في عسكر مصر وحاصر اخاه الافضل بدمشق ، فارسل الافضل الي عمه العادل واخيه الظاهر وابن عمه الملك المنصور صاحب حماة يستنجدهم ، فساروا الي دمشق واصلحوا بين الاخوين ، فرجع العزيز الي مصر ورجع كل ملك الي بلده ، واقبل الملك الافضل بدمشق علي شرب الخمر وسماع الاغاني والاوتار ليله ونهاره واشاع ندماوه ان اخاه العزيز حسّن له ذلك ، وكان يعمله بالخفية ، فانشده العادل ،

فلا خير في اللذّات من دونها ستر *

فقبل عن عمه وتظاهر بذلك وفوّض امر المملكة الي وزيره ضياء الدين بن الاثير الجزري يدبّرها برايه الفاسد ، ثم ان الملك الافضل اظهر التوبة عن ذلك وازال المنكرات وواظب علي الصلوات وشرع في نسخ المصحف بيده *

ثم دخلت سنة احدي وتسعين وخمسماية ، وفيها غزي ملك المغرب يعقوب بن يوسف بن عبد المومن الفرنج بالاندلس وجري بينهم مصافّ عظيم انتصر فيه المسلمون وقتل من الفرنج ما لا يحصي وولوا منهزمين ، ثم غنم المسلمون منهم ما يفوت الحصر *

وفيها سار ابن القصّاب وزير الخليفة بعد ملك خوزستان الي همذان ، فملكها وملك غيرها من بلاد العجم واخذ يستولي علي ساير *t)* البلاد للخليفة ، فتوفي مويد الدين بن القصاب المذكور في اوايل شعبان سنة اثنين وتسعين وخمسماية *

وفيها

t) Cod. Leid. احتاج absque اليه. Schultens vitium fenfit, fed magis fere corrupit.

Eodem anno erumpebat in nervum simultas inter fratres, Malec al-Afdalum, et Malec al-Azizum, Saladini filios, illum Damasci, hunc Misrae dominum. Hic enim illum in regia sua iam obsidebat. Brevi tamen hac quidem vice placata fuit isthaec ira, interventu Malek-ed-Daheri, Halebensis, communis fratris, et patrui, Malek al-Adeli, et affinis, Malek al-Mansuri, Hamateni; quorum opem Afdal imploraverat. Hi Damascum venientes efficiebant, reddita fratribus concordia, ut Aziz Misram remearet: quo facto ceteri quoque reges suas quisque sedes repetebant. Sic sui iuris denuo factus Afdal voluptatibus palam se volutabat, vinum potans, et psaltriis vacans, diu noctuque. Quod flagitiosum vivendi genus ipsi laudatum fuisse ab eius fratre, Azizo, spargebant eius compotores in vulgus; et, quod olim procul arbitris fecerit, id idem nunc liberius facere, postquam a patruo commendatum sibi audiverit illud veteris poëtae:

Nauci sunt voluptates, quibus siparium praetenditur.

Procul dubio placuerat ipsi haec sententia impense: omnium enim in oculis indulgebat luxuriae, et committebat imperii negotia Daia-ed-dini Ibn-el-Atiri Gazarensis conductioni, sed ei pessimae. Aliquo tamen tempore post resipiscebat Afdal, impiaque et vetita removebat omnia, continuoque precum incumbebat exercitio, suaque ipse manu codicem Corani describere instituebat

Anno DXCI [qui die 15 Dec. A. C. 1194 coepit] invadebat Francos in Hispania bello Iacub, filius Iosefi, filii Abd-el-Mumeni, rex occidentis. Ingente tum commissa pugna (119) Muslemi stragem victos in Francos ediderunt incredibilem, praedamque nacti sunt a fugientibus relictam numero paene non concipiendam.

Eodem procedebat Vezirus Chalifae, Ibn-al-Cassab, post subactam Churestanam, in Hamadanam, et eam quoque provinciam cum aliis Persicis imperio heri sui adiiciebat. Sed anni sequentis DXCII ineunte mense octavo vivis excedebat idem. (120)

وفيها جهّز الخليفة الامام الناصر عسكرا مع مملوك له يقال له سيف الدين طغريل واستولي علي اصفهان *

وفيها قدّم مماليك البهلوان عليهم مملوكا من البهلوانية يقال له كلجا ، فعظم امر كلجا واستولي علي الري وهمذان *

وفيها عاود الملك العزيز صاحب مصر قصد الشام ومنازلة اخيه الملك الافضل ، فسار ونزل الغوار من ارض السواد من بلاد دمشق ، فاضطرب بعض عسكر العزيز عليه ، وهم طايفة من الامراء الاسدية ، ففارقوه ، وبادر العزيز العود الي مصر بمن بقي معه من العسكر ، وكان الملك الافضل قد استنجد بعمه الملك العادل لما قصده اخوه العزيز ، فلما رحل العزيز عايدا الي مصر رحل الملك الافضل والملك العادل ومن انضمّ اليهما من الاسدية وساروا في اثر العزيز طالبين الديار المصرية ، فساروا حتي نزلوا علي بلبيس ، وقد ترك العزيز جماعة من الصلاحية بها ، وقصد الملك الافضل مناجزتهم بالقتال ، فمنعه عمه عن ذلك ، فقصد الافضل المسير الي مصر والاستيلاء عليها ، فمنعه عمه من ذلك ايضا وقال مصر لك مني شيت ، وكاتب العادل العزيز في الباطن وامره بارسال القاضي الفاضل ليصلح بين الاخوين ، وكان القاضي الفاضل قد اعتزل عن ملابستهم لما راي فساد احوالهم ، فدخل عليه الملك العزيز وساله ، فتوجّه القاضي الفاضل من القاهرة الي عند الملك العادل واجتمع به واتفقا علي ان يصلحا بين الاخوين ، فاصلحا

v) النسر Ita codex. Schultens المنبر Sed aediculae ſepulcrales, de quibus hic ſermo, carent منبر vel ſuggeſtu. Forte النشز elevatior, editior quidam margo. Niſi aliquid deeſt poſt ادخل

Eodem occupabant Isfahanam copiae Chalifae, Imami Naſer ledin allah, quas ille ſub ducatu mamluki cuiusdam ſui, Saif-ed-dini Togrili, eo expediverat.

Eodem praeficiebant ſibi mamluki Pehluvani ſuum quendam commilitonem, Chalga dictum, qui magnum ſibi nomen magnis rebus geſtis comparabat, et Raiam atque Hamadanam occupabat.

Eodem inſtituebat rurſus Malec al-Aziz Damaſcum, et in ea fratrem, Afdalum, adoriri. Sed intercedebat inexſpectatus caſus, qui parum aberat quin ipſum in idem periculum coniiceret, quod alteri intentabat. Nam apud Favar dum tendit, (locus eſt in Savad-ſeu tractu pagano Damaſci) tumultuabatur primum pars copiarum, duces nimirum Aſadici [ſeu qui olim ſub Aſad-ed-dino Schircuho meruerant], dein prorſus ipſum deſerebant. Quod cogebat Azizum cum copiis, quae in fide manſerant, retro pedem referre. Verſa ſic ſcena. Nam Malec al-Afdal, et, qui ad ambos acceſſerant, duces Aſadici fugientem e veſtigio usque in Aegyptum perſequebantur. [Verum tamen avertebat illam a Miſrenſe tempeſtatem patruus, Adel, Afdali conſilia omnia eludendo, ut erat vir callidus, qui nepotes ambos per ſpeciem demerendo, ambos perditum ibat. Nam] ubi Belbaiſum ventum fuit, volebat Afdal Salahicos quosdam [hoc eſt Salah-ed-dini, ſui patris, quondam duces atque milites,] quos Aziz ibi praeſidii cauſſa depoſuerat, armis aggredi: verum disſuadebat Adel et hoc, et alterum iſtud: volebat enim Afdal recta via Miſram invadere. Neque hoc permittebat Adel, cauſſatus, Miſram ipſi, Afdalo, nunquam non in promtu eſſe. Interim, clam litteras cum Azizo permutans, mandabat ei, ut Cadium Fadelum mittat, futurum diſſentientium conciliatorem. Neutri quidem parti favebat ille Cadi, res amborum corruptas videns. Exorari tamen ſe patiebatur ab Azizo, qui eum ipſe adibat, ut ex urbe Cahera ad Adelum contenderet, et cum eo

 com-

فاصلحا بينهما ، واقام الملك العادل بمصر عند ابن اخيه الملك العزيز ليقرّر امور مملكته ، وعاد الافضل الي دمشق *

وفيها كان بين يعقوب بن يوسف بن عبد المومن ملك الغرب وبين الفرنج بالاندلس شمالي قرطبة حروب عظيمة انتصر فيها يعقوب وانهزم الفرنج *

ثم دخلت سنة اثنين وتسعين وخمسماية ، فيها سار شهاب الدين الغوري صاحب غزنة الي بلاد الهند وفتح قلعة عظيمة تسمي بهنكر بالامام ، ثم سار الي قلعة كوكير وبينهما نحو خمسة ايام ، فصالحه اهلها علي مال حملوه اليه ، ثم سار في بلاد الهند فغنم واسر وعاد الي غزنة *

وفيها قتل صدر الدين محمد بن عبد اللطيف بن محمد الخجندي رييس الشافعية باصفهان ، وهو الذي سلّم اصفهان الي عسكر الخليفة قتله سنقر *n* الطويل شحنة للخليفة بسبب منافرة جرت بينهما *

وفيها نقل الملك الافضل اباه السلطان صلاح الدين من قلعة دمشق الي التربة بالمدينة في صفر ، وكانت مدة لبثه بالقلعة ثلاث سنين ، ولزم الملك الافضل الزهد والقناعة واموره مفوّضة الي وزيره ضياء الدين بن الاثير الجزري وقد اختلفت الاحوال به وكثر شاكوه وقلّ شاكره *

ذكر انتزاع دمشق من الملك الافضل ، لما بلغ الملك العادل في مصر والملك العزيز اضطراب الامور علي الملك الافضل اتفق العادل مع العزيز علي ان ياخذا دمشق وان يسلمها العزيز الي العادل لتكون الخطبة والسكة للعزيز بساير البلاد كما كانت لابيه ،

فخرجا

commune opera fratres in concordiam retraheret. Quo facto ipſe Adel eum Miſram redeuntem eo comitabatur, et manebat apud nepotem ſuum, Azizum, quo res imperii eius ordinaret: Afdal autem ſolus Damaſcum repetebat.

Eodem anno feliciter magna bella gerebat Iacob, filius Ioſefi, filii Abd-el-Mumeni, cum Francis in Andaluſia, Cortobae a ſeptentrione poſitis.

Anno DXCII [qui die 5 Dec. A. C. 1195 coepit] invadebat Schahab-ed-din Gurenſis, Gaznae dominus, Indos, quorum ingentem aliquam arcem, Bahankir dictam, pacis pacto ſubigebat; alteram vero, quinque diebus inde diſſitam, nomine Cukir, mittebat, ab incolis praeſtita placatus pecunia, ulteriusque ſe penetrabat in Indiam; unde praeda gravis multisque cum captivis, domum, hoc eſt Gaznam, redibat.

Eodem peremtus fuit Sadr-ed-din Muhammed, filius Abd-el-Latifi, filii Muhammedis, Chogendenſis, Raiis [vel ephorus] Schafeïticorum Isfahanae, ille, qui copiis Chalifae ſuam iſtam urbem prodiderat, a Soncoro Tavilo [ſeu longo], Schehna [vel conſule] nomine Chalifae ibidem, ob rixam aliquam inter ipſos ſubnatam.

Eiusdem anni ſecundo menſe transferebat Malec el-Afdal exuvias ſui patris ex arce Damaſcena, ubi per triennium haeſerant, in tymbum ipſa in urbe ſtructum, inſtituebatque ſe temperantiae et parſimoniae dare. Sed ſero nimis. Tradita enim Daia-ed-dino Ibn-al-Atiro, pravorum conſiliorum homini, ſuarum rerum adminiſtratione, prorſus eas everterat, ut contractis inimicis, et querulis longe plurimis, perpaucos haberet reliquos ſibi amicos et laudatores. Audientes igitur apud Miſram hac de confuſione aeſtuque rerum Damaſcenarum Malec el-Adel et el-Aziz decernebant conſentientes Afdalo Damaſcum eripere, hac lege, ut eam obtineret quidem Adel, ſed ut fiduciarius Azizi, et ut hic ubique terrarum, quas olim pater eius tenuerat,

فخرجا وسارا من مصر ، فارسل الملك الافضل اليهما فلك الدين وهو احد امرايه ، وكان فلك الدين اخا الملك العادل لامّه ، فاجتمع فلك الدين بالملك العادل ، فاكرمه واظهر الاجابة الي ما طلبه واتمّ العادل والعزيز المسير حتي نزلا علي دمشق وقد حصّنها الملك الافضل ، فكاتب بعض الامراء من داخل البلد الملك العادل وصاروا معه وانهم يسلمون المدينة اليه ، فزحف الملك العادل والعزيز ضحي يوم الاربعا السادس والعشرين من رجب من هذه السنة فدخل الملك العزيز من باب الفرج والملك العادل من باب توما ، فاجاب الملك الافضل الي تسليم القلعة وانتقل منها باهله واصحابه واخرج وزيره ضياء الدين مختفيا في صندوق خوفا عليه من القتل ، وكان الملك الظافر خضر بن السلطان صلاح الدين صاحب بصري مع اخيه الملك الافضل ومعاضدا له ، فاخذت منه بصري ، فلحق باخيه الملك الظاهر فاقام عنده بحلب ، واعطي الملك الافضل صرخد ، فسار اليها باهله واستوطنها ، ودخل الملك العزيز الي دمشق يوم الاربعا رابع شعبان ، ثم سلّم دمشق الي عمه العادل ورحل الملك العزيز من دمشق يوم الاثنين تاسع شعبان ، فكانت مدة ملك الملك الافضل دمشق ثلاث سنين وشهرا ، وابقي الملك العادل الخطبة والسكة بدمشق للملك العزيز ، ولما

x) قاطع *secans* h. e. ad silentium redigens كل مخاصم omnem obloquentem.

y) الداري Cod. L. الدازي Schultens posuit الرازي

z) من Forte عن

a) Forte الملك الظافر

b) بن forte delendum.

pro summo imperatore tam in templorum suggestibus, quam in numorum inscriptionibus celebraretur. Hac mente movebant ambo Damascum versus; quibus Afdal Emirorum suorum unum, Folc-ed-dinum, Adeli ex eadem matre fratrem, obviam mittebat, quo molimina eorum, si pote, averteret, atque dirumperet. Verum Adel, maximis quibusque honorum significationibus exceptum fratrem, mora et pollicitationibus eludebat, petitionum nulli non se concessurum simulans. Interea continuabant hi foederati Damascenum iter; et, quamvis Afdal urbem recens modo adversus insultus inimicos communivisset, quum tamen intus essent aliquot Emiri, clandestinis litteris Adelo se suamque operam in urbe prodenda condicebant, iam absque negotio intrabant eam, die Mercurii, vigesimo sexto septimi mensis huius anni; et Aziz* quidem per portam Farag, Adel autem per portam Tuma [seu S. Thomae] admittebatur. Casus ille cogebat Afdalum arcem quoque dedere, indeque cum familia et amicis praesidiisque suis excedere. Vezirus eius Daia-ed-din, metu ne irae victorum hostium victima fieret, in arca conclusus exportabatur. Calamitatis huius partem ferebat Afdali frater idem et sodalis hactenus rerumque atque consiliorum fulcrum, Malec ed-Dafer Chidr, dominus Bosrae. Hanc enim ipsi suam urbem adimebant victores. Quapropter ad alterum fratrem, Malec ed-Daherum Halebum se conferebat, ubi porro substitit. Afdalo autem in victum dabant Sarchodam, quam deinceps cum suis incoluit. Mensis octavi die quarto demum, eodemque Mercurii, intrabat Aziz Damascum, et inde rursus nono mensis eiusdem die abibat, postquam urbem patruo, Adelo, regendam ut fiduciario dedidisset (121); qui etiam ipsi ius utrumque regium, quod supra dicebamus, praestabat. Itaque per tres annos et unum mensem Damasco dominatus fuit Malec el-Afdal Ali. Sar-

* Putem hoc de militibus eius tantum intelligi debere, propter sequentia. Nam alias contradiceret sibi auctor.

ولما استقر الملك الافضل بصرخد كتب الي الخليفة الامام الناصر يشكو من عمه العادل ابي بكر واخيه العزيز عثمان ، واول الكتاب ،

مولاي ان ابا بكر وصاحبه عثمان قد اخذا بالسيف حق علي ،
فانظر الي حظ هذا الاسم كيف لقي من الاواخر ما لقي من الاول *

وكتب الامام الناصر جوابه ،

وافي كتابك يا بن يوسف معلنا بالصدق يخبر ان اهلك طاهر ،
غصبوا عليا حقه ان لم يكن بعد النبي له بيثرب ناصر ،
فاصبر ، فان غدا عليهم حسابهم ، فابشر ، فناصرك الامام الناصر *

ثم دخلت سنة ثلاث وتسعين وخمسماية ، وفيها توفي ملكشاه بن تكش بنيسابور ، وكان ابوه خوارزمشاه تكش قد جعله فيها وجعل له الحكم علي تلك البلاد وجعله ولي عهده ، وخلف ملكشاه ولد اسمه هندوخان ، ولما مات ملكشاه جعل تكش عوضه فيها ولده الاخر قطب الدين محمد ، وهو الذي ملك بعد ابيه وغير لقبه قطب الدين وجعله علاء الدين ، وكان بين الاخوين ملكشاه وقطب الدين عداوة مستحكمة *

ذكر

c) والعزيز In hac voce definunt excerpta Schultensiana.

d) وغير Forte وغيرها

e) يجلس C. L. جلس f) ظهير C. L. ظاهر

g) من Forte واسم aut وكان اسم

h) جلبة C. L. حلية

i) ارزاس بالوش Num recte? Infra est ارزامس versus fin. a. 594.

k) برشاور Num recte? l) ابن اخيه Imo potius ابنه

m) ساير Erat in C. L. ملك n) سنقر C. L. سقر

Sarchodam delatus idem litteras exarabat ad Imam Naſerum, Chaliſam Bagdadi, acerbis querelis de patruo, Malec el-Adelo Abu-Becro, et de fratre, el-Azizo Otmano, plenas. En earum exordium:

Mi domine et protector. Abu-Becr [el-Adel], et ſodalis eius, Otman [el-Aziz] Alio [mihi] ius ſuum eripuerunt vi gladii.

Adſpice mihi quaeſo fortunam huius nominis [Alii], quomodo nempe apud poſteriores [hoc noſtro tempore] prorſus eadem experiatur, quae olim apud maiores [in perſona Alii, filii Abu-Talebi] expertum fuit.

Reſcribebat ad haec Imam Naſer hunc in modum:

Advenit epiſtola tua, o fili Ioſephi, ſpirans veritatem, et docens ſtirpem tuam puram et ſanctam eſſe.

Verum eſt, illos [Abu-Becrum et Otmanum, olim] Alio ſuum ius per violentiam extorſiſſe, quum ~~ipſi apud Iatrebam~~ poſt exceſſum prophetae Naſer [ſeu vindex et adiutor], non eſſet.

At tu tolera modo paullisper et exſpecta. Nam cras [hoc eſt, paullo poſt] reddent illi ſuorum auſuum rationem; et laetus animi eſto; Naſerum [adiutorem] enim habes, Chaliſam Naſerum.

Anno DXCIII [qui die 23 Nov. A. C. 1196 coepit] obiit Malicſchah, filius Tacaſchi, apud Niſaburam, cui pater eum praefecerat (122) et adeſſe gubernatorem totius iſtius regni iuſſerat, ſuaeque poteſtatis aliquando futurum nuncupaverat haeredem. Relinquebat hic Malicſchah filium, Hendu Chan dictum. Tacaſch vero defuncti loco, fratrem eius, eundemque antehac infeſtum hoſtem, Muhammedem, deſignabat ſuum poſt ſua fata ſucceſſorem; cui tunc quidem temporis titulus adhaerebat Cotbed din, ſed quem ille deinceps, ut rerum gerendarum ſummam poteſtatem ipſe adiit, cum titulo Ala-ed-dini commutavit.

ذكر وفاة سيف الاسلام ، في هذه السنة في شوال توفي سيف الاسلام ظهير الدين طغتكين بن ايوب صاحب اليمن ، ولما مات سيف الاسلام كان ولده الملك العزيز اسماعيل بالسرّين ، فبعث اليه جمال الدولة كافور جماعة من الجند فعرّفوه بوفاة والده ومضوا به الي ممالك ابيه فسلّموها اليه ، وكانت وفاة سيف الاسلام بزبيد ، وكان شديد السيرة مضيقا علي رعيته يشتري اموال التجار لنفسه ويبيعها كيف شاء وجمع من الاموال ما لا يحصي حتي انه كان يسبك الذهب ويسبكه كالطاحون ويذخره *

ثم دخلت سنة اربع وتسعين وخمساية ، في هذه السنة توفي عماد الدين زنكي بن مودود صاحب سنجار والخابور والرقة ، وكان حسن السيرة متواضعا يحبّ اهل العلم الّا انه كان بخيلا شديد البخل ، وملك بعده ولده قطب الدين محمد بن زنكي وتولي تدبير دولته مجاهد الدين برنغش o مملوك ابيه *

وفيها في جمادي الاولي سار نور الدين ارسلان شاه بن مسعود بن مودود بن زنكي صاحب الموصل الي نصيبين فاستولي عليها ، واخذها من ابن عمه قطب الدين محمد بن زنكي ، فارسل قطب الدين واستنجد بالملك العادل ، فسار الملك العادل الي البلاد الجزرية ، ففارق نور الدين ارسلانشاه نصيبين وعاد الي الموصل فعاد قطب الدين محمد بن زنكي وتسلّم نصيبين *

وفيها سار خوارزمشاه تكش الي بخارا وهي للخطا وحاصرها وملكها ، وكان تكش اعور ، فاخذ اهل بخارا في مدة الحصار كلبا

اعور

o) برنغش Num recte?

Eiusdem anni decimo mense obiit quoque Saif-el-Islam Tahir-ed-din Togtekin, filius Eiubi, dominus Arabiae felicis, in urbe Zabid. Quod quum contingeret, aberat eius filius, Malec el-Aziz (123) Ismaël, Serraina tum agens [oppido Zabidam et Sanaam interposito]. Eum itaque inde arcessebat Gamal-ed-daula Cafur [mancipium defuncti], mittens ipsi partem copiarum, simulque de fato patris significans. Itaque deducebatur Aziz in paternas possessiones, easque traditas accipiebat. Fuerat Saif-el-Islam homo durae indolis, saevus in cives, et sordidus; quidquid enim aliunde mercatores mercium afferrent, ipse sibi totum soli redimebat, et suis deinceps arbitrario pretio, quanti luberet, obtrudebat. Mirum ergo non est, si acervos opum incredibiles coëgit, ut aurum liquatum in formam lapidum molarium funderet et in apothecis deponeret.

Anno DXIV [qui die 12 Nov. A. C. 1197 coepit] obibat Emad-ed-din Zenki, filius Maududi, dominus Sangarae et Chaburi, et Raccae, vir commodis quidem moribus et modestis, amans doctorum et piorum hominum, at idem illi vitium, quod superiori, adhaerebat: non tam avarus erat, quam triparcus. Eius ipsi filius succedebat, Cotb-ed-din Muhammed, sub curatore Mogahed-ed-dino Baransascho, patris quondam mamluco.

Huic puero principi negotium protinus facessebat affinis eius, Nur-ed-din Arslanschah, filius Masudi, filii Maududi, dominus Mauselae, Nesibinam aggrediens et corripiens. Verum paullo post intelligens Malec al-Adelum terras Interamnanas invadere; (illius enim opem imploraverat Cotb-ed-din;) consultum iudicabat Nesibinam omittere, secumque Mauselae habitare. Itaque redibat illa urbs ad suum Dominum.

Eodem invadebat Chovarezimschah Tacasch Bocharam, tunc Chattaeis parentem, et subigebat eandem; humanum tamen se in victos gerebat, quamvis iniuriam sibi factam gravibus poenis ulcisci potuisset. Chattaei enim, tenente obsidione, canem,

 uno

اعور والبسوه قبا وقالوا للخوارزمية هذا سلطانكم ، ورموه
بالمنجنيق اليهم ، فلما ملكها خوارزمشاه تكش احسن الي
اهل بخارا وفرّق فيهم اموالا ولم يواخذهم بما فعلوا
في حقه *

وفيها وصل جمع عظيم من الفرنج الي الساحل واستولوا علي
قلعة بيروت ، وسار الملك العادل ونزل بتل العجول واتته النجدة
من مصر ووصل اليه سنقر الكبير صاحب القدس وميمون القصري
صاحب نابلس ، ثم سار الملك العادل الي يافا وهجمها بالسيف
وملكها وقتل الرجال المقاتلة ، وكان هذا الفتح ثالث فتح لها ،
ونازلت الفرنج تبنين ، فارسل الملك العادل الي الملك العزيز
صاحب مصر ، فسار الملك العزيز بنفسه بمن بقي عنده من عسكر
مصر واجتمع بالملك العادل علي تبنين ، فرحل الفرنج علي اعقابهم
الي صور خايبين ، ثم عاد الملك العزيز الي مصر وترك غالب
العسكر مع عمه وجعل اليه امر الحرب والصلح * ومات في هذه
السنة سنقر الكبير ، فجعل الملك العزيز امر القدس الي صارم
الدين قطلغ مملوك عز الدين فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب *
ولما عاد الملك العزيز الي مصر في هذه المرة مدحه القاضي بن سنا
الملك بقصيدة منها ،

قدمت بالنصر والمغنم ، كذا قدوم الملك المقدم ،

فميصك

Malec ed-Daher autem, intelligens in caput suum erupturam hanc tempestatem, patruumque ideo Hamatam venisse, quo se inde in Halebensem agrum effundat: urbem quidem suam, quam poterat, optime adversus obsidionem armabat, nihilominus tamen studebat, patruum blandis verbis splendidisque muneribus placare: unde tandem post iteratas ultro citroque legationes eo coalescebat pax, ut Halebensis Maarrae partem, quam tenebat, et Calaat Nagm redderet, quarum illa quidem Mansuro cedebat, haec autem Afdalo, qui praeterea Sarugam quoque atque Somaisatam obtinuerat. Porro dabat Adel Harranam et eo redeuntia filio suo, Malec el-Aschrafo Modaffar-ed-dino Musae, quem sic in orientem cum potestate mittebat; Maiiafarekinam tenebat alter eius filius, Malec el-Auhad, et Calaat Gabar alter, Malec el-Hafet Nur-ed-din Arslan Schah. Hunc in modum constituta pace redibat Adel Damascum, ubi porro quietus agebat, dominus iam absque controversia factus Aegypti, Syriae et Orientis, quarum per omnes suggestus nomen eius promulgabatur et numis incudebatur.

Eodem repetebat Chovarezimschah Muhammed, filius Tacaschi, quidquid Gurenses de sua Chorasana decerpserant.

Eodem obiit Hebatalla, filius Alii, filii Masudi, filii Tabeti, Monastirensis, hoc est, e Monastir oriundus, oppido Africae provinciae, vir tam illustris et excelsae traditionum catenae, quam illa aetate nemo alius. Audiverat enim, praeter alios maximos viros, Ibrahimum, filium Hatemi, Asaditam. Quapropter etiam undecunque terrarum cupidi auditores ad eum confluebant. Interdum citatur hic Hebatalla quoque Busirensis, idque ex eo, quod avus eius, Masud, ex Monastir [seu Monasterio, illo oppido] Busirin commigraverat. Natus fuerat anno DVI.

Anno DXCIX [qui die 19 Septembr. A. C. 1202 coepit] obibat primo mense Folc-ed-din Sultan, frater, sed ex matre tantum, Malek el-Adeli, tum apud Damascum versantis; con-

 ditor

ثم دخلت سنة تسع وتسعين وخمسماية والملك العادل مقيم بدمشق * وفيها في المحرم توفي فلك الدين سلطان اخو الملك العادل لامّه ، وهو الذي تنسب اليه المدرسة الفلكية بدمشق *

ذكر الحوادث باليمن ، كان قد تملك اليمن الملك المعزّ اسماعيل بن سيف الاسلام طغتكين *o* بن ايوب ، وكان فيه هوج *p* وخبط ، فادّعي انه قرشي وانه من بني امية ولبس الخضرة وخطب لنفسه بالخلافة وخطب بنفسه ولبس ثياب الخلافة في ذلك الزمان *q* وكان طول الكم نحو عشرين شبرا ، وخرج عن طاعته جماعة من مماليك ابيه واقتتلوا معه وانتصر عليهم ، ثم اتفق معهم جماعة من الامراء الاكراد وقتلوا المعزّ اسماعيل واقاموا في مملكة اليمن اخا له صغيرا وسمّوه الناصر وبقي مدة واقام بتنابكيته *r* مملوك والده وهو سيف الدين سنقر ، ثم مات سنقر بعد اربع سنين ، وتزوّج ام الناصر امير من امراء الدولة يقال له غازي بن جبريل ، واقام باتابكية الناصر ، ثم سمّ الناصر في كوز فقّاع علي ما قيل وبقي غازي متملكا للبلاد ، ثم قتله جماعة من العرب بسبب قتله الناصر بن طغتكين ، وبقيت اليمن خالية بغير سلطان ، فتغلّبت ام الناصر المذكور علي زبيد واحرزت عندها الاموال وكانت تنتظر وصول احد من بني ايوب لتتزوّج به وتملك البلاد ، وكان

l) Post ارسلان forte nomen urbis deeſt, aut potius بلاد الروم

m) وهو Forte وهي

n) وانتزعت مغره المعرة C. L. وانتزعت منه مغردة المعرة

o) C. L. اسمعيل سيف الاسلام بن طغتكين   *p*) هوج C. L. حوج

ditor madrasae [vel collegii] Folkici de ipso appellati, quod eadem in urbe exstat.

Eodem et sequentibus annis contigerunt in Arabia felice nonnulla memoranda. Hoc enim peremtus fuit Malec el-Moëzz (144) Ismaël, filius Saif-el-Islami Togtekini, filii Eiubi, dominus eius provinciae. Debebat hanc calamitatem odio communi, quod vaecordia et temeritate meruerat. Volebat nempe, ut specimina quaedam insaniae proponamus, [non Curdus, ut erat cum Eiubìdis omnibus, sed] Coraischita videri, suumque genus a Chalifis Ommiadis repetebat, Chalifam se citari iubebat, conciones ad populum ipse recitabat, quod erat primorum Chalifarum munus, ipse sibi pro sua salute vota dicebat, viridem gestabat vestem [ad Muhammedis imitationem], manicamque pallii viginti ulnas amplam, quale gestamen hac aetate Chalifarum erat. (145) Has et similes ineptias dedignati paterni aliquot eius mamluki deserebant officium, bellumque hero inferebant, quo quamvis ille tum superior evaderet, at illi tamen eum deinceps, Curdos aliquot Emiros adiutores nacti, trucidabant. Fratrem ei, aetate adhuc minorem, sufficiebant, titulumque ipsi imponebant Naseri, et Atabecum aliquem Togtekini quondam mamlucum, Saif-ed-dinum Soncorum; quo post quadriennium mortuo, tutelam Naseri suscipiebat vitricus eius, aliquis procerum istius regni, Gazi, filius Gabrielis. Hic Naserum, alumnum et privignum, veneno, ut aiunt, submovebat, in calice Foccai* exhibito, sibique imperium provinciae arrogabat. Verum Arabes aliquot scelus illud ipsius auctoris nece ulciscebantur. Itaque capite carebat Arabia felix aliquamdiu. Mater Naseri, Togtekini quondam et Gazii deinceps uxor, Zabidam occupabat, eoque comportabat omnes suas opes, circumspiciens, si forte quis adveniret Eiubita, quem matrimonio suo dominum regni sui faceret. Diu satis exspectabat illa frustra, donec tandem sinistra fortùna

* Est genus aliquod potionis ex aqua, hordeo, et passulis confectum.

وكان للملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ولد اسمه سعد الدين شاهنشاه وكان له ولد اسمه سليمان ، فخرج سليمان بن شاهنشاه بن عمر فقيرا يحمل الركوة علي كتفه وينتقل مع الفقراء من مكان الي مكان ، وكان قد ارسلت ام الناصر بعض غلمانها الي مكة في مواسم الحاجّ لياتيها باخبار مصر والشام ، فوجد غلمانها سليمان المذكور ، فاحضروه الي اليمن ، فاستحضرته ام الناصر وخلعت عليه ، ومكّنته اليمن ، فملاء اليمن ظلما وجورا واطّرح زوجته التي مكّنته البلاد واعرض عنها ، وكتب الي الملك العادل (وهو عم جدّه) كتابا جعل في اوله انه من سليمان وانه بسم الله الرحمن الرحيم ، فاستقل الملك العادل عقله ، ثم كان من سليمان المذكور ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

سوسم

وفي هذه السنة ارسل السلطان الملك العادل الي ولده الملك الاشرف وامره بحصار ماردين ، فحاصرها وضايقها ، ثم سعي الملك الظاهر الي الملك العادل في صلح ، فاجاب الي ان يحمل اليه صاحب ماردين ماية الف وخمسين الف دينار ويخطب له ببلاده ويضرب السكة باسمه ويكون بخدمته متي طلبه ، فاجيب الي ذلك واستقرّ الصلح عليه *

وفيها اخرج الملك العادل الملك المنصور محمد بن العزيز من مصر الي الشام ، فسار بوالدته واخوته واقام بحلب عند عمه الملك الظاهر *

وفيها

q) وكان في ذلك الزمان طول الكم Num في ذلك الزمان

r) وتزوجته باتابكيته Forte بتابكيته s) Poſt عليه forte deeſt

fortuna maritum ipſi, Arabiae regem, adduceret aliquem Solaimanum, filium Schahinſchahi, filii Malek el-Modaffari Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi. Solaiman ille planus erat, et ſub ſpecie Fakiri [ſeu monachi mendici] cum aliis nebulonibus per orbem terrarum vagabatur, in humeris utrem aquarium portans. Hunc Meccae deprehendebant iſtius, de qua ſermo eſt, reginae ſervi, quales illa quotannis eo ſolebat ad ſacram panegyrin adiunctasque mundinas mittere illo fine, ut, praeter mercium negotiationem, notitias quoque rerum novarum ex Aegypto Syriaque referrent. Hi ſervi ergo domum redeuntes Solaimanum iſtum ſecum trahebant; quem regina protinus coram arceſſitum ſplendida veſte ornabat, maritumque ſuum et imperii arbitrum renunciabat. At ille regnum iniuſtitia et crudelitate implebat, ſpernebat coniugem, cui ſua debebat omnia, ſummosque alios viros per laſciviam et ſtoliditatem ſusque deque tractabat; quod intelligas ex epiſtola, quam Malec el-Adelo miſit, cuius initium hoc erat: A Solaimano. Biſmillah cet. [hoc eſt, in nomine Dei optimi clementiſſimi]. Primo ſtatim obtutu deprehendebat ex his Adel iudicii in illo homine defectum. (146) Cetera, quae Solaimano deinceps evenerunt, ſuo loco trademus.

And he cast his wife who raised him throne, and aloof from

Hoc anno imperabat Sultan Malec el-Adel filio ſuo, Malec el-Aſchrafo, ut Maredinam obſidione in anguſtias redigeret, atque ſi pote, expugnaret. Neque deerat filius quantum in ſe patris mandato. Intercedente tamen Malec ed-Dahero, Halebenſe, pax coaleſcebet et obſidio ſolvebatur. Pacis conditiones erant hae, quibus Merdinenſis etiam ſubſcribebat: ut Adelo centum et quinquaginta millia numorum aureorum ſolveret, et eius nomen per templa ſuae ditionis celebrari, numisque ſuis inſcribi curaret, et quotiescunque flagitatus ad ſervitium adeſſet.

Eodem expellebat Adel, Malec el-Manſurum, filium Malec el-Azizi, Miſra. Hic ergo cum matre fratribusque ſuis ad patruum, Malec ed-Daherum, Halebum concedebat.

وفيها سار الملك المنصور صاحب حماة الي بارين مرابطا للفرنج واقام بها ، وكتب الملك العادل الي صاحب بعلبك والي صاحب حمص ، فانجداه ، واجتمعت الفرنج من حصن الاكراد وطرابلس وغيرها وقصدوا الملك المنصور ببارين واتّفقوا معه في ثالث شهر رمضان من هذه السنة واقتتلوا ، فانهزم الفرنج وقتل واسر من خيالتهم جماعة ، وكان يوما مشهودا ، وفي ذلك يقول بهاء الدين اسعد بن يحيي السنجاري قصيدة من جملتها ،

ما لذّة العيش الّا صوت معمعة ينال فيها المني بالبيض والاسل ،
يايها الملك المنصور نصح فتي لم يلوه عن الوفاء كثرة العذل ،
اعزم فلا تترك الدنيا بلا ملك وجدّ فالملك محتاج الي رجل t ،
يا اوحد العصر يا خير الملوك ومن فاق البرية من حاف ومنتعل *

ثم خرج من حصن الاكراد والمرقب الاسبتار وانضم اليهم جموع من السواحل واتّفقوا مع الملك المنصور وهو نازل ببارين في الحادي والعشرين من رمضان من هذه السنة بعد الوقعة الاولي بثمانية عشر يوما ، فانتصر ثانيا وانهزمت الفرنج هزيمة شنيعة واسر الملك المنصور وقتل منهم عدة كثيرة ، ومدح الملك المنصور بهذه الوقعة سالم بن سعادة الحمصي بقصيدة منها ،

اسر اللواحظ ان v تفوق الاسهما ريم برامة ما راءني حتي رما ،
فتّانة بالسحر بل فتّالة ما حار قاضيهن حتي حكما * ومنها ،
اصبحت فيها مغرما كمحمد لما غدا بالاريحية مغرما * ومنها ،
وشننت منتقما بساحل بحرها جيشا حكي البحر الخضمّ عرماما x ،
اسدلت y في الهواء من هبواته ليلا واطلعت الاسنّة انجما *

وفيها

Eodem ibat Malec el-Manſur, Hamatae dominus, Francos ex arce Barin obſervatum, indeque aliquanto poſt ſignificabat Adelo, illos magno numero ex Heſn el-Acrad, Tripoli et aliunde coire. Statim ergo imperabat Adel Baalabakenſi et Hemſeno, ut illi opem ferrent atque ſuppetias. Parentibus, coibat pugna tertio die noni menſis, qua fuſi hoſtes, caeſi, captique fuerunt equites eorum plurimi. Dies praeclarus, cuius occaſione Baha-ed-din Aſad, filius Iahiae, Sangarenſis, carmen pronuntiabat, cuius particula haec eſt:

Non eſt voluptas niſi bellici tumultus in ſtrepitu, per quem acquiruntur vota gladiis et haſtis.

O mi Malec Manſur! benignus audi hanc admonitionem viri, qui fideliter tecum agit, quem a ſervanda fide non avertit multitudo vituperantium.

Fortis eſto, ſic non relinques mundum rege vacuum; et eſto ſtrenuus: nam regnum opus habet viro.

O phoenix ſaeculi! o regum optime! praeſtans omni, quidquid aut nudis pedibus, aut in calceis, ambulat.

Dein exibant Hoſpitalarii ex Heſn el-Acrad, et Marcab, iunctique cum turmis ſuorum aliis e tractu maritimo confligebant cum Manſuro altera vice, die poſt primam cladem decimo octavo, hoc eſt, vigeſimo primo noni menſis, apud eandem Barinam. Sed et inde rurſus foedam cladem auferebant Franci, quorum multos Malec el-Manſur caedebat et capiebat, eoque carmen aliud panegyricum merebat a Salemo, filio Saadae, Hemſeno, cuius haec eſt particula:*

Effudiſti ultor in litus maris eius [ſc. Palaeſtinae, vel Syriae] exercitum, qui copia refert exundans mare.

Ex cuius [exercitus] pulvere noctem [ſeu longam telam] explicuiſti ſuper coeli plagas, in qua nocte feciſti lanceas, tanquam ſtellas, emicare.

* Tres verſus difficiles in verſione latina omiſi. *R.*

وفيها ولد الملك المظفر تقي الدين محمود بن الملك المنصور محمد صاحب حماة من ملكة خاتون بنت السلطان الملك العادل ابي بكر بن ايوب، وسمي عمر وانما سمي محمودا بعد ذلك، وكانت ولادته بقلعة حماة ظهر يوم الثلثا رابع عشر رمضان من هذه السنة *

وفيها ارسل الملك العادل واخذ ما كان بيد الملك الافضل، وهي * راس عين وسروج وقلعة نجم، ولم يترك بيده غير سميساط فقط، فارسل الملك الافضل والدته فدخلت علي الملك المنصور صاحب حماة ليرسل معها من يشفع في الملك الافضل عند الملك العادل في ابقاء ما بيده، وتوجهت ام الافضل وتوجّه معها من حماة القاضي زين بن هندي الي الملك العادل، فلم يجبها الملك العادل، فرجعت خايبة، قال عزّ الدين بن الاثير مولف الكامل وقد عوقب البيت الصلاحي بمثل ما فعل والدهم السلطان صلاح الدين لما خرجت اليه نساء بيت الاتابك ومن جملتهن بنت نور الدين الشهيد يشفعن في ابقاء الموصل علي عز الدين مسعود فردّهن ولم يجب الي سوالهن، ثم ندم رحمه الله تعالي علي ردهن، فجري للملك الافضل بن السلطان صلاح الدين مع عمه مثل ذلك، ولما جري ذلك اقام الملك الافضل بسميساط وقطع خطبة عمه الملك العادل وخطب للسلطان ركن الدين بن قليج ارسلان بن مسعود السلجوقي صاحب الروم *

ذكر وفاة غياث الدين ملك الغورية، في هذه السنة في جمادي الاولي توفي غياث الدين ابو الفتح محمد بن سام بن الحسين الغوري صاحب غزنة وبعض خراسان وغيرها، وكان اخوه شهاب الدين بطوس عازما علي قصد خوارزم، وخلف غياث الدين ابنا اسمه محمود

ولقب

Huic Manſuro natus eſt eodem anno circa haec ipſa tempora filius, Malec el-Modaffar Taki-ed-din Mahmud, ex Malica Chatun, filia Malec el-Adeli, filii Eiubi, medio die Martis, decimo quarto noni menſis, in arce Hamatena. Initio quidem imponebatur ipſi nomen Omar, quod deinceps cum Mahmudi nomine permutatum fuit.

Eodem adimebat Adel per procuratores ſuos Afdalo, quae is praeter Samiſatam poſſidebat omnia, ſcilicet Sarug, Ras-Ain, et Calaat-Nagm. Quapropter Afdal Hamatam mittebat matrem ſuam, rogabatque ſupplex Manſurum, vellet ſuorum aliquos cum illa ſua matre ad Adelum, ſocerum, mittere, qui pro ſe verba faciendo conſequerentur, ut ſua ſibi maneant. Manſur eius precibus annuens addebat matronae Cadium Zain-ed-dinum Ibn-Hendium. Verum Adel nolebat deprecanti gratificari, remittebatque ſpei atque votorum irritam. Sic ergo (eſt animadverſio Ibn-el-Atiri in Camelo) poenas dabat Salah-ed-dini domus criminis, quod ille pater et conditor eius tum committebat, quum feminas illuſtres de gente Atabeki, quas inter erat filia Nur-ed-dini Schahidi [ſeu martyris], ad ipſum accedentes cum precibus, velit Azz-ed-dino Maſudo Mauſelam relinquere, cum repulſa remittebat. Cuius quidem facti Saladinum deinceps poenituit, impedire tamen eo non potuit, quo minus id idem uxori ſuae filioque a ſuo fratre nunc contingeret experiri. Hanc tantam iniuriam ulturus Afdal vetabat patruo vota Samiſatae porro fieri, et eius loco dominum agnoſcebat Sultanum Rocn-ed-dinum, filium Kilig Arſlani, filii Maſudi, Romaniae principem, Selgukidam.

Huius anni quinto menſe obiit Gaiiat-ed-din Abu'l-Fath Muhammed, filius Sami, filii Hoſaini, Gurenſis, dominus Gaznae, Choraſanae ex aliqua parte, et aliorum, quo tempore frater eius, Schahab-ed-din, Tuſae agebat, contendens in Chovarezmiam. Relinquebat is filium, cui nomen erat Mahmud,

ولقب غياث الدين بلقب ابيه ، ولا يحسن شهاب الدين الخلافة علي ابن اخيه ولا علي غيره من اهله ، وكانت لغياث الدين زوجة يحبّها وكانت مغنية ، فقبض شهاب الدين عليها بعد موت اخيه غياث الدين وضربها ضربا مبرحا a واخذ اموالها ، وكان غياث الدين مظفرا منصورا لم ينهزم له راية ، وكان له دهاء ومكر ، وكان حسن الاعتقاد كثير الصدقات ، وكان ذا فضل غزير وادب مع حسن خط وبلاغة ، وكان ينسخ المصاحف بخطه ويوقفها علي المدارس التي بناها ، وكان علي مذهب الكرامية ثم تركه وصار شافعيا *

وفيها استولي الكرج علي مدينة دوين من اذربيجان ونهبوها وقتلوا اهلها ، وكانت هي وجميع اذربيجان للامير ابي بكر بن البهلوان ، وكان مشغولا ليلا ونهارا بشرب الخمر ولا يلتفت الي تدبير مملكته ، ووبّخه امراوه ونوّابه علي ذلك ، فلم يلتفت *

وفيها توفيت زمرد امّ الخليفة الامام الناصر ، وكانت كثيرة المعروف *

ثم دخلت سنة ستماية والملك العادل بدمشق * وفيها كانت الهدنة بين الملك المنصور صاحب حماة وبين الفرنج *

وفيها نازل ابن لاوون ملك الارمن انطاكية ، فتحرك الملك الظاهر صاحب حلب ووصل الي حارم ، فرحل ابن لاوون عن انطاكية علي عقبه *

وفيها خطب قطب الدين محمد بن عماد الدين زنكي بن مودود صاحب سنجار للملك العادل ببلاده ، فصعب علي ابن عمه نور الدين ارسلانشاه بن مسعود بن مودود

وقصد

titulus autem cum paterno idem, ſcilicet Gaiiat-ed-din; ſed huius tutelam gerebat patruus non admodum laudabilem, ceteramque familiam fratris non tractabat optime. Vxorem eius, quam vivus impenſe dilexerat, pſaltriam, comprehenſam graviſſimis verberibus et tantum non ad mortem contundebat, bonisque omnibus exuebat. De cetero fuerat Gaiiat-ed-din princeps victorioſus et divina potens protectione, ſic ut praelio nunquam ceciderit, callidus, ſtratagematum peritus, fidei ſincerus et integer, abundans in eleemoſynis, ingenio excellente, morumque et doctrinarum admirabile praeditus elegantia, ſcribebat venuſtum characterem, ſcite animi ſenſa eloquenterque enuntiabat. Ipſe ſuis manibus exarabat Corani codices, quos collegiis a ſe conditis legabat. Initio ſectae Caramiticae adhaerebat, deinde vero Schafeïticam profitebatur.

Eodem occupabant Corgi [vel Georgiani] urbem Aderbiganicam, Dovinam, occidebant incolas, diripiebant opes, non curante, qui tum provinciae dominus erat, Emiro Abu-Becro, filio Pehluvani, ſed ſecure dies noctesque in vino potando conſumente, regnique curas negligente, et ridente admonitiones Emirorum atque Naiiborum ſuorum.

Eodem obiit Zomorrod, mater Chalifae, Imam en-Naſeri, egenis admodum benefica mulier.

Anno DC [qui die 9 Sept. A. C. 1203 coepit] coibant induciae inter Malec al-Manſurum, Hamatae dominum, et Francos.

Eodem invadebat Antiochiam Ibn-Lavun [filius Leonis] dominus [vel Baro] Armeniae. (147) Quum vero audiret, ideo ſe moviſſe Malec ed-Daherum, Halebi dominum, et iam ad caſtrum Harem perveniſſe, retro legebat veſtigia.

Eodem praeſtabat Cotb-ed din, filius Emad-ed-dini Zenkii, filii Maududi, dominus Sangarae, homagium publice, per ſuae ditionis ſuggeſtus, Malec el-Adelo; quod aegre ferens Nur-ed-din Arſlanſchah, filius patruelis eius, Maſudi, filii Maududi, domi-

وقصد نصيبين وهي لقطب الدين واستولي عليها ، فاستنجد قطب الدين بالملك الاشرف بن العادل ، فسار اليه ، فاجتمع معه اخوه الملك الاوحد صاحب ميافارقين ، فالتقي الفريقان بقرية يقال لها بوشرة ، فانهزم نور الدين ارسلانشاه صاحب الموصل هزيمة قبيحة ودخل الي الموصل وليس معه الا اربعة انفس ، وكانت هذه الواقعة اول ما عرفت من سعادة الملك الاشرف بن العادل ، فانه لم ينهزم له راية بعد ذلك ، واستقرت بلاد قطب الدين محمد بن زنكي عليه ووقع الصلح بينهم في اول سنة احدي وستماية ＊

وفيها اجتمعت الفرنج لقصد بيت المقدس ، فخرج السلطان الملك العادل من دمشق وجمع العساكر ونزل علي الطور قبالة الفرنج ودام ذلك الي اخر السنة ＊

وفيها استولت الفرنج علي قسطنطينية التي كان *b* بيد الروم من قديم الزمان ، فلما كانت هذه السنة اجتمعت الفرنج وقصدتها في جموع عظيمة فحاصروها وملكوها فازالوا يد الروم عنها ولم تزل في يد الفرنج الي سنة ستين وستماية ، فقصدتها الروم واستعادوها من الفرنج ＊

وفيها توفي السلطان ركن الدين سليمان بن قلج ارسلان بن مسعود بن قلج ارسلان بن سليمان بن قطلومش بن بيغو ارسلان بن سلجوق سلطان بلاد الروم في سادس ذي القعدة حسبما تقدّم ذكره في سنة ثمان وثمانين وخمسماية ، وكان مرضه القولنج ، وكان قبل مرضه بخمسة ايام قد غدر باخيه صاحب انكورية (وهي انقرة) ، وكان ركن الدين المذكور يميل الي مذهب الفلاسفة ويحسن

t) رجل C. L. زحل *v*) Forte ان delendum.

dominus Maufelae, contendebat ad verſus Neſibinam, eamque Cotb-ed-dino adimebat. Hic autem in auxilium advocabat Malec al-Aſchrafum, filium Adeli; qui veniens etiam, una cum fratre, Auhado, domino Maiiafarekinae, et concurrens cum hoſte ad vicum, Buſchara dictum, coniiciebat eum tam foedam in fugam, ut non ſtipatus, niſi quatuor tantummodo comitibus, Mauſelam trepidus rediret. Fuit haec pugna primum documentum et auſpicium quaſi felicitatis, quae in Aſchrafo deinceps agnita et celebrata fuit. Nunquam enim is hoſti tergum vertit. Sic reſtitutae aſſertaeque fuerunt Cotb-ed-dino terrae ſuae, et pax coiit inter affines ſub anni ſequentis DCI initium.

Eodem coibant Franci malum Hieroſolymis minitantes. At Sultan Malec el-Adel, cito coactis copiis, Damaſco accurrebat, et e regione Francorum in Tur* caſtra metabatur. In hac dispoſitione manebant ambae partes usque ad anni exitum.

Eodem occupabant Franci Conſtantinopolin, quae hactenus a longo tempore Romanis [hoc eſt Graecis poſterioris aetatis] paruerat. His eam Franci hoc anno magnis congreſſi copiis, poſt aliquam obſidionem adimebant, eoque ex tempore illam usque ad ad an. DCLX tenuerunt, quo Graeci Francis eam rurſus excutiebant.

Eodem obiit Sultan Rocn-ed-din Solaiman, filius Kilig Arſlani, filii Maſudi, filii Kilig Arſlani, filii Solaimani, filii Cotlumiſchi, filii Iabgu Arſlani, filii Selguki, Sultanus Romaniae, ſexto die penultimi menſis, quemadmodum ſupra notavimus ad annum DLXXXVIII ex colica paſſione. Quinto die antequam inciperet inde male habere, perfide fratrem ſuum, Ancuriae, vel Angorae, dominum, oppreſſerat; quod mirum non eſt in homine, qui philoſophis [h. e. hominibus prave ſentientibus

* Id eſt, *in monte*. Sic ſolet plerumque mons Sinai excellentiam appellari. Hic autem mons Tabor deſignatur.

ويحسن الي طايفتهم ويغذمهم ، ولما مات ركن الدين ملك ولده
قليج ارسلان بن سليمان ، وكان صغيرا ، فلم يستثبت امره وكان ما
سنذكره ان شاء الله *

وفيها كان بين خوارزمشاه محمد بن تكش وبين شهاب
الدين ملك الغورية قتال انتصر فيه ملك الغورية ، واستنجد
خوارزمشاه بالخطا ، فساروا واتقعوا مع شهاب الدين ملك الغورية
فهزموه ، وشاع ببلاده ان شهاب الدين قتل ، فاختلفت عليه مملكته
وكثرت المفسدون ، ثم انه ظهر ووصل غزنة واستقر في ملكه وتراجعت
الامور الي ما كانت عليه *

ذكر قتل كلجا مملوك البهلوان ، وكان قد ملك الري وهمذان
وبلاد الجبل ، فقتله خوشداشه ايدغمش مملوك البهلوان وتملك
موضعه واقام ايدغمش ابن استاذه ازبك بن البهلوان في الملك ،
وليس لازبك غير الاسم والحكم لايدغمش *

وفيها استولي انسان اسمه محمود بن محمد الحميري علي
ظفار ومرباط وغيرهما من حضرموت *

وفيها خرج اسطول للفرنج فاستولوا علي مدينة فوه من
الديار المصرية فنهبوها خمسة ايام *

وفيها كانت زلزلة عظيمة عمت مصر والشام والجزيرة بلاد
الروم وصقلية وقبرص والعراق وغيرها وخربت سور مدينة صور *

ثم

x) عرمرما Vid. cl. Schultens ad excerpta Ispahanensis de vita Saladini pag. 12.

y) اسدلت Cod. L. استدلت z) وهي Forte وهو

tibus et viventibus] favebat et patrocinabatur. Hos beneficiis ornare ſolebat noſter, hos ceteris omnibus praeferre. Succedebat ipſi quidem filius eius, Kilig Arſlan; verum quia parvulus adhuc erat, non poterat eius res firmo talo conſiſtere. Quid autem ipſi contigerit ſuo loco paullo poſt dicemus.

Eodem confligebant Chovarezimſchah Muhammed, filius Tacaſchi, et Schahab-ed-din, princeps Gurenſium. Et hic quidem vincebat illum a principio; et, quia victus Chovarezimſchah Chattaeos opitulatum excitabat, viciſſim illum cum novis his opibus fundebat. Vnde rumor emanabat, ipſum, Gurenſem, occiſum eſſe, ſurgebant paſſim per eius regnum ſeditiones, et graſſatores atque latrones prodibant innumeri. Facile tamen Schahab-ed-din, tempore poſt Gaznae ſuae redditus, et confutabat iſtos rumores coram ſe monſtrando, et ſupprimebat inde natas turbas, auctoritatem ſibi ſuam denuo vindicabat, et redigebat res in priſtinum ordinem.

Eodem occiſus fuit Calga, mamlucus aliquis Pehluvani, qui ſibi Raiiam, Hamadanam et Belad el-Gabal [ſeu regionem montanam] acquiſiverat, a Chuſchdaſcho ſuo, Idogmiſcho, alio quodam Pehluvanico mamluco; qui ſuccedens in iſtius locum conſtituebat quidem heri ſui, Pehluvani, filium, Vzbecum, principem, ſed nomine tenus tantum; omnem enim auctoritatem ipſe rapiebat.

Eodem faciebat aliquis Mahmud, filius Muhammedis, Homairita, ſui iuris Taffaram, et Merbatam et alias urbes provinciae Hadramaut.

Eodem appellens ad Fuh, Aegyptiacam urbem, Francorum claſſis depraedabatur eam per quinque dies. (148)

Eodem quaſſabat ingens et univerſalis quaſi terrae tremor Aegyptum, Syriam, Meſopotamiam, Iracam, Romaniam, Siciliam, Cyprum, alias. Idem Tyri quoque muros evertebat.

ثم دخلت سنة احدي وستماية ، فيها كانت الهدنة بين الملك العادل والفرنج وسلّم الي الفرنج يافا ونزل عن مناصفات لد والرملة ، ولما استقرت الهدنة اخذت العساكر دستورا وسار العادل الي مصر واقام بدار الوزارة *

ثم اغارت الفرنج علي حماة ووصلوا الي قرب حماة الي قرية الرقيطا وامتلاءت ايديهم من المكاسب واسروا من اهل حماه شهاب الدين بن البلاعي ، وكان فقيها شجاعا تولي بر حماة مرة وسلمية اخري ، وحمل الي طرابلس ، فهرب وتعلّق بجبال بعلبك ووصل الي اهله بحماة سالما ، ثم وقعت الهدنة بين الملك المنصور صاحب حماة وبين الفرنج *

وفيها بعد الهدنة توجّه الملك المنصور صاحب حماة الي مصر ، وكان عنده استشعار من السلطان الملك العادل ، فلما وصل اليه بالقاهرة احسن اليه احسانا كثيرا واقام في خدمته شهورا ، ثم خلع عليه وعلي اصحابه ، وعاد الي حماة *

وفيها ملك السلطان غياث الدين كيخسرو بن قليج ارسلان بلاد الروم ، وكان لما تغلّب اخوه ركن الدين سليمان بن قليج ارسلان علي البلاد قد هرب كيخسرو المذكور الي الملك الظاهر صاحب حلب ، ثم تركه وسار الي القسطنطينية ، فاحسن اليه صاحبها واقام بالقسطنطينية الي ان مات اخوه ركن الدين سليمان وتولي ابنه قليج ارسلان ، فسار كيخسرو من القسطنطينية وازال امر ابن اخيه وملك بلاد الروم واستقر امره *

وفيها

a) مبرّحا *vehementem, grauiter affligentem, excruciantem.* Scholiastes Gorairi

Anno DCI [qui die Aug. 28. A. C. 1204 coepit] coibant induciae inter Adelum (149) et Francos, quibus ille his Iafa concedebat, et Lydda et Ramla. Eo facto dabat Adel copiis discedendi copiam, et ipse Misram abibat, ubi in palatio Vezirorum residebat.

Eodem invadebant Franci agrum Hamatenum, et progressi usque ad pagum, Rocaita dictum, corradebant plenis manibus omne manubiarum genus, ceteraque in praeda captivum agebant civem Hamatenum, fakihum, Schahab-ed-dinum Ibn-al-Balaï, virum fortem, qui antea administrationem eleemosynarum (150) apud Hamatam semel, et deinceps apud Salamiam gesserat. Hunc Tripolin rapiebant: at ille vinculis elapsus auffugiebat, et postquam aliquamdiu in iugis montium Baalabekensium latitasset, tandem salvus et sanus ad suos redibat. Paullo post coibant induciae Francos inter et Mansurum.

Quibus constitutis idem Mansur Misram ibat, ad Adelum, socerum, invisendum et placandum, cuius voluntatem a se nonnihil alienatam suspicione persentiscebat. Vt Cahiram venerat, magna eum excipiebat Adel comitate, menses aliquot penes se continebat, et tandem ipsumque comitatumque eius splendidis et decoris cuique vestibus ornatos domum, hoc est Hamatam, remittebat.

Eodem occupabat Romaniam Sultan Gaiiat-ed-din Caichosru, filius Kilig Arslani; ille, quem in superioribus a fratre, Rocn-ed-dino, de imperii communoine detrusum, ideoque ad Malec ed-Daherum, Halebi dominum, profugum, vidimus. Tempore post mutabat Halebum Constantinopoli, a cuius domino benigne habitus fuit, donec Rocn-ed-din obiret. Tunc autem relicta Graeca urbe, occupabat imperium Romaniae, filiumque fratris, Kilig Arslanum, qui id adierat, eiiciebat.

وفيها كانت الحرب بين الامير قتاده الحسيني امير مكة وبين الامير سالم بن قاسم الحسيني امير المدينة ، وكان الحرب بينهم سجالا ✡

ثم دخلت سنة اثنين وستماية ، ذكر قتل ملك الغورية شهاب الدين ، في هذه السنة في اول ليلة من شعبان قتل شهاب الدين ابو المظفر محمد بن سام بن الحسين الغوري ملك غزنة وبعض خراسان بعد عوده من لهاوور بمنزل يقال له دميل قبل صلوة العشاء ، وثب عليه جماعة وهو بخركاته وقد تفرّق الناس عنه لاماكنهم فقتلوه بالسكاكين ، قيل انهم من الاسماعيلية ، فان شهاب الدين ايضا قد كثّر القتل فيهم ، فاجتمع حرس شهاب الدين فقتلوا اوليك الذين قتلوا شهاب الدين عن اخرهم ، وكان شهاب الدين شجاعا كثير الغزو عادلا في الرعية ، وكان الامام فخر الدين الرازي يعظه في داره ، فحضر يوما ووعظه وقال في اخر كلامه يا سلطان لا سلطانك يبقى ، ولا تلبّس الرازي ، فبكي شهاب الدين حتي رحمه الناس ، ولما قتل شهاب الدين كان صاحب باميان بهاء الدين سام بن شمس الدين محمد بن مسعود عم غياث الدين وشهاب الدين المذكور *d* ، سار بهاء الدين سام ليتملك غزنة ومعه ولداه علاء الدين محمد وجلال الدين ابنا سام بن محمد بن مسعود بن الحسين ، فادركت بهاء الدين سام الوفاة قبل ان يصل الي غزنة ، فعهد بالملك لابنه علاء

Gorairi exponit per معذبا ad illud ſui poëtae. هذا هوي شعف الفواد مبرح ، "Hic eſt amor, extra ſe rapiens animum, graviter crucians." Apud eundem برح من الهوي *acer inſultus*, vel *cruciatus* amoris. In Hamaſa dicitur de *fame* الجوع المبرح

Eodem exercebat bellum, ſed id variae atque inconſtantis fortunae, duos Emiros, ab Haſani ſtirpe prognatos ambos, Meccae unum, alterum Medinae. Illi nomen erat Catada (151), huic Salem, filio Caſemi.

Anno DCII [qui die Aug. 17. A. C. 1205 coepit] prima nocte menſis octavi confoſſus eſt Schahab-ed-din (152) Abu'l-Modaffar Muhammed, filius Sami, filii Hoſaini, Gurenſis, dominus Gaznae et partis de Choraſana, dum redux Lahavora, in ſtatione, cui nomen eſt Domail, ſolus in tentorio ſuo, deſertus a ſuis, ad ſua quoque loca et negotia digreſſis, haereret, paullo ante preces, quae ſub ingruentem noctem recitantur, a ſicis quorundam, ut aiunt, Iſmaëlitarum, qui ſic fratrum ſuorum cladem ulciſcebantur. Schahab-ed-din enim hanc ſectam acriter exagitaverat, et ſaevis modis afflixerat. Non tamen impune tantum ſcelus auſi fuerant percuſſores. Nam accurrentes e veſtigio excubitores eos comprehenſos viciſſim ad unum omnes mactabant. Erat Schahab-ed-din vir bellicoſus, fortis, aequus in cives, et dei reverens. Saepe ſolebat in cubiculo ſuo Imamum Fachr-ed-dinum Raiienſem audire, ſermones ad pietatem exhortatorios recitantem. Neque ferebat aegre, ſi celeber ille doctor, nudam enuntiaret veritatem, et, quam caduca ſit omnis poteſtas et ſplendor, admoneret. Haec talia potius illum valde afficiebant et in lacrimas effundebant tam uberes, ut adſtantes exclamarent: miſereatur eius Deus!* Mortem huius viri multi motus et turbae conſequebantur. Bamianae dominus Baha-ed din Sam, defuncti affinis (nam in Hoſaino, commune avo concurrebant) filius Schams-ed-din Muhammedis, filii Maſudi, filii Hoſaini, Gaznam occupatum, cum filiorum ſuorum biga, uno Ala-ed-dino, altero Gelal-ed-dino, ibat; et ipſum quidem in ipſa via intercipiebat fatalis neceſſitas, fratres autem iter continuabant, et Gaznam venie-

* Rahemah allah! miſereatur eius deus! dicunt hoc orientales quibus bene volunt, et quos ſanctos atque beatos reputant, praecipue fato ſuo defunctos.

علاء الدين محمد ، فاتمّ علاء الدين محمد واخوه جلال الدين المسير الي غزنة ودخلها وتملّكها علاء الدين ، وكان لغياث الدين ملك الغورية مملوك يقال له تاج الدين يلدز ، وكانت كرمان اقطاعه وهو كبير في الدولة ومرجع الاتراك اليه ، فسار ايلدز الي غزنة وهزم عنها علاء الدين محمد بن بهاء الدين سام واخاه جلال الدين واستولي يلدز علي غزنة ، ثم ان علاء الدين وجلال الدين ولدي بهاء الدين سام سارا الي باميان وجمعا العساكر وعادا الي غزنة، فقاتلهما ايلدز . فانتصرا عليه وانهزم ايلدز الي كرمان ، واستقر علاء الدين محمد بن بهاء الدين سام ومعه بعض العسكر في ملك غزنة، وعاد اخوه جلال الدين في باقي العسكر الي باميان ، ثم ان يلدز لما بلغه مسير جلال الدين في باقي العسكر الي باميان وتاخّر علاء الدين بغزنة جمع العساكر من كرمان وغيرها وسار الي غزنة ، وبلغ علاء الدين محمد بن بهاء الدين سام ، فارسل الي اخيه جلال الدين بباميان يستنجده ، وسار يلدز وحصر علاء الدين بغزنة ، وسار جلال الدين ، فلما قارب غزنة رحل ايلدز الي طريقه ، واقتتلا ، فانهزم عسكر جلال الدين واخذه يلدز اسيرا ، فاكرمه يلدز واحترمه وعاد الي غزنة فحصر علاء الدين بها ، وكان عنده بغزنة هندوخان بن ملكشاه بن خوارزمشاه تكش ، فاستنزلهما ايلدز بالامان ، ثم قبض علي علاء الدين وعلي هندوخان وتسلم غزنة ، واما غياث الدين محمود بن غياث الدين محمد ملك الغورية فانه لما قتل عمه شهاب الدين كان ببست ، فسار الي فيروزكوه وتملّكها وجلس في دست ابيه غياث الدين وتلقّب بالقابه وفرح به اهل فيروزكوه وسلك طريقة ابيه في الاحسان والعدل ، ولما استقل يلدز بغزنة واسر جلال الدين وعلاء الدين ابني سام كتب الي غياث الدين محمود بن غياث الدين محمد بن سام بن الحسين بالفتح وارسل اليه الاعلام وبعض الاسري *

وفيها

veniebant, ubi natu maior Ala-ed-din, a patre designatus in istud regnum successor, dominus renunciabatur. At quietam illi diuturnamque possessionem non permittebat aliquis olim Gaiiat-ed-dini mamlucus, Tag-ed-din Ilduz, ab hero Kermanam in fidem nactus, magnum eius dynastiae columen, et commune Turcarum refugium. Hic Bamianenses fratres adortus Gazna expellebat, et Bamianam abire cogebat. Ibi vero collectis illi novis copiis redibant Gaznam, et Ilduzum inde vicissim reiiciebant in Kermanam, commisso praelio superatum. Arbitrati autem suas res in vado iam esse, discessionem faciebant, et manente Ala-ed-dino, repetebat alter Bamianam. Id quod illis vehementer oberat. Ilduz enim audiens vires fratrum separatas esse, Gaznam rursus tentabat cum suis Kermanicis, et obsidione Ala-ed-dinum coërcebat. Aderat quidem Gelal-ed-din a fratre accitus, has angustias discussum. Ilduz autem laxata paulum obsidione ipsi obviam progressus manus conserebat, et profligatis eius copiis ipsum nanciscebatur, quem nihilominus tamen eo, quo decet, in honore atque veneratione habebat. Sic liberatus hoc negotio denuo redorsus obsidionem Ilduz multo urgebat acrius, et tandem in deditionem et urbem, et, qui intus erant, accipiebat, Ala-ed-dinum, et Hendu Chanum, filium Malicschahi, filii Tacaschi Chovarezimschahi, quos ambos in custodiam dabat; harum autem rerum a se gestarum notitiam impertiebat Gaiiat-ed-dino Mahmudo, antiqui sui heri filio, simulque Fairuzcuham, ubi is residebat, devictorum vexilla, et captorum aliquem numerum mittebat. Nimirum Gaiiat-ed-din Mahmud ille, filius Gaiiat-ed-dini Muhammedis, apud Bostam agens quo tempore patruus eius, Schahab-ed-din trucidabatur, Fairuzcuham se, post acceptum istius caedis nuncium, conferebat, ubi paterno in solio residens, tituloque patris insignis, et paternae beneficentiae atque aequitatis premens vestigia, civium demerebatur amorem.

وفيها توفي الامير مجير الدين طاشتكين امير الحاج وكان قد ولّاه الخليفة علي جميع خورستان ، وكان خيرا صالحا ، وكان يتشيّع *

وفيها تزوج ابو بكر ابن البهلوان بابنة ملك الكرج ، وذلك لاشتغاله بالشرب عن تدبير المملكة فعدل الي المصاهرة والهدنة ، فكفّوا الكرج عنه لذلك *

ثم دخلت سنة ثلاث وستماية ، فيها سار الملك العادل من مصر الي الشام فنازل في طريقه عكا فصالحه اهلها علي اطلاق جميع من الاسري ، ثم وصل الي دمشق ، ثم سار منها ونزل بظاهر حمص علي بحيرة قدس واستدعي بالعساكر ، فاتته من كل جهة ، واقام علي البحيرة حتي خرج رمضان ، ثم سار ونازل حصن الاكراد وفتح برج اعنار واخذ منه سلاحا ومالا وخمسماية رجل ، ثم سار ونازل طرابلس ونصب عليها المناجنيق وعاث العسكر في بلادها وقطع قناتها ، ثم عاد في اواخر ذي الحجة الي بحيرة قدس بظاهر حمص *

وفيها ارسل غياث الدين محمود بن غياث الدين محمد ملك الغورية يستميل يلدز مملوك ابيه المستولي علي غزنة ، فلم يجبه يلدز الي ذلك ، وطلب يلدز من غياث الدين ان يعتّقه ، فاحضر الشهود وعتّقه وارسل مع عتاقته هدية عظيمة ، وكذلك

b) التي كانت deerat in cod. L.

c) مصانعات Num مصاقبات aut مناصفات ?

d) Post المذكور deest aliquid.

Eodem obibat Emir Mogir-ed-din Taſchtekin, Emir el-Hag [ſeu dux catervae ad Meccana ſacra peregrinantis], quem Chalifa, Imam en-Naſer, toti Chureſtanae praefecerat, vir probus et ſanctus, quamvis Schiita eſſet.

Eodem ducebat Abu-Becr, filius Pehluvani, filiam regis Corgorum in matrimonium, non tam id reputans, inhoneſtam Muſlemo eſſe affinitatis cum infidele coniunctionem, quam hoc, minime laborioſum eſſe hunc modum hoſtes placandi et avertendi. Neque certe fallebat ea ſpes hominem deſidem et ſtultum, quem vini ſtudium et ſtrenuae compotationes arma capere, aut civium curare commoda, non ſinebant.

Anno DCIII [qui die Aug. 7. A. C. 1206 coepit] movebat Malec el-Adel Miſra in Syriam, et per viam attentabat Ptolemaidem. Incolae autem videntes illum obſidionem meditari, redimebant pacem miſſione Muſlemorum omnium, quos in vinculis penes ſe habebant. Inde pergens Adel per Damaſcum, caſtra metabatur apud lacum Cadas in agro Emeſſeno; ubi quum congregaſſet excitos et confluentes undequaque duces atque milites, promovebat ſub finem noni menſis et apponebat caſtra Heſn el Acrad [ſeu caſtro Curdorum], et expugnabat Borg [ſeu burgum vel turrim] Anaz, unde praeter arma opesque alias quingentos etiam Francos captivos extrahebat. Inde caſtra catapultasque admovebat Tripoli, permittens copiis in adiectum agrum pro lubitu graſſari, et aquae ductus intercidere. Quibus factis redibat exeunte anno ad lacum Cadas.

Eodem anno ſtudebat Gaiat-ed-din Mahmud, filius Gaiat-ed-dini Muhammedis, Ilduzum illum, qui Gaznam occupaverat, ſibi devincere, et obnoxium facere. Is autem audire conditiones negabat, antequam ab iſto iuniore Gaiat-ed-dino manumiſſus fuerit. Senioris enim mancipium fuerat. Herus itaque iunior coram teſtibus eum ingenuum et ſui iuris hominem declarabat, eiusque rei publicas tabulas, una cum ſplendidis mune-

وكذلك عتق ايبك المستولي علي بلاد الهند وارسل نحو ذلك ، فقبل كل منهما ذلك وخطب له ايبك ببلاد الهند التي تحت يده ، واما يلدز فلم يخطب له ، وخرج بعض العسكر عن طاعة يلدز لعدم طاعته لغياث الدين ※

وفيها في ثالث شعبان ملك غياث الدين كيخسرو صاحب بلاد الروم انطالية (باللام) وهي مدينة للروم علي ساحل البحر ※

وفيها قبض عسكر خلاط علي صاحبها بن بكتمر ، وكان اتابك ، فتلغ مملوك شاهرمن ، فقبض عليه ابن بكتمر ، فثارت عليه ارباب الدولة وقبضوه وملكوا بلبان مملوك شاهرمن سقمان صاحب خلاط حسبما تقدم ذكره في سنة اربع وتسعين وخمسماية ※

ثم دخلت سنة اربع وستماية والملك العادل نازل علي بحيرة قدس ، ثم وقع الهدنة بينه وبين صاحب طرابلس وعاد الملك العادل الي دمشق واقام بها ※

ذكر استيلاء الملك الاوحد نجم الدين ايوب بن الملك العادل علي خلاط ، في هذه السنة ملك الملك الاوحد بن الملك العادل خلاط ، وكان صاحب خلاط بلبان حسبما تقدم في سنة اربع وتسعين وخمسماية ، وسار الملك الاوحد من ميافارقين وملك مدينة موش ، ثم اقتتل هو وبلبان صاحب خلاط ، فانهزم بلبان واستنجد بصاحب ارزن الروم وهو مغيث الدين طغريلشاه بن قليج ارسلان السلجوقي ، فسار طغريلشاه واجتمع به بلبان فهزما الملك الاوحد ، ثم غدر طغريلشاه ببلبان فقتله غدرا ليملك بلاده وقصد خلاط ، فلم يسلموها اليه ، فقصد منازكرد فلم يسلم اليه ، فرجع طغريلشاه الي بلاده ، فكانت

ribus, et ipsi mittebat, et alteri isti paterno pariter mamluco, Ibeco, apud Indos regulo. Beneficium vero istud, ut in hoc quidem speratum edebat effectum: (Ibek enim obsequium condicebat, et curabat per suggestus suae ditionis Gaiat-ed-dini nomen celebrari:) sic apud illum irritum erat. Ilduz enim nihilo magis parcebat. Quapropter etiam pars aliqua copiarum ab ipso descifcebat, ut qui legitimo suo hero refragaretur.

Eodem anno, tertio die mensis octavi expugnabat Gaiat-ed-din Caichosru, Selgukida, Romaniae dominus, Antaliam,* urbem Graecam, maritimam.

Hoc ipso rursus attingenda occurrunt, quae iam superius ad an. DXCIV latius exposuimus de fatis Challatae. Nimirum comprehendebant et occidebant deinceps eius dominum, Bectimuri filium, sua praesidia, propterea, quod Atabecum suum, Cotlogum, Schah Armeni Socmani quondam mamlucum, puniverat; eique sufficiebant alterum eiusdem Schah Armeni mancipium, Bailabanum.

Anno autem DCIV [qui die 27 Iul. A. C. 1207 coepit] veniebat Challata in potestatem Malec el-Auhadi Nagm-ed-dini, Eiubi, filii Malec el-Adeli; idque hac ratione. Auhad, Maiiafarekina, sede sua, egressus invadebat et rapiebat Muscham, urbem Armenam. Ballaban itaque, de quo modo dicebamus, aggressorem sui territorii ulturus, cum ipso praelium committebat, at illud infelix; alter enim ipsum repellebat. Ballaban ergo copias Mogit-ed-dini Togrilschahi, filii Kilig Arslani, Selgukidae, domini Arzenerrumae, suis adiungebat; eaque ratione retundebant ambo Auhadum. Nullo tamen operae pretio. Togrilschah enim, foederati sui terris inhians, eum perfide tollebat. Sed et is frustra. Nam neque Challatenses eum, neque Malazkerdani, quos deinceps tentabat, admittebant. Quae res eum cogebat geminam repulsam passum ad sua se recipere. Challateni autem

 litteris

* Vulgo Sattalia, veterum Attalea.

فكاتب اهل خلاط الملك الاوحد ، فسار اليهم وتملّك خلاط وبلادها بعد اياسه منها واستقر ملكه بها ☼

وفيها لما استقر الملك العادل بدمشق وصل اليه التشريف من الخليفة الامام الناصر صحبة الشيخ شهاب الدين الشهروردي ، فبالغ الملك العادل في اكرام الشيخ والتلقاه الي القصير ، ووصل من صاحبي حلب وحماة ذهب ينثر علي الملك العادل اذا لبس الخلعة ، فلبسها الملك العادل ونثر ذلك الذهب وكان يوما مشهودا ، والخلعة جبة اطلس اسود بطراز مذهّب وعمامة سودا بطراز مذهّب وطوق ذهب مجوهر تطوّق به الملك العادل وسيف جميع قرابه ملبس ذهبا تقليده *f* وحصان اشهب بمركب ذهب ، ونشر علي راسه علام اسود مكتوب فيه بالبياض اسم الخليفة ☼ ثم خلع رسول الخليفة علي كل واحد من الملك الاشرف والملك المعظّم ابني الملك العادل عمامة سوداء وثوبا اسود واسع الكمّ ، وكذلك علي الوزير صفي الدين بن شكر ، وركب الملك العادل وولداه *g* ووزيره بالخلع ودخل القلعة ، وكذلك وصل الي الملك العادل مع الخلعة تقليد علي البلاد التي تحت يده وخوطب الملك العادل فيه شاهنشاه وملك الملوك خليل

e) اتابك Hic aliquid deeſt, ſaltim له poſt وكان

f) تقليده Num تقلده an aliquid deeſt?

litteris Auhadum ad ſe ſub certis conditionibus invitabant, coramque venienti principatum ſuae urbis et eo redeuntes agri deferebant, de quo iam coeperat deſperare.

Eodem anno ineunte faciebat Malec el-Adel cum Tripolitano inducias, in caſtris apud lacum Cadas: deinceps Damaſcum redibat,* ibidemque permanens, excipiebat legatum Chalifae, Imami Naſeri, ſummis, quibus poterat, honoribus. Erat ille Schaich Schahab-ed-din Scheherverdenſis (153), perlator Taſchrifi [ſeu doni regii], quo Bagdadicus Adelum nobilitabat. (154) Iuvat hic caerimonias iſtius ſollemnis actus enarrare. Adel legatum non in urbe, ſed foris (155), apud Coſair (156), [ſeu parvum palatium] excipiebat, ibidemque induebat a Chalifa miſſam trabeam, et cetera fiebant, quae mox dicemus. Trabea iſta erat Gobba [vel chlamys] ex eo panni ſerici genere, quod atlas dicitur, et eo quidem nigro, fimbriis aureis circumcirca munito; eiusdem conditionis erat cidaris; torques totus erat aureus, gemmatus; gladii vagina tota laminis aureis inducta. Iſta omnia induebat Adel. Oblatus equus erat nobilis, gryſei coloris, ſella aurea. Mancipium nigrum [ſeu Aethiops] cuius fronti nomen Chalifae candidis litteris inſcriptum erat, ſpargebat ſuper cuput Adeli aurum (157), quod illi fini vaſalli eius, Hamatenus et Halebenſis, miſerant. Poſt hanc caerimoniam induebat legatus pariter geminos, qui tum aderant, Adeli filios, Malec al-Aſchrafum, et Malec al-Moattamum, nigra cidari ſimileque veſte cum amplis manicis. Vezirus Adeli, Safi-ed-din Ibn-Schocar (158), quoque veſtem honoris accipiebat. Hoc in apparatu et in equis illis donariis invehebatur Adel cum filiis et comitatu in arcem. Diploma, quod legatus perferebat, in fiduciam committebat Adelo ea omnia, quae tunc temporis poſſidebat; eique titulos tribuebat Schahinſchah et Malec el-Moluc [quorum ille Perſicus eſt, hic Arabicus, idem uterque notans,

regem

* Haec paullo ante leguntur in Arabicis.

خليل امير المومنين ✻ ثم توجّه الشيخ شهاب الدين الي مصر فخلع علي الملك الكامل بها وجري فيها نظير ما جري في دمشق من الاحتفال ، ثم عاد الشهروردي الي بغداد مكرما معظما ✻

وفيها اهتمّ الملك العادل بعمارة قلعة دمشق فالزم كل واحد من ملوك اهل بيته بعمارة برج من ابراجها ✻

ذكر قتال خوارزمشاه مع الخطا بما وراء النهر ، وفي هذه السنة كانت ملوك ما وراء النهر مثل ملك سمرقند وملك بخارا خوارزمشاه يشكون ما يلقونه من الخطا ويبذلون له الطاعة والخطبة والسكة ببلادهم ان دفع عنهم الخطا ، فعبر علاء الدين محمد خوارزمشاه بن تكش نهر جيحون واقتتل مع الخطا ، وكانت بينهم عدة وقايع والحرب بينهم سجال ، واتفق في بعض الوقعات ان عسكر خوارزمشاه انهزم واخذ خوارزمشاه اسيرا ، واخذ معه شخص من اصحابه يقال له فلان بن شهاب الدين مسعود ، ولم يعرفهما الخطاي الذي اخذهما ، فقال ابن مسعود لخوارزمشاه دع عنك المملكة وادّع انك غلامي واخدمني لعلّي احتال علي خلاصك ، فشرع *h* خوارزمشاه يخدم ابن مسعود ويقلعه قماشه وخفّه ويلبسه ويخدمه ، فسال

g) ووالداه Cod. Leid. ووالده

h) فشرع Cod. Leid. فشر

regem regum ſcilicet] et Chalil el-mumenin [ſeu amicus atque delicium principis fidelium]. Damaſci peractis ritibus, pergebat Schaich Scheherverdi Miſram, et ibi eosdem prorſus omnes conferebat in Malec al-Camelum honores. Inde Damaſcum, et deinceps Bagdadum, magnis affectus honoribus et praemiis, remeabat.

Eodem anno magnas opes largitus eſt Adel in fabricam arcis Damaſcenae, coëgitque unumquemque regulorum ſibi fiduciariorum, turrim unam eidem addere.

Hoc anno bellum gerebat Chovarezimſahah Ala-ed-din Muhammed, filius Tacaſchi, cum Chattaeis in Tranſoxana, ubi miris illi modis inſoleſcebant. Quapropter reguli trans Oxum, ut Samarkendenſis et Bocharicus, queruli per litteras apud Chovarezimſchahum exponebant, quantas moleſtias et clades a Chattaeis acciperent; ſimulque ſpondebant ſe ipſi obſecuturos, iuraque ſummi principis, per ſuam ditionem praeſtituros, hoc eſt nomen eius in templis ſuis celebraturos, et numis ſuis inſcripturos eſſe, ſi Chattaeos valeret depellere. Illectus Muhammed his conditionibus, Oxo traiecto bellum cum Chattaeis ordiebatur, conflictuum id quidem frequens, at inſtabilis et vacillantis fortunae; qua Chovarezimſchah, non tantum victus aliquando, ſed et captus a Chattaeis fuit. Quo tempore multum ipſi proderat eius error, in cuius manus inciderat. Chattaeus enim ille neque ipſum norat, quis eſſet, neque alterum, quem una cum rege idem ceperat, regiorum miniſtrorum aliquem, filium Schahab-ed-dini Maſudi. Nam ipſius hominis nomen proditum non reperii. Hic homo regem ſuum ſervitute perquam ingenioſe expediebat, ſuadens, velit, ad tempus ſepoſito maieſtatis uſu, famulum ſuum agere; ipſe velle perſonam heri ſubire; ſic forte poſſe facilius artem excogitare, qua ipſum liberet. Placebat conſilium Chovarezimſchaho; ideoque inſtituebat Maſudidae ſervire, veſtes et ocreas detrahere, rurſus induere, verbo imperata

فسال الخطاي من انت ، فقال ابن مسعود فلان ، فقال له الخطاي لولا اخاف من الخطا اطلقتك ، فقال له ابن مسعود اني اخشي ان ينقطع خبري عن اهلي فلا يعلمون بحياتي واشتهي ان اعلمهم بحالي لئلّا يظنّوا بموتي ويتقاسمون مالي ، فاجابه الخطاي الي ذلك ، فقال ابن مسعود اشتهي ان ابعث بغلامي هذا مع رسولك ليصدّقوه ، فاجابه الي ذلك ، وراح خوارزمشاه مع ذلك الشخص حتي قرب من خوارزم ، فرجع الخطاي واستقر خوارزمشاه في ملكه وتراجع اليه عسكره ، وكان لخوارزمشاه اخ يقال له علي شاه بن تكش وكان نايب اخيه بخراسان ، فلما بلغه عدم اخيه في الوقعة مع الخطاء دعي الي نفسه بالسلطنة واختلفت الناس بخراسان وجري فيها فتن كثيرة ، فلما عاد خوارزمشاه محمد الي ملكه خاف اخوه علي شاه ، فسار الي غياث الدين محمود بن غياث الدين محمد *

ذكر قتل غياث الدين محمود وعلي شاه ، ولما استقر خوارزمشاه في ملكه وبلغه ما فعله اخوه علي شاه ارسل عسكرا الي قتال غياث الدين محمود الغوري ، فسار العسكر الي فيروزكوه مع مقدّم يقال له امير ملك ، فسار الي فيروزكوه وبلغ ذلك محمودا ، فارسل يبذل الطاعة ويطلب الامان ، فاعطاه

facere omnia. Id videns Chattaeus interrogabat eum, qui herum faciebat, quisnam sit. Aiebat se τον δειvα esse, Masudi filium. Chattaeus ad haec significabat se libenter ipsum in libertatem dimittere velle, modo gentilium suorum metus id non prohiberet. Eam captivus quasi ansam nactus et commonstrationem benevolentiae instabat porro, et, mittere si nullo modo se queat, id saltem sibi tribueret beneficii, rogabat, ut velit gentilibus suis de vita sua indicium facere. Nam timere, ne illi, quum de fortuna sua ignorent, neque resciendi facultatem habeant, viis omnibus obseptis et interceptis, suas opes, ut dudum mortui, inter se partiantur. Condicebat Chattaeus id se facturum. Sed, aiebat captivus, quo magis legatus tuus apud meos domesticos fidem inveniat, addam ipsi hunc servum meum comitem. Etiam in hoc annuebat Chattaeus. Feliciter itaque evadebat hac ratione Chovarezimschah sub forma et opinione servi ex captivitate, cum isto Chattaeo legato pergens ad Chovarezmiam usque, ubi appulsus, comite redire iusso, regnum suum recuperabat, copiasque rursus penes se congregabat, et componebat turbas per absentiam suam in regno subnatas. Scilicet quum post infelicem illam cum Chattaeis pugnam ubique desideraretur, audebat eius frater et per Chorasanam locum tenens, Ali Schah, se pro Sultano gerere. Sed omnes conciliare sibi quum nequiret, implicabatur regnum seditionibus, quas Muhammed, ut diximus, in lucem rursus emergendo compescebat. Alischah vero graves a fratre poenas ob attrectatum eius peculium sibi metuens, ad Gurensem, Gaiiat-ed-dinum Mahmudum, fil. Gaiiat-ed-dini Muhammedis, perfugiebat. Verum id utrique caussa erat exitii. Chovarezimschah enim, cognito fratris facinore fugaque, copias adversus Fairuzcuh, sedem Gurensis, et Alischahi refugium, sub imperio cuiusdam, Emir Malec dicti, mittebat. Quibus obsistere se non posse quum intelligeret Gurensis, deprecabatur obviam missa legatione spiritus immunitatem, seque

 suaque

فاعطاه امير ملك الامان ، فخرج غياث الدين محمود من فيروزكوه ومعه علي شاه ، فقبض عليهما امير ملك وارسل يعلم خوارزمشاه بالحال ، فامره بقتلهما ، فقتلهما في يوم واحد ، واستقامت خراسان كلها لخوارزمشاه محمد بن تكش وذلك في سنة خمس وستماية ، وهذا غياث الدين محمود بن غياث الدين محمد بن سام بن الحسين اخر ملوك الغورية ، وكانت دولتهم من احسن الدول ، وكان هذا محمود كريما عادلا رحمه الله تعالي ، ثم ان خوارزمشاه محمد لما خلي سرّه من جهة خراسان عبر النهر وسار الي الخطا ، وكان وراء الخطاء في حدود الصين التتر ، وكان ملكهم حينيذ يقال له كشلي خان وبينه وبين الخطا *i* عداوة مستحكمة ، وارسل كل *k* من كشلي خان ومن الخطاء يسال خوارزمشاه ان يكون معه علي خصمه ، فاجابهما خوارزمشاه بالمغلطة وانتظر ما يكون منهما ، فاتّقع كشلي خان مع الخطاء ، فانهزمت الخطاء ، فمال عليهم خوارزمشاه وفتك فيهم ، وكذلك فعل كشلي خان فيهم ، فانقرضت الخطا ولم يبق منهم الاّ

i) الخطا Cod. Leid. التتر

k) كل deerat cod. L.

ſuaque omnia Chovarezimſchaho dedens et permittens, impetrataque, Fairuzcuho ad iſtum imperatorem confiſus datae fidei egrediebatur, una cum ſuo hoſpite et ſupplice, Aliſchaho. (159) At Emir Malec ambos comprehenſos tantisper aſſervabat, donec a Chovarezimſchaho, cui de hoc eventu per litteras ſignificabat, quid in dediticias ſtatuere debeat, in mandatis acceperit. Aliquanto poſt appellebat imperium ambos tollendi. Itaque cadebant ambo uno die, ſimulque in Gaiiat-ed-dino dynaſtia principum Gorenſium, quorum ille Gaiiat-ed-din Mahmud ultimus erat, filius Muhammedis, filii Sami, filii Hoſaini; vir generoſus et aequitatis amans, (cui deus ſit miſericors) ſimilis omnino ſuis maioribus, qui merito ſuo principes inter optimos reputantur. Contigebat haec clades anno DCV (160), et aſſerebat Chovarezimſchaho totius Choraſanae quietam poſſeſſionem.

Quum itaque nullum ſibi ſupereſſe videret Chovarezimſchah, ab hac quidem parte ſollicitudinis argumentum, traiiciebat rurſus Oxum Chattaeos invaſum, tempore, quod huic inſtituto mire favebat. Chattaeis enim ab altera quoque parte, hoc eſt ab oriente, Sinarum in confiniis, inſurrexerat hoſtis multo formidoloſus, cum quo cruentas agitabant lites, Tatari, quorum rex, qui tum erat, Caſchli (161) Chan appellabatur. Hic Chovarezimſchahum aeque ſibi conciliare ſtudebat, et in ſuum adverſarium armare, quam Chattaei ſua ex parte eundem in Tataros impellere nitebantur. Verum Chovarezimſchah, exſpectans cui parti momentum ſuum additura ſit belli fortuna, legatos amborum pariter aſpero et feroce cum reſponſo relegabat. Quum itaque Caſchli Chan ſolus adortus Chattaeos graviſſime perculiſſet, urgens porro Chovarezimſchah iacentes crudele caede lacerabat, et denique conficiebat. Quod quum idem Tatarus continuaret ſua ex parte facere, fiebat brevi tempore, ut omne paene Chattaeum nomen exſtingueretur, neque commune gentis excidium effugerent, niſi qui aut montium inacceſſis iugis ſe

الا من اعتصم بالجبال او استسلم وصار في عسكر خوارزمشاه ❁

ثم دخلت سنة خمس وستماية والملك العادل بدمشق وعنده ولداه الملك الاشرف والمعظم ❁

ذكر قدوم الاشرف الي حلب متوجها الي بلاده الشرقية ، وفيها توجه الملك الاشرف موسي بن الملك العادل من دمشق راجعا الي بلاده الشرقية ، ولما وصل الي حلب تلقاه صاحبها الملك الظاهر وانزله بالقلعة وبالغ *l* وقام للاشرف ولجميع عسكره بجميع ما يحتاجون اليه من الشراب والطعام والحلوي والعلوفات ، وكان يحمل اليه في كل يوم خلعة كاملة وهي غلالة وقبا وسراويل وكمه وفروة وحصان وسيف ومنطقه ومنديل وسكين ودلكش وحس خلع لاصحابه ، واقام علي ذلك خمسة وعشرين يوما وقدم له تقدمة وهي ماية الف درهم وماية نفجة *m* مع ماية مملوك منها عشرة نفج في كل واحدة منها ثلثة اثواب اطلس وثوبان خطاي وعلي كل نفجة جلد

l) وبالغ Supplendum في اكرامه

m) نفجة C. L. نغجة

tuerentur, aut in Chovarezimſchahi caſtra et ſtipendia cum Iſlamiſmi profeſſione transirent.

Anno ineunte DCV [qui die 15 Iulii A. C. 1208 coepit] Damaſci agebat Malec el-Adel, cum geminis ſuis filiis, Aſchraſo et Moattamo. Sed ille quidem prior, Aſchraf, paullo poſt in terras orientales, peculium ſuum, abibat. Qua occaſione per Halebum transiens ad Malec ed-Daherum, affinem ſuum, inviſebat. (162) Hic advenienti occurrebat, ſplendideque accipiebat, et ſecum in arcem ſuam traducto, per viginti quinque dies (tot enim ibi haerebat hoſpes) praeſtabat tam ipſi, quam toti eius comitatui neceſſaria omnia, cibum, potum, dulciaria, iumentis pabulum. Quotidie novam ipſi completam Chalam [ſeu veſtem honoris] mittebat, ſcilicet Gelalam [ſeu veſtem interiorem vel tunicam], Caban [ſeu exteriorem, vel togam], Saravil [ſeu femoralia], Kemeh* [mitram vel pileum], Farva [ſeu pellicium], Heſan [ſeu generoſum equum], gladium, baltheum, mappam [ſeu manucciolum, vel ſudarium**], Sicam*** et Dilkeſch.**** Praeterea dabat ipſi donarium adventitium [ſeu pro grato adventu], quod conſtabat centum millibus numorum argenteorum, et centum arcis, et totidem earum baiulis mancipiis. Decem talium arcarum ſingulae tres continebant veſtes atlaſinas, et duas veſtes [an forte Chattaeas, vel Sinicas?]: una quaeque arcarum invo-

* Kemeh, vocem Perſicam, ſic reddit Meninsky.

** Quale orientales a cingulo dependens habent. Alias notat vox *mandil*, quae hic adhibetur, *turbanum*, ſeu cidarim.

*** Qualem orientales in ſinu ſuper pectore gerunt.

**** Quid ſit Dilkeſch neſcio. Meninsky habet "*Dilkeſch*, cor attrahens, deliciosus, gratus, amoenus," rel. Quod huc nihil facit. An fuit forte pyxis unguentaria, aut aromatica? Sequebatur poſt hanc vocem وحس خلع quod pariter non expuro, quod ſibi velit. Si legas وحسب خلع poſſit notare, et *ſufficientem numerum trabearum*, aut ſi legas وخمس خلع ſit, et *quinque trabeas*. Conſulendus melior codex.

جلد كندس كبير، ومنها عشر في كل واحدة منها عشرة اثواب
عنابي خوارزمي وعلي كل نغجة جلد قندس كبير، ومنها عشر في
كل واحدة خمسة اثواب عنابي بغدادي وموصلي وعليها عشرة جلود
قندس صغار، ومنها عشرون في كل واحدة خمس قطع مرسوسي
ودبيقي، ومنها اربعون في كل واحدة منها خمسة اقبية وخمس كمام،
وحمل اليه خمس حصن عربية بعدّتها وعشرين اكديشا واربعة قطر
بغال وخمس بغلات فايقات بالسروج واللجم المكفنة *n* وقطارين
من الجمال *o*، وخلع علي اصحابه ماية وخمسين خلعة وقاد الي
اكثرهم بغلات واكاديش، ثم سار الملك الاشرف الي بلاده ※

وفيها امر الملك الظاهر صاحب حلب باجراء القناة من حبلان *p*
الي حلب وغرم علي ذلك اموالا كثيرة، وبقي البلد يجري الماء فيه ※

وفيها وصل غياث الدين كيخسرو بن قلبج ارسلان السلجوقي
صاحب بلاد الروم الي مرعش لقصد *q* بلاد ابن لاون الارمني، وارسل
اليه الملك الظاهر نجدة، فدخل كيخسرو بلاد ابن لاون وعاث
فيها ونهب وفتح حصنا يعرف بغرقوس ※

ذكر مقتل صاحب الجزيرة، في هذه السنة قتل معزّ الدين
سنجرشاه بن سيف الدين غازي بن مودود بن عماد الدين بن زنكي
بن اقسنقر صاحب جزيرة ابن عمر، وقد تقدّم ذكر ولايته في سنة ست
وسبعين وخمساية، قتله ابنه غازي، وكان سنجرشاه ظالما قبيح السيرة
جدّا

n) المكفنة *obtecta.* Nam كفن proprie eſt *tegere, involvere;* idem quod سجي Neſcio tamen ſitne integris laminis aureis incruſtata, an auro in fila ducto conſuta ſuppellex intelligenda. Vt poſterius cre-
dam

involuta erat pelle Kondos* magni [vel magna]. Aliarum decem arcarum ſingulae continebant decem veſtes Atabicas Chovarezmicas, ſingulis pellibus Condos involutae: aliae decem parvis pellibus Condos indutae ſingulae quinque veſtes Attabicas Bagdadicas et Mauſelenſes continebant: viginti aliarum ſingulae continebant quinque telas Marſuſi, et Daibaki: aliarum quadraginta ſingulae continebant quinque Cobas [togas] et Kemam totidem [ſeu manicas, a كم, vel etiam mitras, a كمة] Quinque Arabicos excellentes equos ipſi quoque donabat, integro cum apparatu ſuo; viginti Acdiſch;** quatuor Catar [forte agmima] mulorum et quinque mulas excellentes, cum ſuis ſellis et fraenis auro incruſtatis et duo agmina mulorum. Centum et quinquaginta veſtes honoris dabat eius comitatui, et plurimis eorum quoque Acadiſch et mulas. Sic dotatus pergebat Aſchraf ad ſuas terras.

Ad hos tantos ſumtus accedebat alius non contemnendus, eidem Halebenſi tum faciendus. Curabat enim ex Hablan (163) aquas Halebum deduci; quo ex tempore urbs illa aquis ſcatet.

Eodem anno tendebat Gaiiat-ed-din Caichoſru, filius Kilig Arſlani, Romaniae dominus, ad Maraſch, inde territorium filii Leonis, Armeni, invaſum; auctusque ſuppetiis Halebenſibus, late vaſtabat Armeni agrum, praedam agebat, et arcem Farcus dictam expugnabat.

Eodem peremtus eſt Maaz-ed-din Sangarſchah, filius Saif-ed-dini Gazii, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acſoncori, dominus Gezirat Ibn-Omar, qua urbe illum potitum anno DLXXVI memoravimus: cecidit manu filii ſui Gazii. Nimirum ut erat ille Sangarſchah crudelis et improbus homo, qui nihil

* Videtur Condos animal eſſe, quod ego quidem non novi. Scribitur a noſtro قندس et كندس

** Vide ad an. 589.

جدّا لا يمتنع عن قبيح يفعله من القتل وقطع الالسنة والانوف والاذان وحلق اللحي ، وتعدّي ظلمه الي اولاده وحريمه ، فبعث ابنيه محمودا ومودودا الي قلعة فحبسهما فيها ، وحبس ابنه المذكور غازي في دار في المدينة وضيّق عليه ، وكان بتلك الدار هوام كثيرة ، فاصطاد غازي المذكور منها وارسلها الي ابيه في منديل لعلّه يرقّ عليه ، فلم يزده ذلك الّا قساوة ، فاعمل غازي الحيلة حتي هرب ، وكان له واحد يخدمه ، فقرّر معه ان يسافر ويظهر انه غازي بن معزّ الدين سنجرشاه لياْمنه ابوه ، فمضي ذلك الانسان الي الموصل واعطي شيا وسافر منها ، واتّصل ذلك بسنجرشاه فاطمانّ ، وتوصّل غازي حتي دخل دار ابيه واختفي عند بعض سراري ابيه ، وعلموا به جماعة وكتموا ذلك عن سنجرشاه لبغضه فيه *r* ، واتفق ان سنجرشاه شرب يوما بظاهر البلد وشرع يقترح علي المغنيين الاشعار الفراقية وهو يبكي ، ودخل داره وهو سكران الي عند الحظية التي

dam fere perſuadet Golius in Lexico, qui كغن primo loco interpretatur *nevit*, *in fila duxit lanam*.

o) الحمال Forte الجمال

p) حبلان Forte جبلان

q) لغصد Forte يغصد

r) لبغضه فيه Forte لبغضهم له

nihil indignum ſe, nihil ſibi non licere, exiſtimaret, trucidabat, exſcindebat linguas, nares, aures, detondebat (164) barbas affricandae infamiae cauſſa, et in ſuos tandem, uxores liberosque, ſaeviebat. Maududum enim et Mahmudum, filios, arce quadam extranea concludebat, tertium autem, ſupra nominatum Gazium, in aede quadam urbana duriter habebat et aerumnoſe, tam illa horrida et deſerta, ut multae venenatae beſtiae illam perreptarent; quarum aliquas ille Gazi venatus patri mittebat in ſudario, durum pectus, ſi pote, adſpectu tam tetro in miſericordiam flexurus. Id autem non tantum non minuebat, ſed etiam augebat ei crudeles animos. Gazi ergo, quum carcere non emitteretur, vocabat aſtutiam in uſum. Conſtituebat nempe cum famulo quem unum habebat additum, ut is iter inſtitueret, et quacunque transiret, ſe Gazium iactaret eſſe, Maaz-ed-dini Sangarſchahi filium, quo nempe pater, filium procul abeſſe reputans, et ſecurus, ab eo exagitando et perſequendo deſiſtat, ſuique perdendi copiam faciat. Et ſane non deſtituebat machinam eventus. Homo enim ille ſubornatus Mauſelam primum ibat, et ibi corruptis pecunia cuſtodibus, ne ſcilicet attineretur, alio pergebat, ſpargens ubique, ſe Sangarſchahi filium eſſe. Quod audiens pater omnem ſollicitudinem animo exuebat, et ſecurus inſidiarum filii agebat, quo tempore illis ipſis cum maxime patebat. Filius enim Gazi per varias ſtrophas clanculum irrepebat in paternam domum, et latitabat apud aliquam pellicum patris: faventibus paucis aliis, qui, quamvis praeſentiam eius bene noſſent, ſollicite tamen a Sangarſchaho celabant, odio truculenti et ſceleſti ſenis. Inter haec accidebat, ut ſenex ille genio indulgens in villa quadam ſuburbana compotaret, inter cantores atque fidicines, quos, quod omine non carebat, tantum iubebat ſibi nomos modulari, qui valedictionibus amicorum ſunt congrui, tam lugubres, ut illi audienti uberes manarent lacrimae. Finita compotatione redibat domum ebrius, et ad illam ipſam devertebatur

التي ابنه مختبي عندها ، ثم قام معز الدين سنجرشاه ودخل الخلاء ، فهجم عليه ابنه غازي وضربه اربعة عشر ضربة بالسكين ثم ذبحه وتركه ملقي ودخل غازي الحمام وقعد يلعب مع الجواري ، فلو احضر الجند واستحلفهم في ذلك الوقت لتمّ له الامر وملك البلاد ، ولكنه سكر واطمانّ ، فخرج بعض الخدم واعلم استاذ الدار ، فجمع الناس وهجم علي غازي وقتله وحلّف العسكر لاخيه محمود بن سنجرشاه ، ولقب معز الدين بلقب ابيه ، ووصل معز الدين محمود بن سنجرشاه بن غازي بن مودود بن زنكي واستقر ملكه بالجزيرة وقبض علي جواري ابيه وغرقهن بدجلة ، ثم قتل بعد ذلك محمود اخاه مودودا ☼

ثم دخلت سنة ست وستماية ، فيها سار الملك العادل من دمشق وقطع الفرات وجمع العساكر والملوك من اولاده ونزل s) حران ، ووصل اليه بها الملك الصالح محمود بن محمد بن قرا ارسلان الارتقي صاحب امد وحصن كيفا ، وسار الملك العادل من حران ونازل سنجار وبها صاحبها قطب الدين محمد بن عماد الدين زنكي بن مودود بن عماد الدين زنكي ، فحاصرها وطال الامر في ذلك ، ثم خامرت العساكر التي صحبة الملك العادل ونقض الملك الظاهر صاحب حلب الصلح معه ، فرحل عن سنجار وعاد الي حران واستولي الملك العادل علي نصيبين وكانت لقطب الدين محمد ، وكذلك استولي علي الخابور ☼

وفيها

s) ونازل Forte ونزل

concubinam, apud quam filius delitescebat; ibique moratus aliquamdiu surgebat ad latrinam; quo filius eum sequebatur et sica vulneribus quatuordecim confossum, scissa ultimum larynge, exanimabat; prostratumque linquens ad balneum concedebat, et totam porro noctem cum puellis pellicibus ludens pergraecabatur, perverso consilio. Nam si statim coram advocasset et in sacramentum adegisset militares duces, firmum habuisset imperium, et paternas opes. At ille quum ebrietati se daret, rerum securus in tam ancipite positarum, et spe sua excidebat, et parricidii dabat poenas. Eunuchus enim aliquis de casu ad Maiorem domus referebat, qui protinus coactis excubiis obruebat vicissimque mactabat Gazium, et copias in fidem alterius Sangarschaho nati adigebat, Mahmudi nempe, cui titulus idem, qui patri fuerat, nempe Maaz-ed-din attributus est. Hic novus itaque Maaz-ed-din, extractus e custodia, ubi capessivit imperium, non tantum pellices paternas, ut sceleris conscias, Tigride mergebat, sed etiam fratrem adhuc superstitem, Maududum, quo solus regnaret, necabat.

Anno DCVI [qui die 5 Iul. A. C. 1209 coepit] progressus Damasco Euphratem traiiciebat Malec el Adel, et coactis copiis filiisque suis, quotquot in istis tractibus regnabant, considebat apud Harranam, et, postquam ad ipsum eo accessisset Malec es-Saleh Mahmud, filius Muhammedis, filii Cara Arslani, de gente Ortoki, dominus Amidae et Hesn Caifae, pergebat Sangaram, eamque et in ipsa dominum eius, Cotb-ed-dinum Muhammedem obsidebat, filium Emad-ed-dini Zenkii, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acsoncori. Sed diu trahente negotio, copiisque ad defectionem et tumultum vergentibus, et Halebense foederis atque clientelae nexum palam dirumpente, consultum iudicabat Adel Sangara missa Harranam remeare. Nisibinam tamen et Chabur, provincias illius Cotb-ed-dini Muhammedis, subigebat.

وفيها توفي الملك المويد نجم الدين مسعود بن السلطان صلاح الدين *

وفيها توفي الامام فخر الدين محمد بن عمر خطيب الري بن الحسين بن الحسن بن علي التيمي *t* البكري الطبرستاني الاصل الرازي المولد الفقيه الشافعي صاحب التصانيف المشهورة، قال ابن الاثير وبلغني ان مولده سنة ثلاث واربعين وخمسماية، وكان فخر الدين المذكور مع فضايله يعظ وله فيه اليد الطولي وكان يعظ باللسانين العربي والعجمي ويلحقه في الوعظ الوجد *v* والبكاء، وكان اوحد زمانه في المعقولات والاصول، اشتغل في اول زمانه علي والده ثم قصد الكمال السمعاني واشتغل عليه، ثم عاد الي الري واشتغل علي المجد الجيلي *x* وسافر الي خوارزم وما وراء النهر وجري له بكربكوه *y* ما تقدّم ذكره واخرج منها بسبب الكرامية، واتّصل بشهاب الدين الغوري صاحب غزنة وحصل له منه مال طايل، ثم عاد فخر الدين الي خراسان واتّصل بالسلطان خوارزمشاه بن تكش وحظي عنده، ولفخر الدين نظم حسن منه،

نهاية اقدام العقول عقال، واكثر سعي العالمين ضلال،

واروا

t) التيمي Ita repofui ex Ibn-Schehna. C. L. البغي

v) الوجد In fenfu theologico notat *ingens dei defiderium.* Herbelotus pag. 321. voce *Efchk allah* عشق الله, reddit per *ecftafe;* et pag. 905. voce *Vag'd* وجد, monet eam Arabibus notare *un degré fublime*

Eodem obibat Malek el-Movaiied Nagm-ed-din Masud, filius Sultani Salah-ed-dini.

Item Imam Fachr-ed-din Muhammed, filius Omari, Chatibi [seu concionatoris] Raiiae, filii Hosaini, filii Hasani, filii Alii, Taimita, et quidem ex illa tribu Arabica Taim deveniens, quae a Bacr ben Vaiel originem ducit (165), Tabarestanensis, si maiores spectes, ipse tamen apud Raiiam natus, celeber ille fakihus Schafeïticus, celebrium librorum auctor. Audivisse, ait Ibn-el-Atir, eum anno DXLIII natum fuisse. Solebat, cum maxima reliqua sua dignitate praestantibusque animi dotibus, Vaëtum agere, [hoc est plebem sermonibus ad pietatem et timorem dei adhortari], quod aeque promte seu Arabice seu Persice faciebat, idque tanto cum ardore, ut saepe se in lacrimas effunderet. In Maculat [rebus intellectualibus, forte metaphysicis] et in Osul [seu fundamentis fidei] parem peritia non habebat ista aetate. Fundamenta studiorum ponebat sub patre, deinde audiebat [extra patriam, forte Bagdadi, aut certe Marvae*] Camal-ed-dinum Samanensem. Inde rursus in patria studiis operam dabat sub Magd-ed-dino Gabalense [vel Gilense]. Sic absoluto studiorum cursu peregrinabatur ad Chovarezmiam et Transoxanam, ubi casus ipsi, quem supra exposuimus, cum Caramitis in Kerdcuh** contingebat, qui eum inde cogebat excedere. Abibat deinceps ad Schahab-ed-dinum Gurensem, dominum Gaznae, a quo divitiis cumulatus fuit. Tandem in Chorasanam redibat ad Chovarezimschahum Muhammedem Tacaschi filium, cui etiam in honore et gratia fuit. Scribebat elegantia carmina, quorum en specimen:

Summum culmen, quo humanus intellectus audet eniti, est intricata haesitatio, et plurimus labor eruditorum est error.

Spiritus

* Vid. ad ann. 563.

** Atqui supra anno 595 erat Fairuzcuh.

وارواحنا في وحشة من جسومنا ، وحاصل دنيانا اذي ووبال ،
ولم نستفد من بحثنا طول عمرنا سوي ان جمعنا فيه قيل وقالوا ،
وكم قد راينا من رجال ودولة فبادوا جميعا مسرعين وزالوا *

وكانت العلماء يقصدونه من البلاد وتشدّ اليه الرحال ، وقصده ابن عنين الشاعر ومدحه بقصايد *

وفيها في سلخ الحجة توفي مجد الدين ابو السعادات المبارك بن محمد بن عبد الكريم ، ومولده سنة اربع واربعين وخمسماية ، المعروف بابن الاثير اخو عز الدين علي المورّخ مولّف الكامل في التاريخ ، وكان مجد الدين المذكور عالما بالفقه والاصولين والنحو والحديث واللغة وله تصانيف مشهورة ، وكان كاتبا مفلقا *

وفيها توفي المجد المطرّز النحوي الخوارزمي ، كان اماما في النحو وله فيه تصانيف حسنة *

ثم دخلت سنة سبع وستماية ، وفيها عاد السلطان الملك العادل من البلاد الشرقية الي دمشق *

وفيها

sublime de contemplation et de d'union avec dieu. C'est proprement l'extase ou le ravissement. Conf. Hist. Tamerl. p. 6. l. 9.

x) الجبلي aut الجيلي Cod. Leid. الحبلي

y) بكردكوه Num بغيروزكوه

Spiritus noſtri ſibi metuunt et abhorrent a corporibus noſtris, et ſumma, quae de noſtris fortunis ad nos redit, eſt taedium et peſtis.

Neque proficimus omne noſtra per omnem noſtram vitam inquiſitione, quam ut varias variorum ſententias, quid hic dixerit, quid ille, compilemus.

Ipſas tandem dynaſtias ſi reſpicimus, quot magni viri, quot maxima imperia, perierunt celeriter!

Ad hunc virum properantes undecunque fatigabant iumenta; quos inter Ibn-Amin ad ipſum accedens, encomiaſticis eum carminibus aliquot celebravit.

Eiusdem anni ſub finem obiit Magd-ed-din Abu-Saadat Mobarac, filius Muhammedis, filii Abd-el-Carimi, vulgo ſub Ibn-el-Atiri (166) nomine notus, frater alterius iſtius Ibn-el-Atiri, Azz-ed-dini Alii, hiſtorici, auctoris Cameli, chronici nempe, e quo multa nos hauſimus. Magd-ed-din noſter erat peritus Fikhae et Oſul, ut et theologiae traditionariae, et grammatices, et philologiae, quibus in omnibus ſcripta dedit praeclara. Praeterea in exarandis principum, quibus miniſtrabat, litteris erat prorſus admirabilis et absque pari. Natus fuerat anno DXLIV.

Eodem obiit Magd [ſeu Mag-ed-din] (167) Motarrez [ſeu ſartor], Chovarezmicus, grammaticus, et ea in parte litterarum princeps, quod teſtantur eius prodita in hoc genere pulcherrima opera.

Anno DCVII [qui die 24 Iun. A.C. 1210 coepit] redibat Malec el-Adel e terris orientalibus Damaſcum, ubi poſtquam aliquod temporis ſpatium exegiſſet, Miſram revertebatur, ibique in palatio Vezirorum deſcendebat.* Eiusdem filius, Malec el-Auhad,

* Verba poſtrema infra leguntur in Arabicis.

وفيها قصد الكرج خلاط وحصروا الملك الاوحد بن الملك العادل بها ، واتّفق ان ملك الكرج شرب وسكر ، وحسّن له السكر انه تقدم الي خلاط في عشرين فارسا ، فخرجت اليه المسلمون ، فتقنطر واخذ اسيرا وحمل الي الملك الاوحد ، فردّ علي الملك الاوحد عدّة قلاع وبذل اطلاق خمسة الاف اسير ومائة الف دينار وعقد الهدنة مع المسلمين ثلثين سنة وشرط ان يزوّج ابنته بالملك الاوحد ، فتسلّم ذلك منه واقام وتحالفا واطلق ❊

ذكر وفاة بدر الدين z صاحب الموصل ، في هذه السنة توفي بدر الدين ارسلانشاه بن عز الدين مسعود بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر صاحب الموصل في اخر رجب ، وكان مرضه قد طال ، وملك الموصل سبع عشرة سنة واحدي عشر شهرا ، ولما اشتدّ مرضه انحدر الي العين القيّارة ليستحمّ بها وعاد الي الموصل في سبارة a ، فتوفي في الطريق ليلا ، وكان اسمر حسن الوجه قد اسرع عليه الشيب ، وكان شديد الهيبة علي اصحابه وكان عنده قلّة صبر في اموره ، واستقر في الملك بعده الملك القاهر عز الدين مسعود بن ارسلانشاه بن مسعود ، وكان عمر القاهر عشر سنين وقام بتدبير مملكته بدر الدين لولو مملوك والده ارسلانشاه واستاذداره ، وهذا لولو هو الذي ملك الموصل علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ،

وكان

z) بدر الدين Puto, aliquoties in ſuperioribus eum نور الدين appellatum eſſe.

a) سبارة Abulfaragius pag. 482 habet شبارة et cl. Pococke vertit *naviculam.*

Auhad, eodem anno Corgos egregia facileque victoria domabat, Challatam obſidentes, tanta cum protervia, ut rex eorum aliquando, vino gravis et inſolens, auderet urbem, cum viginti ſuorum adequitans, laceſſere. Sed eum foras prorumpentes et abacturi Muſlemi ab equo, dum effugere feſtinat, cernuante deiectum capiebant, et ad Auhadum deportabant. Corgus itaque, quo libertatem recuperaret, complures arces reddere, quinque millia Muſlemorum e vinculis dimittere, centum aureorum millia praeſtare, et inducias triginta annorum facere, praetereaque filiam ſuam Auhado in uxorem dare, ſpondebat. Quae conditiones quum dignae lautaeque viderentur Auhado, dimittebat Corgum, poſtquam eum aliquamdiu penes ſe tenuiſſet, et in ſacramentum adegiſſet, ſuaeque fidei viciſſim certiorem iureiurando feciſſet, promiſſasque arces et cetera pacta in deditionem accepiſſet.

Eodem obibat, exeunte ſeptimo menſe, Bedr-ed-din Arſlanſchah, filius Azz-ed-dini Maſudi, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acſoncori, dominus Mauſelae, quam tenuerat per ſeptendecim annos et undecim menſes, in itinere. Invaleſcente nimirum morbo, ex quo iam dudum marcebat, devehi ſe curabat ad Ain el-Çaiiara [ſeu fontem picis, vel bituminis, Kir (168) dicti] illis thermis ad recuperandam ſanitatem uſurus. (169) Inde rediturus Mauſelam in navicula per Tigridem, exſpirabat ipſa in via de nocte. Furvus erat vultu, ſed venuſto: praematura ipſi canities obrepſerat. Maximam ſibi comparaverat apud miniſtros ſuos auctoritatem, vir acer, et in rebus exſequendis morae omnis valde impatiens. Succedebat ipſi filius alter, Malec el-Caher Azz-ed-din Maſud, qui quoniam aetatis annum decimum nondum ſuperabat, redibat rerum adminiſtratio ad illum Badr-ed-din Luluum, defuncti mamlucum et Maiorem domus, quem in ſequentibus, poſt exſtinctam heri prolem, Mauſelae dominum videbimus. Aderat alter filius

وكان لارسلانشاه ولد اخر اصغر من القاهر اسمه عماد الدين زنكي ملّكه ابوه قلعة العقر وشوش وهما بالقرب من الموصل *

وفيها وردت رسل الخليفة الناصر لدين الله الي ملوك الاطراف ان يشربوا له كاس الفتوة ويلبسوا لها سراويلها وان ينتسبوا اليه في رمي البندق ويجعلوا *b)* قدوتهم فيه *

وفيها سار الملك العادل بعد وصوله الي دمشق ومقامه بها الي الديار المصرية واقام بدار الوزارة *

وفيها توفي فخر الدين جهاركس مقدّم الصلاحية * ذكر وفاة الملك الاوحد صاحب خلاط ، في هذه السنة توفي الملك الاوحد ايوب بن الملك العادل ، فسار اخوه الملك الاشرف وملك اخلاط واستقلّ بملكها مضافا الي ما بيده من البلاد الشرقية ، فعظم شانه ولقب شاهرمن *

وفيها قتل غياث الدين كيخسرو صاحب بلاد الروم ، قتله ملك الاشكري ، وملك بعده ابنه كيكاوس بن كيخسرو بن قلبج ارسلان حسبما تقدّم ذكره في سنة ثمان وثمانين وخمسماية *

ثم دخلت سنة ثمان وستماية ، فيها قبض الملك المعظّم عيسي بن الملك العادل علي عز الدين اسامة صاحب قلعتي كوكب وعجلون بامر ابيه الملك العادل وحبسه في الكرك الي ان مات بها ، وحاصر القلعتين المذكورتين وتسلّمهما من غلمان اسامة ، وامر الملك العادل بتخريب كوكب وتعفية اثرها ، فخرّبت وبقيت خرابا ، وابقي عجلون ، وانقرضت الصلاحية بهذا اسامة ، وملك *c)* الملك المعظم بلاد جهاركس وهي

b) ويجعلوا C. L. وجعلوا Forte ويجعلوه

c) وملك Nisi plura h. l. desint, certe واعطي legendum, aut post معها inferendum واعطاها

eiusdem Arſlanſchahi, ſed is adhuc fratre minor, Emad-ed-din Zenki, cui pater Calaat el-Acr et Schuſch, duas arces Mauſelae vicinas, attribuerat.

Eodem adveniebant ad reges provinciarum legati Chalifae, Naſeri ledin allah, cum mandatis, ut ipſi [hoc eſt ipſius nomine, et in ipſius ſalutem] poculum Fatuvae biberent, ideoque Saravil [vel braccas] Fatuvae (170) induerent, et in Rami el-Bondok [hoc eſt, ſi quando glandes ex arcu baliſtario exploderent] ad ipſum referrent [et ab ipſo appellarent, ſuos iactus nempe, Naſericos]. (171) Faciebant itaque reges et principes ipſum [vel illud mandatum] in his rebus exemplum quod ſequerentur.

Hoc ipſo Fachr-ed-din Giharkis obiit, ducum militarium Saladinicorum maximus; item Malec el-Auhad Eiub, filius Malec el-Adeli, dominus Challatae, cuius imperium frater eius Malec el-Aſchraf occupabat, et titulum Schah Armeni aſſumebat; eoque valde potens evadebat, ut qui praeter hanc novam acceſſionem orientales quoque terras poſſidebat.

Eodem occidebat Aſcari [Laſcaris] Gaiiat-ed-dinum (172) Caichoſruum, filium Kilig Arſlani, dominum Romaniae. Succedebat huic filius Caicavus. Vid. ad a. DLXXXVIII.

Anno DCVIII [qui die 14 Iunii A.C. 1211 coepit] comprehendebat Malec el-Moattam Iſa, filius Malec el-Adeli, [locum patris apud Damaſcum tenens] Azz-ed-dinum Oſamam, dominum geminae arcis, Caucab et Eglun, ita iuſſus a patre, captivumque, quoad vixit, Carakae tenebat; arces autem illas obſidione cingebat, et tandem deditas ab Oſamae praeſidiis adeptus, illam quidem, Caucabam, ex voluntate patris, delebat funditus, et adhuc everſa iacet; Eglunae autem parcebat, eaque ratione finem faciebat Emiris Saladinicis, quorum ultimus * ille Oſama erat: Giharkiſi vero territorium, hoc eſt Paneaden, et

* Vid. tamen ad a. 610 ubi adhuc unum nominat.

وهي بانياس وما معها لاخيه شقيقه الملك العزيز عماد الدين عثمان بن الملك العادل واعطي صرخد مملوكه عز الدين ايبك المعظمي ٭

وفيها عاد الملك العادل الي الشام واعطي ولده الملك المظفر غازي الرها مع ميافارقين ٭

وفيها ارسل الملك الظاهر بها الدين القاضي *d* بن شداد الي الملك العادل وخطب ابنته ضيفة خاتون ابنة الملك العادل ، فزوّجها من الملك الظاهر وزال ما كان بينهم من الاحن ٭

وفيها اظهر الكيا جلال الدين حسن صاحب الالموت وهو من ولد الصباح شعاير الاسلام وكتب به الي جميع القلاع *e* الاسماعيلية بالشام والعجم ، فاقيمت شعاير الاسلام ٭

وفيها توفي ابو حامد محمد بن يونس بن منعة الفقيه الشافعي بمدينة الموصل ، وكان اماما فاضلا وكان حسن الاخلاق ٭

وفيها توفي القاضي السعيد المعروف بابن سنا الملك وهو هبة الله بن جعفر بن سنا الملك السعدي الشاعر المشهور المصري احد الفضلاء الروساء صاحب النظم الفايق ، وكان كثير التنعّم وافر السعادة محظوظا من الدنيا ، مدح تورانشاه اخا السلطان صلاح الدين بقصيدة مطلعها ،

تقنّعت لكن بالحبيب المعمّم ، وفارقت لكن كل عيش مذمم ،

فهجن بعض الفضلاء هذا المطلع وعابوه ، ومن شعره ايضا ،

لا الغصن يحكيك ولا النجوم حسنك مما كثر واكثروا ،

يا

d) القاضي C. L. العاصر *e*) القلاع Forte قلاع

eo ſpectantia, dabat fratri ſuo germano ex ambobus parentibus, Malec el-Azizo Emad-ed-dino Otmano; Sarchodam denique aſſignabat mamluco ſuo, Azz-ed-dino Ibeco Moattamico.

Eodem redibat Malec el-Adel ex Aegypto in Syriam dabatque filio ſuo, Malec el-Modaffero Gazio, Roham et Maiiafarekinam.

Eodem mittebat Malec ed-Daher, Halebi dominus, Cadium Baha-ed-dinum (173), filium Schaddadi, ad Adelum, huiusque filiam, Daifa Chatun, in thori ſociam eo interprete poſcebat, et impetrabat. Itaque ceſſabant ſimultates, quae principes illos hactenus diviserant.

Eodem prodebat al-Coia Gelal-ed-din Haſan, dominus Almutae, de poſteris Sabbahi, ſigna (174) Iſlamiſmi, et imperabat per litteras omnibus Iſmaëlitis per regionem montanam et Syriam, ut idem facerent. Et parebant.

Eodem obibat Abu-Hamed Muhammed, filius Iunaſi, Ibn-Manaa (175), fakihus Schafeïticus, apud Mauſelam, Imamus egregius et commodis moribus.

Eodem obiit Cadi Saïd Hebat-allah, filius Gafari, vulgo ſub nomine Ibn-Sana el-Molk notus, Saadita [tribu Arabica] Miſrenſis, poëta ille celeber et excellens, unus virorum ab ingenio et Raiiſatu illuſtrium, vir mollis vitae et ampliſſimarum opum. Scripſerat olim carmen in laudem Turanſchahi, fratris Saladini; cuius hoc eſt initium:

Induiſti, tanquam calanticam, ſed amicum, qui cidarim gerit, et deſeruiſti vitam omnem illaudatam.

Sed periti aeſtimatores id initium ut ignobile et ineptum exploſerunt. Eiusdem eſt quoque ſequens:

Non lentus ramus, non agilis hinnulus, tibi eſt ſimilis. Pulchritudo tua magna eſt, imo etiam maior [aliorum pulchritudine].

O cuius,

يـا باسما هدي *f* لنا ثغره عقدا ولكن كله جوهرا *g* ،
قال لي اللاحي *h* اما تسمع ، فقلت للاحي اما تبصر ☼

ثم دخلت سنة تسع وستمـايـة ، فيها في المحرم عقد الملك الظاهر علي ضيفة خاتون بنت الملك العادل ، وكان المهر خمسين الف دينار ، وتوجهت من دمشق الي حلب ، فاحتفل الملك الظاهر لملتقاها وقدم لها اشياء كثيرة نفيسة *

وفيها عمر الملك العادل قلعة الطور وجمع لـهـا الـصـنـاع من البلاد والعسكر حتي تـمـت *

وفيها سار طغريلشـاه بن قليج ارسلان صاحب ارزن الـروم وحاصـر ابن اخيه سلطان الـروم كيكاوس بسيواس ، فاستنجد كيكاوس بالاشرف بن العادل ، فخاف عمه طغريل ورحل عنه ، وكان لكيكاوس اخ اسمه كيقباد ، فلما جري ما ذكرناه سار كيقباد واستولي علي انكورية من بلاد اخيه كيكاوس ، فسار كيكاوس وحصره وفتح انكورية وقبض علي اخيه كيقباد وحبسـه وقبض علي امرايه وحلق لحاهم وروسهم واركب كل واحد منهم فرسـا واركب قدامه وخلفه قحبتين وبيد كل منهما مغلاق *i* تصفعه به وبين

f) هدي Forte اهدي

g) جوهرا Vox haec alias plerumque ſolet *gemmas* notare: ſed hic loci ſenſus monſtrat, *uniones* debere intelligi. Conf. cl. Schultenſius ad Harir. Conſ. I. ubi e coutrario perhibet جوهر frequentius *uniones*, rarius *gemmas* notare. Conf. Teixeira p. 120 in fine.

h) اللاحي *vituperator, cenſor:* proprie *decorticator.* Vt autem qui arborem decorticat, eam nudat, eius interius in conſpicuo proponit: ita et qui

O cuius, dum ridet, dentium ſeries nobis filum monſtrat, ſed totum unionum;
Increpat me lividus cenſor: Annon audis? dicens [rumores nempe hominum amorem tuum carpentium]: ego vero illi reſpondeo: Annon vides? [quam excellenter formoſus et amabilis ſit amoris mei locus.]

Menſe primo anni DCIX [qui die Iun. 2. A. C. 1212 coepit] condebat Malec ed-Daher, Halebi dominus, pacta matrimonialia cum Daifa Chatun, filia Malec el-Adeli, eique in dotem aſſignabat quinquaginta millia aureorum. Quo facto illa Damaſco Halebum ibat, ubi ſponſus, ei obviam in pompa egreſſus, ſplendide ipſam excipiebat ſplendidisque et magni pretii muneribus donabat.

Eodem condebat Malec el-Adel arcem Tur [ſeu montis] (176), advocatis undecunque architectis atque operis, etiam parte copiarum laborare iuſſa, donec perficeretur.

Eodem ibat Togrilſchah, filius Kilig Arſlani, dominus Arzenerrumae, fratris ſui filium, Caicavuſum, Romaniae Sultanum, Sivaſae obſeſſum. Quia vero Caicavus auxilium Malec el-Aſchraf implorabat, deſiſtebat Togril ſibi metuens. Interea vero, dum haec geruntur, occupabat frater Caicavuſi, Caicobad dictus, Ancuriam. At ille, a patrui vexatione liberatus, in fratrem totus ruebat, et laudata eum in urbe obſidebat, nactusque captivum in cuſtodiam dabat; Emiros autem eius, qui haec illi ſuaſerant, et audentem ſecundaverant, ſumma quavis afficiebat infamia. Barbis enim et capitibus raſos imponebat iumentis, in quibus per civitatem circumducebantur; duas meretrices, ab antica et poſtica ſingulis ſingulas, addiderat, in eodem iumento collocatas, quae miſeris indeſinenter ferrea clave.* caput tunde-

* Id videtur ſignificare debere vox مغلاق quae in Arabico eſt. Forte tamen rectius ſit مغلاق *tude*, vel *runcina*.

وبين يدي كل واحد منهم مناد ينادي هذا جزاء من خان سلطانه *

ثم دخلت سنة عشر وستماية ، فيها ظفر عز الدين كيكاوس بن كيخسرو صاحب بلاد الروم بعمه طغريلشاه فاخذ بلاده وقتله وذبح اكثر امرايه وقصد قتل اخيه علاء الدين كيقباد ، فشفع فيه بعض اصحابه ، فعفي عنه *

وفيها في رمضان توفي بحلب فارس الدين ميمون القصري وهو اخر من بقي من كبراء الامراء الصلاحية ، وهو منسوب الي قصر الخلفاء بمصر ، وكان قد اخذه السلطان صلاح الدين من هناك *

وفيها ولد للملك الظاهر من ضيفة خاتون بنت الملك العادل الملك العزيز غياث الدين محمد *

وفيها قتل ايدغمش مملوك البهلوان ، وكان قد غلب علي المملكة وهي همذان والجبال قتله خشداشه من البهلوانية اسمه منكلي ، وكان ايدغمش قد هرب منه والتجي الي الخليفة في سنة ثمان وستماية ورجع ايدغمش في هذه السنة الي جهة همذان فقتل واستقل منكلي بالملك *

وفيها في شعبان توفي ملك المغرب محمد الناصر بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن ، وكانت مدة مملكته نحو ست عشر سنة ، وكان اشقر اسيل الخد دايم الاطراق كثير الصمت للثغة كانت في لسانه ، وقد تقدّم ذكر ولايته في سنة خمس وتسعين وخمسماية ، ولما مات محمد الناصر المذكور ملك بعده ولده يوسف وتلقّب بالمستنصر امير المومنين بن محمد الناصر بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن وكنيته ابو يعقوب *

وفيها

tunderent; praeibat etiam unumquemque praeco ſuus, clamans: Hoc praemium manet perfidos in Sultanum ſuum.

Anno DCX [qui die 22 Maii A. C. 1213 coepit] potiebatur idem Caicavus eodem patruo, Togrilo, terrisque eius, et cum ipſo plurimos Emirorum eius mactabat. Quod ipſum quoque meditabatur in fratrem ſuum, Ala-ed-dinum Caicobadum, ſtatuere, motus tamen deprecatione quorundam ſuorum familiarium ignoſcebat ipſi.

Eiusdem anni nono menſe obiit Fares-ed-din Caſrenſis, ultimus magnorum Saladini Emirorum, ideo dictus Caſrenſis [ſeu Palatinus], quoniam Saladinus eum ex Caſr [ſeu Palatio Miſrenſe, quum Chalifas ibi deſtruerat] extraxerat.

Eodem ſuſcepit Malec ed-Daher, Halebenſis, ex Daifa Chatun, filia Malec el-Adeli, filium, Malec el-Azizum Gaiiat-ed-dinum Muhammedem.

Eodem occiſus eſt Idogmiſch a ſuo Chosdaſcho, Pehluvanico quondam mamluco, Mengeli dicto. Fuerat ille Idogmiſch initio rerum ſuarum pariter quoque mamlucus Pehluvanicus; deinde, excluſa eius prole, terras eiusdem, hoc eſt Hamadanam et Gebal [ſeu regionem montanam] rapuerat. At modo dictus ille Mengeli poſthaec ipſum viciſſim extrudebat, et ad Chalifam Bagdadum aufugere cogebat anno DCVIII, et, quum tandem hoc anno inde ad tractum Hamadanenſem rediret, necabat ipſum, tyrannidemque invadebat.

Eiusdem anni octavo menſe obiit rex occidentis, princeps fidelium, Muhammed Naſer, filius Iacobi Manſuri, filii Abd-el-Mumeni, poſt geſtum per ſedecim annos fere imperium. Vid. ad an. DXCV, ubi regni eius initium commemoravimus. Erat burrhus colore, genarum laevis, vultus triſtis et multum humo fixi, admodum taciturnus, ob linguae impeditioris (177) blaeſae vitium. Succedebat ipſi filius Abu-Iacub Iuſef Moſtanſer.

وفيها وقيل في السنة التي قبلها توفي علي بن محمد بن علي المعروف بابن حروف النحوي الاندلسي الاشبيلي شرح كتاب سيبويه شرحا جيّدا وشرح الجمل للزجاجي ✲

وفيها توفي عيسي بن عبد العزيز الجزولي بمرّاكش ، وكان اماما في النحو صنّف مقدمته وسمّاها القانون اتي فيها بالعجايب ، واعتني بها جماعة من الفضلاء ، واكثر النحاة يعترفون بقصور افهامهم عن ادراك مراده منها ، فان كلها رموز واشارات ، قدم الجزولي الي ديار مصر علي ابن بري النحوي ثم عاد الي الغرب ، والجزولي (بضم الجيم) منسوب الي جزولة وهي بطن من البربر ويقال لها كزوله ايضا ، وشرح مقدمته في مجلد كبير اتي فيه بغرايب وفوايد ✲

ثم دخلت سنة احدي عشرة وستماية ، وفيها توفي دلدرم بن ياروق صاحب تل باشر ، وولي تل باشر بعده ابنه فتح الدين ✲

وفيها توفي الشيخ علي بن ابي بكر الهروي وله التربة المعروفة شمالي حلب ، وكان عارفا بانواع الحيل والشعبذة والسيماوية ، وتقدّم عند الملك الظاهر غازي صاحب حلب ، وله اسفار كثيرة وتغرّب في البلاد ودار غالب المعمور ✲

وفيها اسرت التركمان ملك الاشكري وهو قاتل غياث الدين كيخسرو ، فحمل الي ابنه كيكاوس بن كيخسرو فاراد قتله ، فبذل

qui alterum carpit, egerit eius vitia et revelat eius nuditatem. Ita Scholiastes ad illud Divani Hudeilici لحي الله قوما annot. لحي قمّح واظهر سوائهم

Obiit eodem, aut, quod alii perhibent, praecedente anno, Ali, filius Muhammedis, filii Alii, vulgo ſub nomine Ibn-Harufi notus grammaticus, Hiſpanus Sevillenſis, egregii commentarii auctor in Sibuiae grammaticam, et alterius in Gaml Zagagii.

Obiit etiam alius celeber grammaticus Abu-Muſa Iſa, filius Abd-el-Azizi, Gorvalenſis (178), in urbe Marrakeſch, qui, ut erat princeps in arte grammatica, ita, quam ſub Canonis titulo edidit Mocaddamam [ſeu progymnaſiam, grammaticam ſcilicet] mirabilibus referſit obſervationibus, ut plurimi eruditi et grammatici fateantur auctoris mentem aſſequi ſe non valere. Nihil enim profecto ſunt quam aenigmata, et obſcura veſtigia latentium notitiarum. Bene fecit ergo auctor eo, quod in hunc ſuum librum ipſe magnum ſcripſit commentariorum volumen, in quod facetas rarasque pariter atque utiles res coacervavit. Audiverat olim in Aegypto Ibn-Barrium, e cuius doctrina deinceps Mauritaniam ſuum repetebat. Nam Gorvala, vel Corvala, ut alia malunt efferre, tribus eſt aliqua Barbarica.

Anno DCXI [qui die 12 Maii A. Chr. 1214 coepit] obiit Dilderim, filius Iaruki, dominus Tall-Baſcher, quam ab ipſo haereditate accipiebat filius eius, Fath-ed-din.

Eodem obiit Schaich Ali, filius Abu-Becri, Harvazi [ſeu Haratenus], cuius tymbus in plaga ſeptentrionale Halebi vulgo notus eſt, vir multarum artium mechanicarum, praeſtigiarum, chiromantices, al. peritus, ideoque a Malec ed-Dahero magno in honore habitus; quod in eo mirum non eſt, ſiquidum vaſtis itineribus plurimam orbis habitabilis partem obierat. (179)

Eodem nanciſcebantur Turcomani captivum illum Aſchcarium [Laſcarin] regem, qui Gaiiat-ed-dinum Caichoſruum occiderat, eumque huius ipſius filio, Caicavuſo, praeſentem exhibebant. Hic protinus quidem volebat ipſius ſanguine patris mani-

فبذل له في نفسه اموالا عظيمة وسلّم الي كيكاوس قلاعا وبلادا لم يملكها المسلمون قط *k* *

وفيها عاد الملك العادل من الشام الي مصر *

وفيها توفي الركن بن عبد السلام بن عبد الوهاب بن عبد القادر الجيلي ببغداد ولي عدة ولايات ، وكان يتهم بمذهب الفلاسفة ، اعتقل قبل موته واظهرت كتبه وفيها الكفريات مثل مخاطبة زحل وغيره بالالهية فاحرقت ، ثم شفع فيه ابوه فافرج عنه الي اعماله *

وفيها في شوال توفي عبد العزيز بن محمود بن الاخضر وله سبع وثمانون سنة وهو من فضلاء المحدثين *

ثم دخلت سنة اثنتي عشرة وستماية ، ذكر استيلاء الملك المسعود بن الملك الكامل بن الملك العادل علي اليمن ، قد تقدم ذكر استيلاء سليمان بن سعد الدين شاهنشاه بن تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب في سنة تسع وتسعين وخمسماية علي اليمن وانه ملاها ظلما وجورا وانه طرح زوجته التي ملّكته ، فلما جاءت هذه السنة بعث الملك الكامل من الملك العادل ابنه الملك المسعود الي اليمن *l* وظفر بسليمان المذكور وبعث به معتقلا الي مصر، فاجري له الملك الكامل ما يقوم به ، فلم يزل سليمان المذكور مقيما بالقاهرة الي سنة سبع واربعين وستماية ، فخرج الي المنصورة غازيا فقتل شهيدا *

وفيها

i) مغلاق C. L. مغلاق

k) Post قط forte deest قاطبة

bus litare; quia tamen Aſchcarius pro vita et libertate impetranda multas arces et urbes dedebat, quae nunquam iuris Muſlemici fuerant, et opes praeterea ingentes, dimittebat eum Selgukides.

Eodem redibat Malec el-Adel e Syria Miſram.

Eodem obiit Ilducuz, filius Abd-es-Sallami, filii Abd-el-Vahhabi, filii Abd-el-Caderi, Gabalenſis, Bagdadi, vir olim variis muneribus defunctus, ſed quum ſectae philoſophorum ſuſpectus eſſe inciperet, trahebatur in cuſtodiam paullo ante mortem, et chartae eius examinabantur, quae multas prodebant impias opiniones, ut eſt ea, licere homini aut alii cuidam rei divinitatis titulum tribuere. Quapropter illae flammis adiudicabantur: ipſe autem ad deprecationem patris in villas ſuas ablegabatur.

Eiusdem anni decimo menſe obiit Abd-el-Aziz, filius Mahmudi, Ibn-el-Achdar [ſeu filius viridis, vulgo ſic dictus], unus in praeſtantiſſimis traditionariis, anno aetatis octuageſimo ſeptimo.

Anno DCXII [qui Cal. Maii A. C. 1215 coepit] ſubigebat Malec el-Maſud, filius Malec el-Cameli, filii Malec el-Adeli, Arabiam felicem, excuſſo illo Solaimano, filio Saad-ed-dini Schahinſchahi, filii Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, qui eam beneficio uxoris, quam ducebat, a. DXCIX acceperat, ſed, ut ibi diximus, nequitia et iniuriis oppreſſerat hactenus, in ipſam uxorem, cui fortunam ſuum debebat, tam ingratus, ut eam a ſe amandaret. Hoc itaque anno miſſus a patre ex Aegypto dictus Maſud ſubigebat Iemanam, Solaimanum vero captum mittebat in cuſtodia Miſram, ubi Malec el-Camel ipſi reditus ad victum neceſſarios aſſignabat. Quam fortunam usque ad annum DCXLVII toleravit Cahirae; tunc autem pugnans contra Francos cecidit apud Manſuram ut martyr.

Eodem

وفيها قتل الامير علي بن الامام الناصر ووجد عليه الخليفة وجدا عظيما واكثر الشعراء المراثي فيه *

وفيها جمعت العساكر من بغداد وغيرها وقصدوا منكلي صاحب همذان والري وما بينهما من البلاد ، فانهزم وقتل في ساوه ، وتولّي بعده اغلمش احد المماليك البهلوانية ايضا *

وفيها في شعبان ملك خوارزمشاه علاء الدين محمد بن تكش مدينة غزنة واعمالها واخذها من يلدز مملوك شهاب الدين الغوري ، فهرب يلدز الي لهاور من الهند واستولي عليها ، ثم سار يلدز عن لهاوور واستولي علي بعض بلاد الهند الداخلة تحت حكم قطب الدين ايبك خشداش يلدز المذكور ، فجري بينه وبين مملوك قطب الدين ايبك مصافّ وقتل فيه يلدز ، وكان يلدز حسن السيرة في الرعية كثير الاحسان اليهم *

وفيها توفي الوجيه المبارك ابن ابي الازهر سعيد بن الدهّان النحوي الضرير ، وكان فاضلا قرا علي ابن الانباري وغيره ، وكان حنبليا فصار حنفيا ثم صار شافعيا ، فقال فيه ابو البركات زيد التكريتي ،

الا مبلغا عنّي الوجيه رسالة وان كان لا تجدي اليه الرسايل ،
تمذهبت للنعمان بعد حنبل وفارقته اذا اعوزتك الماكل ،

وما

1) الي اليمن C. L. علي اليمن Forte omissa: الي اليمن فاستولي الملك المسعود علي اليمن

Eodem occisus fuit [fortuito quodam casu] Emir Ali, filius Chalifae Imami Naseri, quem ut pater anxie et impatienter desideravit. Sic poëtae quam plurimis prosecuti sunt elegis.

Eodem mittebat idem Chalifa copias suas tam Bagdadicas, quam aliunde sui territorii coactas, adversus Mengelium, tyrannum Hamadanae et Raiiae, et quae sunt aliae ambabus interiectae provinciae. Mengeli coniectus in fugam peribat Savae violenta morte. Post eum capessebat summam auctoritatem Ogolmisch, alius aliquis mamlucus Pehluvanicus.

Eodem anno potiebatur Gazna totoque eius territorio Chovarezimschah Ala-ed-din Muhammed, filius Tacaschi, eiecto Ilduzo, mamluco Schahab-ed-dini Gorensis. Fugiebat igitur hic Lahavoram, urbem Indicam, eamque subigebat. Verum, quum alterius in Indiam se penetraret, et aliquas regiones attentaret, quae ad Cotb-ed-dinum Ibecum, suum quondam Choschdaschum [seu commilitonem], pertinebant, committebat aliquis Ibeki mamlucus cum ipso praelium, in quo Ilduz cadebat. Egregiae vitae vir is erat, et in cives suos benignus.

Eodem obiit el-Vagih el-Mobarac, filius Abu-Azhari Saïdi, Ibn-ed-Dahhan (180) [seu filius unguentarii vulgo dictus], coecus, grammaticus, homo eruditus, discipulus quondam Ibn-el-Anbari et aliorum, religionis admodum instabilis. Initio enim Hanbaliticam sectam, tum Hanafiticam, tandem Schafeïticam, profitebatur. Vnde argumentum sumebat Abu'l-Baracat Zaïd, Tacritensis, hoc epigramma in ipsum condendi:

Estne qui meo nomine commissionem hanc ad Vagihum perferat, utut hominem mihi non admodum familiarem, et ad quem commissiones litterariae a me ire non solent.
Addixisti te [haec est illa commissio] post Hanbalum Nomano [hoc est Abu-Hanifae]; sed quum diaria tibi deessent, rursus deserebas illum.

 Neque

وما اخترت راي الشافعي تدينا ولكنما تهوي الذي هو حاصل ،
وعمّا قيل انت لا شك صاير الي ملك ، فافطن بما انت قايل ❁

ثم دخلت سنة ثلث عشرة وستماية ، ذكر وفاة الملك الظاهر غازي بن السلطان صلاح الدين يوسف بن ايوب صاحب حلب ، ولما كانت صبيحة يوم السبت وهو الخامس والعشرون من جمادي الاولي من هذه السنة ابتدي بالملك المذكور حمّي حادة ، ولما اشتدّ مرضه احضر القضاة والاكابر وكتب نسخة يمين ان الملك بعده لولده الصغير الملك العزيز ثم بعده لولده الكبير الملك الصالح صلاح الدين احمد بن غازي وبعدهما لابن عمهما الملك المنصور محمد بن العزيز عثمان بن السلطان صلاح الدين ، وحلف الامراء والاكابر علي ذلك ، وجعل الحكم في الاموال والقلاع الي شهاب الدين طغريل الخادم واعذق *m* به جميع امور الدولة ، وفي الثالث عشرة من جمادي الاخرة اقطع الملك الظاهر خضر المعروف بالمستنمر كفر سودا واخرج من حلب من ليلته بالتوكيل ، واخرج علم الدين قيصر مملوك الملك الظاهر الي حارم نايبا ، وفي خامس عشر من جمادي الاخرة اشتدّ مرض الملك الظاهر ومنع الناس الدخول اليه وتوفي في ليلة الثلثا العشرين من جمادي الاخرة ، وكان مولده بمصر في

m) اعذق *fecit in eo niti, fecit ipſi alligata eſſe* — Scholiaſtes Haririi Conf. XXXVIII. عذقت reddit per ربطت ونيطت وشدت Interpretatur illam ſententiam من عذقت به الاعمال اعلقت به الامال "Illi cui innituntur adminiſtrationes variarum rerum, illi quoque appenſae ſunt ſpes multorum." Forte ab illa notione *nitendi innitendi*, dictus fuerit عذق *ramus palmae*, aut *palma ipſa ſaepi ſaxeae ſuppoſitae innitens*.

Neque pietatis et conſcientiae gratia elegiſti ſectam Schafeïticam, ſed avidus commodorum inde ad te redeuntium.
Ex eo quod iam dictum eſt concludere licet, absque dubio te ad Malecum eſſe tranſiturum. Iam exputa tecum, quid reprehendenti [deo hominive] poſſis in excuſationem tuam allegare.

Anno DCXIII [qui die 19 April. A.C. 1216 coepit] obiit Malec ed-Daher (181) Gazi, filius Sultani Salah-ed-dini Ioſefi, filii Eiubi, dominus Halebi, ex acuta febre, quae die Sabbati, vigeſimo quinto quinti menſis huius anni ſe primum in ipſo prodebat. Ea invaleſcente arceſſebat Cadios et magnates curiae ſuae, formulamque iurisiurandi ipſis praeſcribebat, qua cavebat, ut poſt fata ſua poteſtas ad filium ſuum natu minorem (182), Malec al-Azizum, deveniat, et eo vivis excedente, ad filium natu maiorem, Malec as-Salehum Salah-ed-dinum Ahmedem; denique, ſi et huic mori contingeret, ad amborum proximum affinem, ſuum ex fratre nepotem, Malec al-Manſurum Muhammedem, filium Malec el-Azizi Otmani, filii Sultani Salah-ed-dini. Hanc in formulam ſacramentum dicebant magnates; reliquarum autem opum, arcium, et rerum in univerſum ad dominum ſpectantium, cura mandabatur Schahab-ed-dino Togrilo, Chademo [vel eunucho]. Die decimo tertio ſexti menſis aſſignabat Malec ed-Daher Chidro, quem vulgo Moſtamerrum appellabant, Cafar Sud, quo ille illa ſtatim nocte amandabatur cum litteris, quibus eum recipere eique parere iſtius arcis praeſidia iubebantur. Pariter expediebat eodem tempore ad arcem Harem mamlucum ſuum, Alm-ed-dinum Caiſarum, eius caſtelli cuſtodem loco principis futurum. Die decimo quinto, morbo invaleſcente, nemo amplius ad moribundum admittebatur; tandem nocte, quae diem Martis, vigeſimum ſexti eiusdem menſis antecedebat, animam reddebat, annos natus quadraginta quatuor, cum aliquot menſibus, ut qui primam lucem viderat Miſrae

 anno

في نصف رمضان سنة ثمان وستين وخمسماية ، فكان عمره اربعا واربعين سنة وشهورا ، وكانت مدة ملكه لحلب من حين وهبها له ابوه احدي وثلثين سنة ، وكان ذا بطش واقدام علي سفك الدماء ، ثم اقصر عنه ، وهو الذي جمع شمل البيت الناصري *n* الصلاحي ، وكان ذكيا فطنا * وترتب الملك العزيز في المملكة ومرجع الامور كلها الي شهاب الدين طغريل الخادم ، فدبر الامور واحسن السياسة ، وكان عمر الملك العزيز لما تقرر في المملكة سنتين واشهرا وعمر اخيه الملك الصالح نحو اثنتي عشرة سنة *

'shrewd sagacious ... are ... in the version

وفيها توفي تاج الدين زيد بن الحسين بن زيد الكندي ، وكان اماما في النحو واللغة وله الاسناد العالي في الحديث ، وكان ذا فنون كثيرة في انواع العلم ، وهو بغدادي المولد والمنشي وانتقل واقام بدمشق *

ثم دخلت سنة اربع عشرة وستماية ، والملك العادل بالديار المصرية وقد اجتمعت الفرنج من داخل البحر ووصلوا الي عكا في جمع عظيم ، ولما بلغ ذلك الملك العادل خرج بعساكر مصر وسار حتي نزل علي نابلس ، فسارت الفرنج اليه ، ولم يكن معه من العساكر ما يقدر به علي ملتقاهم ، فاندفع قدامهم الي عقبة افيق ، فاغاروا علي بلاد المسلمين ووصلت غارتهم الي فوي من بلد السواد ونهبوا ما بين بيسان ونابلس وبثوا سراياهم وقتلوا وغنموا من المسلمين ما يفوت الحصر وعادوا الي مرج عكا ، وكان

n) الناصري C. L. الناصر

anno DLXVIII medio menſe nono. Ex quo pater ipſi Halebum donaverat, tenuerat eam per annos triginta et unum. Initio rerum ſuarum erat violentus, ad fundendum ſanguinem praeceps; tempore tamen poſteriore ſibi temperabat et miteſcebat. Hic ſolus in ſe collegit quaſi et ſuſtinuit atque propagavit miſere laceratam et exſtinctam paene domum et dynaſtiam a Salahed-dino inſtitutam. Parvulus eius filius, Malec el-Aziz, quum ſuccederet in paternas opes, agebat annum aetatis ſecundum cum aliquot menſibus; frater eius autem, Malec es-Saleh, annum circiter duodecimum. Curam regni gerebat, vi teſtamenti, ſupra dictus Togril el-Chadem, ſed diligentem et laudabilem.

Eodem anno Tag-ed-din Zaid obiit, filius Hoſaini, filii Zaidi, Kendenſis, in grammatica et philologia princeps, aliis doctrinarum variis generibus clarus, vir, qui traditiones ſuas ab excelſa repetebat origine, Bagdadi natus et adultus; unde Damaſcum commigrabat, ubi aetatem exegit.

Anno ineunte DCXIV [qui die 9 April. A. C. 1217 coepit] agebat Malec el-Adel Miſrae. Sed Franci eum cogebant in Syriam excurrere, qui magno numero intra mare (183) congregati, in Accam [vel Ptolemaidem] incumbebant. Adverſus hos educebat quidem cum copiis Miſrenſibus, tendebatque apud Naboluſam [vel Neapolin]: quia tamen tantas in promtu vires non habebat, quantis ad hoſtem repellendum opus erat: retro ſe in Acabat [ſeu collem] Afik recipiebat, Francis adverſus Neapolin contendentibus; neque impedire ipſorum excurſiones poterat, qui paſſim ſparſis manipulis libere caedibus atque rapinis in territorium Muſlemicum, usque ad Nava, locum in Savad [ſeu Sueta, vel Campania] Damaſcena ſitum, graſſabantur, praedamque et captivos ex illo tractu, qui Baiſanam [Bethſan] et Neapolin intereſt, agebant, et homines occidebant innumerabiles, et tandem, defervente hoc furore, qui maxime a medio menſe nono ad decimi Calendas usque ſaeviit, ad campum

وكان فوة *o* هذا النهب ما بين منتصف رمضان الي عيد الفطر من هذه السنة ، واقام الملك العادل بمرج الصغر ، وسارت الفرنج وحصروا حصن الطور وهو الذي بناه الملك العادل علي ما تقدّم ذكره ، ثم رحلوا عنه وانقضت السنة والفرنج بجموعهم في عكا ☼

وفيها سار خوارزمشاه علاء الدين محمد بن تكش الي بلاد الجبل وغيرها فملكها فمنها ساوة وقزوين وزنجان وابهر *p* وهمذان واصفهان وقم وقاشان ، ودخل ازبك بن البهلوان صاحب اذربيجان واران في طاعة خوارزمشاه وخطب له ببلاده ، ثم عزم خوارزمشاه علي المسير الي بغداد للاستيلاء عليها وقدّم بعض العسكر بين يديه وسار خوارزمشاه في اثرهم عن همذان يومين او ثلثة ، فسقط عليهم من الثلج ما لم يسمع بمثله ، فهلكت دوابهم وخاف من حركة التتر علي بلاده ، فولّي علي البلاد التي استولي عليها وعاد الي خراسان وقطع خطبة الخليفة الامام الناصر من بلاد خراسان في سنة خمس عشرة وستماية ، وكذلك قطعت خطبة الخليفة من بلاد ما وراء النهر وبقيت خوارزم وسمرقند وهراة لم يقطع الخطبة منها ، فان اهلها كانوا لا يلتزمون بمثل هذا بل يخطبون لمن يختارون ويفعلون نحو ذلك ☼

ثم دخلت سنة خمس عشرة وستماية والملك العادل بمرج الصغر والفرنج بمرج عكا ، ثم ساروا منها الي الديار المصرية ونزلوا علي دمياط وسار الملك الكامل بن الملك العادل من

o) فوة Num وقت *p*) وابهر C. L. والهر

Acconenſem revertebantur. Sub anni denique finem, quo tempore Malec el-Adel apud Damaſcum in Marg es-Safar haerebat, invadebant Franci arcem Montis [Taboris nempe] (184), quam ipſe Malec el-Adel condiderat, ut in ſuperioribus [ad a. DCIX] diximus; deinde tamen pedem retro referebant ad caſtra ſua prope Acconem, elabente interim anno.

Eodem anno invadebat Chovarezimſchah Muhammed, filius Tacaſchi, praeter alia Belad el-Gabal [ſeu regionem montanam] ſuamque redigebat in poteſtatem eius urbes, ut ſunt Sava, Cazvin, Zengan, Abhar, Hamadan, Isfahan, Com, Caſchan. Quapropter etiam Vzbek, filius Pehluvani, dominus Aderbiganae et Ranae [vel Iranae] ipſi ſe ſubmittebat, eiusque nomen per cathedras ſuae ditionis cum piis votis recitari curabat. Inde tendebat Chovarezimſchah Bagdadum invaſum et ſubactum. (185) Iam praemiſerat eo partem copiarum, iam biduum triduumve ipſi illuc Hamadana proceſſerat, quum incidens tanta nivis copia, quantam homines non meminerant, iumenta corrumpebat, cogebatque Muhammedem omiſſa formidoloſa iſtac expeditione, relictoque, qui terras ibi recens acquiſitas curet, domum in Choraſanam redire, praeſertim quum ipſe metus incumberet, ne forte Tatari territorium ſuum abſente ſe invaderent. Quo tamen odium, adverſus Chalifam animo conceptum, proderet, vetabat anno ſequente DCXV per Choraſanam et Transoxanam eius nomen in templis commemorari. (186) Quam eandem legem ne Samarkendenſibus, ſuis Chovarezmiis, et Haratenis imponeret, obſtabat iſtorum populorum libertas, qui vota cuicunque vellent pro lubitu faciebant, neque vim hac in re patiebantur.

Anno ineunte DCXV [qui die 29 Mart. A. C. 1218 coepit] haerebat Malec el-Adel in Marg es-Safar, et Franci in campo Accano, ut paullo antea videbamus; inde iam moventes hi Damiatam Aegypti obſidebant; quos Malec el-Camel, filius Adeli, per

من مصر ونزل قبالتهم ، واستمرّ الحال كذلك اربعة اشهر وارسل الملك العادل العساكر التي عنده لابنه الملك الكامل فوصلت اليه اولا فاولا ، ولما اجتمعت العساكر عند الملك الكامل اخذ في قتال الفرنج ودفعهم عن دمياط *

ذكر وفاة الملك القاهر صاحب الموصل ، وفيها توفي الملك القاهر عز الدين مسعود بن ارسلانشاه بن مسعود بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر صاحب الموصل ، وكانت وفاته لثلث بقين من ربيع الاول ، وكانت مدة ملكه سبع سنين وتسعة اشهر ، وانقرض بموته ملك البيت الاتابكي ، وخلف ولدين اكبرهما اسمه ارسلانشاه وعمره حينئذ عشر سنين ، فاوصي بالملك له وان يقوم بتدبير مملكته بدر الدين لولو ، فنصبه بدر الدين لولو في المملكة وجعل الخطبة والسكة باسمه ، وقام q بدر الدين لولو بتدبير المملكة احسن قيام *

ذكر قصد كيكاوس بن كيخسرو صاحب بلاد الروم حلب ، ولما مات الملك الظاهر صاحب حلب واجلس ابنه العزيز في المملكة (وكان طفلا) طمع صاحب بلاد الروم كيكاوس في الاستيلاء علي حلب ، فاستدعي الملك الافضل صاحب سميساط واتفق معه كيكاوس ان يفتح بلاد حلب ويسلمها الي الملك الافضل ثم يفتح البلاد الشرقية التي بيد الملك الاشرف بن الملك العادل ويتسلمها كيكاوس ، وتحالفا علي ذلك ، وسار كيكاوس الي جهة حلب ومعه الملك الافضل وحلّا علي رعبان واستولي كيكاوس عليها وسلّمها الي الملك الافضل ، فمالت

q) قام C. L. واقام

per quatuor primos menses, positis e regione castris, ostentatione sui magis, quam impetu terrebat, imbecillitatis suae bene gnarus: deinde vero sensim et catervatim appellentibus copiis auctus, quas ipsi pater e Syria submittebat, instituebat serio Francos armis contusos abigere.

Eodem anno, tertii mensis antepenultimo die obiit Malec el-Caher Azz-ed-din Masud, filius Arslanschahi, filii Masudi, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acsoncori, Mauselae per septem annos et novem menses dominus. In eius morte potentia et splendor Atabekicae domus exspirabat. Relinquebat quidem geminos filios, sed illos et pueros admodum, et brevis aevi, et sub aliena gubernatione. Filius natu maior, Nur-ed-din Arslanschah, annum aetatis tum agebat decimum, quum patri, nuncupatus ab ipso haeres, sub tutela Bedr-ed-dini Lului succedebat. Neque inficiandum est, Bedr-ed-dinum puero suo alumno iura summi principis intemerata conservasse, curasse ipsius nomen in templis recitari, et numis incudi, optimeque publicam rem administrasse: reliqua tamen qualia fuerint, ad annum sequentem narrabimus.

Interim de periculo monebimus, in quod urbs et principatus Halebensis, post obitum Malec ed-Daheri, incurrebat. Intelligens enim Caicavus, filius Caichosrui, Romaniae dominus, puerum ibi principem salutari, Azizum puta, illectus agendae praedae occasione persuadebat Malec el-Afdalo, domino Samisatae, defuncti Daheri fratri, et patrimonio suo per Adelum prorsus exuto contemptoque principi, ut secum belli societatem ineat, promittens ipsi principatum Halebensem integrum, ut subactus fuerit; et vicissim id sibi reservans, ut iunctis viribus deinceps orientales terras, quibus Malec el-Ascharaf incubabat, illi eriperent; eaeque porro Caicavusi essent. His itaque cum mutuo iureiurando constitutis ibant hi foederati versus Halebum, et primam quidem arcem, quam Caicavus expugnabat,

فمالت اليه قلوب اهل البلاد لذلك ، ثم سار الي تل باشر وفيها ولدهم ، ففتحها ولم يسلمها الي الملك الافضل واخذها كيكاوس لنفسه ، فنفر خاطر الملك الافضل وخواطر اهل البلاد بسبب ذلك ، ووصل الملك الاشرف بن الملك العادل الي حلب لدفع كيكاوس عن البلاد ، ووصل اليه بها الأمير مانع بن حديثة امير العرب في جمع عظيم ، وكان قد سار كيكاوس الي منبج وتسلّمها لنفسه ايضا ، وسار الملك الاشرف بالجموع التي معه ونزل وادي بزاعا واتّفق بعض عسكره مع مقدمة عسكر كيكاوس واخذ من عسكر كيكاوس عدة اسري وارسلوا الي حلب ودقّت البشاير لها ، ولما بلغ كيكاوس ذلك وهو بمنبج ولي منهزما مرعوبا وتبعه الملك الاشرف يتخطف اطراف عسكره ، ثم حاصر الاشرف تل باشر واسترجعها ، وكذلك استرجع رعبان وغيرها ، وتوجّه الملك الافضل الي سميساط ولم يتحرك بعدها في طلب ملك الي ان مات في سنة اثنين وعشرين وستماية علي ما سنذكره ان شاء الله ، وسار الملك الاشرف الي حلب وقد بلغته وفاة ابيه *

ذكر وفاة السلطان الملك العادل ابي بكر ابن ايوب ،

كان الملك العادل بمرج الصفر وقد ارسل العساكر الي ولده الملك الكامل بالديار المصرية ، ثم رحل الملك العادل من مرج الصفر الي عالقين وهي عند عقبة افيق فنزل بها ومرض واشتد مرضه وتوفي هناك الي رحمة الله سابع جمادي الاخرة من هذه السنة (اعني سنة خمس عشرة وستماية) ، وكان مولده سنة اربعين وخمسماية فكان عمره خمسا وسبعين سنة ،

وكانت

Robanam, dabat Afdalo. Verum ut eo quidem facto ſibi animos incolarum magnopere conciliabat, ut Afdalo faventium, eumque dominum aventium: ſic viciſſim illos a ſe multo magis alienabat, quum procedente tempore atque molimine voluntatis ſuae doloſos receſſus patefaceret. Arcem enim, quam ſecundo loco expugnabat, Tall Baſcher, Iarukitae Dilderimo filio ademtam, non item tradebat Afdalo, quod pacta conventa flagitabant, ſed reſervabat ſibi, quod idem cum Manbega faciebat. Non poterat Afdalum ea perfidia non irritare; qui propterea, miſſo foederato totoque illo molimine, ſuam in Samiſatam ſeſe abſcondebat, eoque inde ex tempore usque ad annum DCXXII ipſi fatalem quieſcebat, procul omne acquirendi aut recuperandi regni cupiditate. Neque proficiebat Caicavus ultra iſtud tentamen. Halebum enim ab eius invaſione tutam praeſtiturus, eo properabat Malec el-Aſchraf; cui eodem accedebat cum magno ſuorum numero Arabum Emirus, Mane, filius Haditae. Hi Manbegam verſus contendentes caſtra ponebant in Vadi Bozaa, ubi cum turma Caicavuſi praecurſoria collidebantur, et captivos accipiebant non paucos, qui Halebum miſſi publicam ibi et ingentem excitabant laetitiam. Hac de ſuorum adverſa fortuna inaudiens Caicavus apud Manbegam, retro praeceps et trepidus ruebat: eum autem perſequens carpebat Aſchraf, quantum poterat, Robanamque atque Tall Baſcher recuperabat, iisque confectis, a perſequendo fugitivo deſiſtens, exercitum victorem Halebum reducebat, praeſertim quum de morte patris certior factus fuiſſet.

Nam, quum Malec el-Adel, poſt ſubmiſſam ex Marg es-Safar in Aegyptum ad Camelum, filium, copiarum ſuarum partem, quos reliquos ſecum habebat milites inde Alekinum traduxerat, locum colli Afico vicinum, implicabatur ibi morbo, qui magis magisque invaleſcens eum abripiebat (187) die ſeptimo ſexti menſis huius anni DCXV, quum annum aetatis ageret

 ſeptua-

وكانت مدة ملكه لدمشق ثلثا وعشرين سنة وكانت مدة ملكه لمصر نحو تسع عشرة سنة ، وكان الملك العادل رحمه الله حليما يسمع ما يكره ويغضي عنه واتته السعادة واتّسع ملكه وكثرت اولاده وراي فيهم ما يحبّ ولم يراحد الملوك الذين اشتهرت اخبارهم في اولاده من الملك والظفر ما راءه الملك العادل في اولاده ، ولقد اجاد شرف الدين بن عنين في قصيدته التي مدح بها الملك العادل التي مطلعها ،

ما ذا علي طيف الاحبّة لو سرا وعليهم لو سامحوني بالكري ،

ومنها ،

العادل الملك الذي اسماوه في كل ناحية تشرف منبرا ،
ما في ابي بكر لمعتقد الهدي شكّ يريب بانه خير الوري ،
بين الملوك الغابرين ؞ وبينه في الفضل ما بين الثريّا والثري ،
نسخت خلايقه الحميده ما اتي في الكتب عن كسري الملوك وقيصرا *

ومنها في وصف اولاده ،

وله الملوك بكل ارض منهم ملك يجري علي الأعادي عسكرا ،
من كل وضّاح الجبين تخاله بدرا وان شهد الوغي فغضنفرا *

وخلف

r) دارم Num ابن دارم ?

s) الغابرين funt praefentes, hac aetate viventes, fuperftites.

ſeptuageſimum quintum, ut qui anno DXL natus fuerat. Damaſcenum regnum tenuerat viginti tribus annis, Aegyptiacum prope novendecim. Erat optimus princeps, admodum clemens, ingrata diſſimulare doctus, mire felix. Fortuna ipſum amabat et obundabat. Nam imperium procedente tempore nanciſcebatur amplum, liberisque gaudebat et multis et ſplendide fortunatis, in quibus, quod aegre ferret, offendebat nihil. Reges profecto inter omnes, quorum fama celebratur, cognitus non eſt, qui ſuam ipſe viderit ſobolem tam late regnantem, tam conſtanter victricem, quam noſter Adel. Scharf-ed-din Ibn-Anin ideo in carmine, quo ipſum laudavit, et cuius initium eſt: ما ذا على طيف الاحبة* recte ſic et praeclare ait:

Malec el-Adel [ſeu rex aequus], cuius nomina quovis in tractu templorum in cathedras aſcendunt.

Nemo, qui verae fidei ſuam addixit, dubitat, quin Abu-Becr** ſit optimus mortalium.

Qui virtutis praeſtantia tantum ultra reges hodienum ſuperſtites eminet, quantum pleiades ſuper terram.

Laudabiles eius dotes deleverunt id, quod libri perhibent de Coſroë atque Caeſare.

De filiis eius porro ſic canit idem poëta:

Eius ſunt principes, quorum unusquisque ubique terrarum contra hoſtes expedit exercitum.

Quorum unusquisque candida fronte plenae lunae ſpeciem videnti obiicit, ſed in pugna leonem refert.

L l 3 Relin-

* Latine: "Quidnam culpae foret phantaſiae amicorum, ſi noctu veniret? et qui eſſent ipſi reprehendendi, ſi me inſomnio bearent?" Nugae.

** Praenomen Adeli erat Abu-Becr. Alludit ergo ad primum Abu-Becrum, quem Schiitae quidem improbum et uſurpatorem appellant, Sunnitae vero perhibent, ab ipſo Muhammede titulo خير الورى *optimi hominum* decoratum fuiſſe.

وخلف الملك العادل ستة عشر اولاد ذكر غير البنات ، ولما توفي الملك العادل لم يكن عنده من احد اولاده حاضر ، فحضر اليه ابنه الملك المعظم عيسي وكان بنابلس وكتم موته واخذه ميّتا في محفّة وعاد به الي دمشق واحتوي علي ما كان مع ابيه من الجواهر والسلاح والخيول وغير ذلك ، ولما وصل دمشق حلّف جميع الناس له واظهر موت ابيه وجلس للعزاء وكتب الي الملوك من اخوته وغيرهم يخبرهم بموته ، وكان في خزانة الملك العادل لما توفي سبع ماية الف دينار عينا ، ولما بلغ الملك الكامل موت ابيه وهو في قتال الفرنج عظم عليه ذلك جدا واختلفت العساكر عليه ، فتاخّر عن منزلته ، فطمعت الفرنج ونهبت بعض اثقال المسلمين ، وكان في العسكر عماد الدين احمد بن سيف الدين علي بن احمد المشطوب وكان مقدّما عظيما في الاكراد الهكّارية ، فعزم علي خلع الملك الكامل عن السلطنة ، وحصل في العسكر اختلاف كثير حتي عزم الملك الكامل علي مفارقة البلاد واللحوق باليمن ، وبلغ الملك المعظم عيسي ذلك ، فرحل عن الشام ووصل الي اخيه الملك الكامل واخرج عماد الدين بن المشطوب ونفاه عن العسكر الي الشام ، فانتظم امر السلطان الملك الكامل ، وقوي مضايقة الفرنج لدمياط وضعف اهلها بسنب ما ذكرناه ? بسبب من الفتنة التي حصلت في عسكر الملك الكامل من ابن المشطوب *

ذكر استيلاء عماد الدين زنكي بن ارسلانشاه بن مسعود بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر علي بعض القلاع المضافة الي مملكة الموصل ، قد تقدّم في سنة سبع وستماية أن ارسلانشاه جعل عند وفاته مملكة الموصل لولده القاهر مسعود

واعطي

Relinquebat Adel, praeter filias, ſedecim (188) mares, quorum nullus tamen morienti aderat; ſed accedebat ad iam defunctum, qui proximus erat, Malec el-Moattam (189) Iſa, Neapoli, patrisque celata morte, cadaver lecticae impoſitum devehebat Damaſcum, paternas omnes opes invadebat, arma, equos, gemmas, paratam pecuniam, hoc eſt, ſeptingenta millia aureorum, alia, et poſtquam ſacramentum ab exercitu et incolis urbis ſibi dictum accepiſſet, patris obitum demum promulgabat, et praeſidebat ad accipiendas conſolationes, et ad ceteros principes, ſuos fratres, aliosque litteras expediebat, de hoc caſu ſignificantes, qui neminem aeque perculit, atque Camelum, cui cum Francis in Aegypto tum erat pugnandum. Vt enim rumor de illa morte in milites emanarat, tantus oriebatur tumultus, ut cogeret Camelum, non tantum ſtationem mutare; qua occaſione illecti et animati Franci Muſlemos parte quadam impedimentorum defraudabant; ſed etiam paene cogitationem de abiiciendis ſuis in Aegypto rebus omnibus, et fuga in felicem Arabiam ſuſcipere. Nam, qui tum in caſtris aderat, praecipuus Curdorum Haccarenſium dux, Emad-ed-din Ahmed, filius Saif-ed-dini Alii, filii Ahmedis, Maſchtub, minabatur Camelum e Sultanatu, quem adierat, deiicere. Peroportune accurrebat Malec el-Moattam e Syria in Aegyptum, poſtquam de hac rerum confuſione fratrisque diſcrimine intellexerat, eiiciebat ſeditionis anteſignanum, iſtum Emad-ed-dinum, et rurſus ordinabat res fratris miſerum in modum intricatas. Dimiatam interea ut deſtituebat exercitus Muſlemicus ipſe ſecum luctans, ita viciſſim Franci, opportunitate uſi, plena cum libertate urgebant, et maximas ad anguſtias adigebant.

Eodem decerpebat Emad-ed-din Zenki, filius Arſlan Schahi, filii Maſudi, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acſoncori, aliquas arces ad Mauſelam pertinentes. Nimirum diximus ad annum DCVII, Arſlan Schahum filio ſuo natu maiori, Cahero

واعطي ولده الاصغر عماد الدين زنكي المذكور قلعتي العقر وشوش، فلما مات اخوه القاهر واجلس ولده ارسلانشاه بن القاهر في المملكة (وكان ذا قروح وامراض) تحرّك عمه عماد الدين زنكي بن ارسلانشاه وقصد العمادية واستولي عليها، ثم استولي علي قلاع الهكارية والزوزان، فاستنجد بدر الدين لولو المستولي علي ملك الموصل وتدبير ارسلانشاه بالملك الاشرف بن الملك العادل ودخل في طاعته، فانجده الملك الاشرف بعسكر فساروا الي زنكي بن ارسلانشاه فهزّموه، وكان زنكي المذكور مزوّجا ببنت مظفر الدين كوكبوري صاحب اربل وام البنت ربيعة خاتون بنت ايوب اخت السلطان الملك العادل زوجة مظفر الدين، وكان مظفر الدين لا يترك ممكنا في نجدة صهره زنكي المذكور ويبالغ في عداوة بدر الدين لولو لاجل صهره *

وفيها توفي علي بن نصر بن هرون النحوي الحلّي الملقب بالحجة قرا علي ابن الخشاب وغيره *

وفيها توفي محمد (وقيل احمد) بن محمد بن محمد العميدي الفقيه الحنفي السمرقندي الملقّب ركن الدين كان اماما في فنّ الخلاف خصوصا الجدل وله فيه طريقة مشهورة، وصنّف الارشاد، واعتني بشرح طريقته جماعة منهم القاضي شمس الدين احمد بن خليل بن سعادة الشافعي الجويني قاضي دمشق وبدر الدين المراغي المعروف بالطويل، واشتغل علي العميدي خلق كثير منهم نظام الدين احمد بن محمود بن احمد الحنفي المعروف بالحصيري، ونظام

Cahero Masudo, principatum Mauselensem, minori vero, huic, de quo sermo est, Emad-ed-dino, duas arces, Calat al-Acr et Schusch legasse. Istum itaque superiorem ut vivis excessisse audiebat hic, et eius filium in potestate collocatum, iuvenem morbosum et ulcerosum, a Bedr-ed-dino educari et gubernari, movebat se, et primam subigebat Emadiam; tum arces Curdorum et Zuranam. Bedr-ed-din Lulu, quo illi obicem poneret, implorabat Aschrafi auxilium, et in praemium ei clientelae professionem heri sui nomine promittebat. Neque deerat Aschraf eius precibus, sed mittebat legionem, quae iuncta Mauselensibus alterum repellebant. Hunc vero vicissim tuebatur generum socer, Modaffer-ed-din Cucburi, dominus Arbelae, cuius uxor erat Rabia Chatun, soror Malec el-Adeli, filia Eiubi. Hic Modaffer-ed-din generi studio prosequebatur Bedr-ed-dinum immani odio.

Eodem obibat Ali, filius Nasri, filii Haruni, Hellensis, grammaticus, vulgo al-Hogga [vel ὁ ελεγχος] dictus, discipulus Ibn-al-Chaschabi, et aliorum.

Item Rocn-ed-din Muhammed, vel secundum alios Ahmed, filius Muhammedis, filii Muhammedis, Amidicus, fakihus Hanafiticus, Samarcandensis, princeps in scientia Chelaf [seu controversiarum] et in specie Hasbi,* qua in re sententiam habebat [aut methodum] peculiarem sat notam. Auctor est Irschadi. (190) Methodum eius explicare studuerunt commentariis, praeter alios, Cadi Schams-ed-din Ahmed, filius Chalili, filii Saëdae, Govainensis, Schafeïticus, Cadi Damascenus, et Bedr-ed-din Maragensis, vulgo Tavil [seu procerus] dictus. Habuit Amidensis discipulos permultos; quos inter etiam fuit ille Nattam-ed-din Ahmed, filius Mahmudi, f. Ahmedis, Hasirensis (191), Hana-

* Quid hoc sit, non intelligo. Est terminus aliquis forte theologicus. Posset artem arithmeticam notare. Sed non video quid illa huc faciat.

ونظام الدين الحصيري المذكور قتله التتر بنيسابور عند اول خروجهم في سنة ست عشرة وستماية ، ولم يقع لنا هذه النسبة العبيدي الي ما ذا ✡

ثم دخلت سنة ست عشرة وستماية ، والملك الاشرف مقيم بظاهر حلب يدبّر امر جندها واقطاعاتها ، والملك الكامل بمصر في مقابلة الفرنج وهم محدقون محاصرون لثغر دمياط ، وكتب الملك الكامل متواصلة الي اخوته في طلب النجدة ✡

ذكر وفاة نور الدين صاحب الموصل ، في هذه السنة توفي نور الدين ارسلانشاه بن الملك القاهر مسعود بن ارسلانشاه بن مسعود بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر ، وكان لا يزال مريضا ، فاقام بدر الدين لولو في الملك بعده اخاه ناصر الدين محمود بن الملك القاهر ، وكان عمره حينئذ نحو ثلث سنين ، وهو اخر من خطب له من بيت اتابك بالسلطنة ، وكان ابوه القاهر اخر من كان له استقلال بالملك منهم ، ثم ان هذا الصبي مات بعد مدة واستقلّ بدر الدين لولو بالملك واتته السعادة وطال مدة ملكه الي ان مات بالموصل بعد اخذ التتر بغداد علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ✡

ذكر وفاة صاحب سنجار ، في هذه السنة توفي قطب الدين محمد بن عماد الدين زنكي بن مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر صاحب سنجار ، وقد تقدّم ذكر ولايته في سنة اربع وتسعين وخمسماية ، فملك بعده ولده عماد الدين شاهنشاه بن محمد ، وكان قطب الدين حسن السيرة في رعيته ، وبقي عماد الدين شاهنشاه في

الملك

Hanafiticus, quem Nisaburae anno DCXVI Tatari sub prima irruptione una cum aliis peremerunt. Quo autem spectet illa gentilitia relatio, qua homo noster Amidicus appellatur, mihi quidem compertum non est.

Ineunte anno DCXVI [qui die 19 Mart. A.C. 1219 coepit] haerebat Malec el-Aschraf apud Halebum, ordinandis intentus dynastiae istius rebus tam militaribus, quam feudalibus; Malec el-Camel autem, frater eius, in Aegypto cum Francis habebat negotium, qui totius provinciae propugnaculum, Dimiatam, arctissima cingebant obsidione: quapropter Camel a fratribus suis iteratis et continuis litteris auxilia efflagitabat.

Eodem obibat Nur-ed-din Arslanschah, filius Malec el-Caheri Masudi, filii Arslanschahi, filii Masudi, filii Maududi, filii Zenkii, filii Acsoncori, dominus Mauselae, qui, quamdiu vixit, morbis liber non fuit. Huic sufficiebat Bedr-ed-din Lulu, tutor, fratrem Naser-ed-dinum Mahmudum, puerum circiter triennem. Hic ultimus fuit Atabekorum, cui nomen et iura Sultani tributa fuerunt, quemadmodum pater eius, Caher, ultimus eorum fuit, qui pro auctoritate sua et arbitrio suas ipsi res gesserunt. Tandem hoc quoque puero post aliquod tempus vivis exemto, recidebat ad Bedr-ed-dinum omnis potestas, virum felice profecto sidere natum. Tantas enim nactus opes florentissimae domus et quiete tenuit, et diutissime, ut excidium Bagdadi superaret, quod infra dicemus a. DCLVII.

Eodem obiit alius eiusdem domus Atabekicae princeps, Cotb-ed-din Muhammed, filius Emad-ed-dini Zenkii, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acsoncori, Sangarae dominus, qui quando ad principatum accesserit, diximus ad annum DXCIV. Optimum virum civibusque commodum excipiebat eius filius, Emad-ed-din Schahinschah. Sed eum post exactos aliquot in potestate menses frater eius, Mahmud, subito

الملك شهورا ثم وثب عليه اخوه محمود بن محمد فذبحه ، وهذا محمود هو اخر من ملك سنجار من البيت الاتابكي *

ذكر تخريب القدس ، وفي هذه السنة ارسل الملك المعظم عيسي بن الملك العادل صاحب دمشق الحجّارين والنقّابين الي القدس فخرّب اسواره ، وكانت قد حصّنت الي الغاية ، فانتقل منه عالم عظيم ، وكان سبب ذلك ان الملك المعظم لما راي قوة الفرنج وتغلّبهم علي دمياط خشي ان يقصدوا القدس ولا يقدر علي منعهم ، فخرّبه لذلك *

ذكر استيلاء الفرنج علي دمياط ، ولم تزل الفرنج يضايقون دمياط حتي هجموها في هذه السنة عاشر رمضان واسروا وقتلوا من بها وجعلوا الجامع كنيسة ، واشتدّ طمع الفرنج في الديار المصرية ، وحين اخذت دمياط ابتني الملك الكامل مدينة وسمّاها المنصورة عند مفترق البحرين الاخذ احدهما الي دمياط والاخر الي اشمون طناح ونزل فيها بعسكره *

ذكر ظهور التتر ، في هذه السنة كان ظهور التتر وفتكهم بالمسلمين ، ولم ينكب المسلمون باعظم مما نكبوا في هذه *t* السنة ، فمن ذلك ما كان من تمكّن الفرنج بملكهم دمياط وقتلهم اهلها واسرهم ، ومنه المصيبة الكبري وهو ظهور التتر وتملّكهم في المدة الغريبة

t) ما نكبوا من هذه .C. L مما نكبوا في هذه

adortus iugulabat. Hic Mahmud ultimus eſt Atabekitarum, qui Sangarae dominati ſunt.

Eodem devaſtata fuit Hieroſolyma (192) iuſſu Malec el-Moattami Iſae, filii Malec el-Adeli, principis Damaſceni, qui Francos invaleſcere videns et Dimiatam rapere, ideoque metuens, ne confectis ibi rebus in Hieroſolymam incumbant, ipſe vero arcendis illis haud ſufficiat; malebat potius, eo miſſis caementatoribus et murifoſſoribus [vel machinariis murifragis] eius moenia, poſt exactos Francos, quam poteſt ſolidiſſime, firmata, proſternere, omnemque illis ſanctae urbis appetitum adimere.

Paullo id fiebat ante, quam Franci Dimiatam (193) longa obſidione ad ultimas compulſam anguſtias, armata manu expugnarent, h. e. ante diem decimum noni menſis huius anni. (194) Ingreſſi urbem, quidquid ibi reperirent, Muſlemorum aut caedebant, aut in vincula dabant, magnumque Muſlemicum templum in eccleſiam Chriſtianam (195) reformabant. Fortuna tam proſpera famem ipſorum acrius accendebat, ut ceterae quoque Aegypto inhiarent. Poſt eius nrbis iacturam condebat Malec el-Camel aliam, in illo divergio gemini rami Niliaci, quorum unus ad Damiatam, alter ad Oſchmun Tonach, pergit; novaeque urbi nomen Manſurae (196) imponebat [hoc eſt, Nicopolis, ſeu, quae divina victoria protegitur et aſſeritur] eoque caſtra conferebat.

Magna haec quidem et Muſlemis triſtia, ſed maiora narrabimus. Quorum paullo ante mentionem faciebamus, Tatari hoc anno furorem ſuum prima vice in fideles effundebant. Non expertus fuit Iſlamiſmus magis luctuoſum hoc anno alium. Nam in occidente quidem Franci graſſabantur, rapiebant Damiatam, caedebant et mancipabant incolas: in oriente vero, (quod malorum omnium maximum erat, et quale Iſlamiſmum, ex quo natus fuit, nunquam afflixit,) Tatari ſpatio temporis breviſſimo

 longe

الغريبة اكثر بلاد الاسلام وسفك دمايهم وسبي حريمهم وذراريهم ، ولم يفجع المسلمون مذ ظهر الاسلام مثل هذه الفجيعة *

وفيها خرجوا على علاء الدين محمد خوارزمشاه بن تكش وعبروا نهر سيحون ومعهم ملكهم جنكزخان لعنه الله تعالى ، فاستولوا على بخارا رابع ذي الحجة من هذه السنة بالامان وعصت عليهم القلعة ، فحاصروها وملكوها وقتلوا كل من بها ، ثم قتلوا اهل البلد عن اخرهم *

من تاريخ ظهور التتر تاليف محمد بن احمد بن علي المنشي النسوي *v* كاتب انشاء جلال الدين ، قال ان مملكة الصين متّسعة دورها ستة اشهر ، وقد انقسمت من قديم الزمان ستة اجزاء كل جزو منها مسيرة شهر يتولي امره خان (وهو بلغتهم الملك) نيابة عن خانهم الاعظم ، وكان خانهم الكبير الذي عاصر خوارزمشاه محمد بن تكش يقال له الطان *x* خان وقد توارث الخانية كابرا عن كابر *y* (بل كافرا بعد كافر) ، ومن عادة خانهم الاقامة بطوغاج *z* وهي واسطة الصين ، وكان من زمرتهم في عصر المذكور شخص يسمي دوشي خان وهو احد الخانات المتولي احد الاجزاء الستة ، وكان مزوّجا بعمة جنكزخان اللعين ، وقبيلة جنكزخان اللعين المعروفة بقبيلة التمرجي *a* سكّان البراري ومشتاهم موضع يسمي ارغون ، وهم المشهورون بين التتر بالشر والغدر ، ولم تر ملوك الصين ارخاء عنانهم لطغيانهم ، فاتفق ان دوشي خان زوج عمة جنكزخان مات ، فحضر

v) المنشي النسوي C. L. المنشوي una voce.

x) الطان Legendum الطون

longe plurimas Muslemici iuris provincias potestati suae subigebant, ubi promiscue virorum sanguinem effundebant, feminas et infantes in captivitatem rapiebant. Hoc scilicet anno exibant e sedibus suis contra Ala-ed-dinum Muhammedem Chovarezimschahum, filium Tacaschi, traiecto Sihune, sub imperatore suo, Genkizchano (197), quem aeternis poenis deus damnet, Bocharamque occupabant, pacis quidem pacto; quia tamen arx, deditionem negans, vi expugnanda ipsis erat, non illos tantum, qui in ea occurrebant, sed cives quoque, quibus securitatem spoponderant, ad unum omnes trucidabant. (198) Latius haec peculiare libro de ortu et irruptione Tatarorum exposuit Muhammed, filius Ahmedis, filii Alii, Nasavensis (199) [seu ex nrbe Nasa oriundus], Monschi [seu secretarius] Gelal-ed-dini Mankbernii, qui fuit filius huius ipsius Chovarezimschahi Muhammedis, quem sermo tractat. Iuvat ex laudato libro summa quaedam capita decerpere. Regnum Sinicum, ait auctor ille, vastum, et quod semestre totum vix obeas, sex in partes ab antiquo iam tempore divisum est, quarum unaquaeque ad longitudinem itineris menstrui protenditur, et Chanum habet (notat ea vox lingua Tatarica, regem) qui supremi Chani vices in provincia sua gerit. Qui Tacaschi filio aequalis vivebat supremus Chan, ei nomen erat Altun Chan (200), qui Chanatum a patre et maioribus porro, per continuam haereditatum seriem acceperat, primicerius a primicerio [malim: infidelis ab infidele]. Solebant illi Chani apud Tugag residere, urbem, quae Sinae quasi centrum est. Illorum igitur inferiorum Chanorum, quorum singuli de sex illis provinciis singulas tenebant, unus erat Duschi Chan, qui maledicti Genkizchani patruam in matrimonio habebat. Huius impii tribules, Altamargi appellati, deserta incolebant per aestatem, hiemem vero in Argun exigebant, ipsosque inter Tataros a nequitia, perfidia et sceleribus tam erant famosi, ut Chani Sinarum ipsis fraenum laxare consultum nunquam

فحضر جنكزخان الي عمته زايرا ومعزّيا ، وكان الخانان المجاوران لعمل دوشي خان المذكور يقال لاحدهما كشلوخان وللاخر فلان خان ، وكانا يليان ما يتاخم عمل دوشي خان المذكور المتوفي من الجهتين ، فارسلت امراة دوشي خان الي كشلي خان والخان الاخر تنعي اليهما زوجها دوشي خان وانه لم يخلف ولدا وانه كان حسن الجوار لهما وان ابن اخيها جنكزخان ان اقيم مقامه يحذو حذو المتوفي في معاضدتهما ، فاجابها الخانان المذكوران ، فلما انهي الامر الي الخان الاعظم الطون خان انكر تولية جنكزخان واستحقره وانكر علي الخانين الذين فعلا ذلك ، فلما جري ذلك خلعوا طاعة الطون خان وانضمّ اليهم كل من هو من عشايرهم ثم اقتتلوا مع الطون خان ، فولي منهزما ، فتمكّنوا من بلاده ، ثم ارسل الطون خان وطلب منهم الصلح وان يبقوه علي بعض البلاد ، فاجابوه الي ذلك ، وبقي جنكزخان وخانان الاخران مشتركين في الامر ، فاتفق موت الخان الاحد واستقلّ بالامر جنكزخان وكشلوخان ثم مات كشلوخان وقام ابنه (ولقب بكشلوخان ايضا) مقامه ، فاستضعف جنكزخان خانب كشلوخان بن كشلوخان لصغره وحداثة سنه واخلّ بالقواعيد التي كانت مقرّرة بينه وبين ابيه ، فانفرد كشلوخان عن جنكزخان ، فجرّد

y) كابرا عن كابر Est perfrequens phrafis, quam Nofter fcite in كافرا عن كافر detorquet. Exftat apud Ibn-Arabfchah in Hift. Tamerl. p. 71. item in illo apud Nuvairium:

الفي رهطه سادة وكابرا سادوك عن كابر ،

"Offendo gentem eius effe omnes viros principes qui tibi tuisque imperarunt, magnas a magnate oriundus."

quam duxerint. Talium ergo dominus ille Dufchi Chan, quum diem fuum fupremum obiiffet, adibat ad eius viduam, patruam fuam, Genkizchan, fimul invifurus et confolaturus, et in defuncti regnum fucceffurus (prolem enim ille non reliquerat), et efficiebat apud patruam, ut haec in illis litteris, quibus de fui mariti morte ad duo fibi proximos hinc et illinc vicinos fignificabat, fuum ex fratre nepotem iisdem commendaret, dicens: improlem deceffiffe fuum maritum; vicinum de cetero commodum fuiffe, non dubitare fe, quin nepos fuus, Genkizchan, in eius locum fuffectus, defuncti laudabilia fit ingreffurus veftigia, et ad eius exemplum promtam ipfis operam praeftiturus. Concedebant ifti ambo Chani rogationi feminae, hoc eft Genkizum, eius nomi, cui Dufchi quondam praefuerat, Chanum agnofcebant. Vni eorum nomen erat Cafchlu Chan, alterius nefcio quodnam fuerit. At Altun Chan, fupremus imperator, ut hac de mutatione rerum cognoverat, tam ferebat aegre hanc Genkizi temerariam, fe infcio neque confulto deproperatam, ingeftionem, ut Chanatum ei palam abrogaret, tanquam homini vili, tantisque honoribus indigno, Chanos autem illos ambos, eius patronos, ob attrectatum fuae maieftatis peculium, acerbe increparet. Viciffim vero illi tres, parum curantes Altun Chani minas, palam defcifcebant ab eius obfequio, contractisque fuis quisque tribulibus, ipfi bellum inferebant, et commiffo pulfum praelio fuis terris exuebant, et pacem petere cogebant, per quam poffeffionum priftinarum particulam recuperabat. Foederatorum porro illa triga focialiter aliquamdiu fummam poteftatem adminiftrabat, donec primus quidem ille Chan, cuius nomen ignoro, et tum vero Cafchlu Chan e vivis excederent. Huic quidem fuccedebat filius patri cognominis. Sed quod is iuvenis erat et rerum gerendarum nondum fatis peritus, inftituebat Genkizchan, talem indicans haud multo negotio fub iugum mitti poffe, veteris cum patre amicitiae atque collegii leges et fundamenta

فجرّد جنكزخان جيشا مع ابنه دوشي خان بن جنكزخان وانهزم ف
كشلو خان وتبعه دوشي خان وقتله وعاد الي جنكزخان براسه ،
فانفرد جنكزخان بالمملكة ، ثم ان جنكزخان راسل خوارزم شاه
محمد بن تكش ، فلم ينتظم ، فجمع جنكزخان عساكره والتقي
مع خوارزمشاه محمد ، فانهزم خوارزمشاه ، فاستولي جنكزخان علي
بلاد ما وراء النهر ثم تبع خوارزمشاه محمد وهو هارب بين يديه
حتي دخل بحر *b* طبرستان ، ثم استولي جنكزخان علي البلاد ،
ثم كان من خوارزمشاه ومن جنكزخان ما سنذكره ان شاء تعالي *

ذكر توجّه الملك المظفر محمود *c* صاحب حماة الي مصر
وموت والدته ، في هذه السنة حلّف الملك المنصور صاحب حماة
لولده الملك المظفر محمود وجعله وليّ عهده وجرّد معه عسكرا
والطواشي مرشد المنصوري نجدة الي الملك الكامل بديار مصر ،
فسار اليه ، ولما وصل الي الملك الكامل اكرمه وانزله في ميمنة
عسكره ، وهي منزلة ابيه وجده في الايام الناصرية الصلاحية ، وبعد
توجّه الملك المظفر ماتت والدته ملكة خاتون بنت الملك العادل ،
قال القاضي جمال الدين مؤلّف مفرج الكروب وحضرت العزي وعمري
اثنتي عشرة سنة ورايت الملك المنصور وهو لابس الحداد علي
زوجته المذكورة وهو ثوب ازرق وعمامة زرقا ، فانشدته الشعراء المراثي ،
فمن

z) طوغاج Cod. Leid. طوعاج

a) النمرحي Num recte.

b) دخل بحر Forte دخل الي بحر aut دخل ساحل بحر

c) Post محمود forte deest ابن الملك المنصور

labefactare. Cafchlu Chan iunior autem, impatiens iniuriarum, res fuas fecum habere, et ex confilio fuo, feorfim a Genkizchano, agere. Quod illi cauffam excitandi belli fuggerebat, cuius gerendi curam Genkizchan filio fuo, Dufchichano, permittebat. Hic ergo praelium iuvenis cum iuvene committebat, pellebat iftum, fugientem perfequebatur, affecutus obtruncabat, et caput Cafchluchani patri victor referebat. Haec victoria Sinarum monarchiam Genkizchano in manus dedebat, qui, compofitis in hunc modum domefticis rebus, Chovarezimfchahum Muhammedem ad ineundam fecum amicitiam rerumque communionem per legatos invitabat. Tantum vero aberat, ut partes in argumenta contractus confentirent, ut potius inde lugubre bellum et Chovarezimfchaho finiftrum atque perniciofum, exardefceret; quo hic ultra Oxum ad ipfum usque Tabareftanicum [feu Cafpium] mare reiectus iisque terris exutus, et e faftigio gloriae ad extremam miferiam deturbatus fuit, quod clarius e fequentibus perfpicietur.

Hoc anno adigebat Malec el-Manfur, Hamatae dominus, copias fuas ad facramentum filio, Malec el-Modaffaro, dicendum, eoque facto, declaratum principatus haeredem, ablegabat cum parte copiarum et eunucho, Morfchedo, in Aegyptum, ad fuppetias Malec el-Camelo ferendas. Honorifice illum excipiebat Camel, et in dextra exercitus ala collocabat, quem locum tam pater eius, quam avus, fub diebus iam Malec en-Naferi Salah-ed-dini, femper tenuerat. At brevi poft eius ab Hamata difceffum exfpirabat ipfi mater, Malica Chatun, filia Malec el-Adeli, foror Cameli. Ait Cadi Gemal-ed-din in fuo Mofreg el-Corub [feu difcuffore follicitudinum, hiftoria dynaftiae Eiubidarum] fe puerum tunc duodecennem adfuiffe caerimoniae confolationum dicendarum et accipiendarum; et vidiffe Manfurum lugubre in habitu ob uxoris iacturam, fcilicet in vefte cidarique caeruleis, inter poëtas, qui defunctae laudes elegis cecinerint.

فمن ذلك قصيدة قالها حسام الدين خشترين وهو جندي كردي مطلعها ،

الظرف في لجّة والقلب في سعر له دخان زفير طار بالشرر ،

ومنها في لبس الملك المنصور الحداد عليها ،

ما كنت اعرف ان الشمس قد غربت حتي رايت الدجي ملقا علي القمر ،

لو كان a من مات يفدي قبلها لفدي امّ المظفر الاف من البشر *

ذكر وفاة كيكاوس وملك اخيه كيقباد ، وفي هذه السنة توفي الملك الغالب عز الدين كيكاوس بن كيخسرو بن قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان صاحب بلاد الروم ، وقد تقدّم ذكر ولايته في سنة سبع وستماية ، وكان قد تعلّق به مرض السل واشتدّ مرضه ومات ، فملك بعده اخوه كيقباد بن كيخسرو ، وكان كيقباد محبوسا قد حبسه اخوه كيكاوس ، فاخرجه الجند وملّكوه *

وفيها توفي ابو البقاء عبد الله بن الحسين بن عبد الله العكبري الضرير النحوي الحاسب اللغوي ، وكان حنبليا وصحب ابن الخشاب النحوي وغيره *

وفيها توفي ابو الحسن علي بن القاسم بن علي بن الحسين الدمشقي الحافظ بن الحافظ المعروف بابن عساكر ، وكان قد قصد خراسان وسمع بها الحديث فاكثر وعاد الي بغداد ، وكان قد وقع علي القفل الذي هو فيه في الطريق حرامية وجرحوا ابن عساكر المذكور ووصل علي تلك الحال الي بغداد وبقي بها حتي توفي في هذه السنة في جمادي الاولي رحمه الله *

ثم

Vnus eorum erat Husam-ed-din Caschtarin, homo militaris, Curdus; qui carmen suum his verbis ordiebatur:

Oculus in undis, et cor in flammis, unde fumus eructat suspiriorum scintillas spargens.

Inde depromti sunt hi duo versus:

Nesciebam obiisse solem [uxorem Mansuri] antequam viderem tenebras lunae superiniectas [vestem pullam super Mansuro*].

Si quis unquam potuisset mortalis alterum fato suo defunctum a morte redimere, sane redimerent matrem Modaffari milleni.

Hoc anno quoque obiit Malec el-Galeb Caicavus, filius Caichosrui, filii Kilig Arslani, filii Masudi, filii Kilig Arslani, Romaniae dominus, cuius aditum ad imperium vidimus anno DCVII, absumtus a phthisi, quae dudum se ipsi affrixerat. Frater ipsi suffectus fuit, Caicobad, ex carcere protractus, in quem eum frater, ut in superioribus narratum est, detruserat.

Eodem obiit Abu'l-Bacaï Abdalla, filius Hosaini, filii Abdallae Ocbarensis (201), coecus, calculator [vel arithmeticus] grammaticus, philologus, discipulus Ibn-al-Chasschabi et aliorum, secta Hanbaliticus.

Item Abu'l-Hasan Ali, filius Casemi, filii Alii, filii Hosaini, Damascenus, Hafet, filius Hafeti (202), vulgo Ibn-Asaker dictus, mense huius anni quinto. Audiverat in Chorasana theologiam traditionariam, eiusque locupletissimum thesaurum sibi comparaverat. Inde vero Bagdadum tendens vulnerabatur in via a latronibus, qui Cafilam [vel sodalitium itinerarium], cum quo ipse erat, adoriebantur; et in eo rerum statu Bagdadum delatus ibi manebat, donec exspiraret.

 Anno

* Ne cui mira comparatio feminae cum sole, et viri cum luna accidat, tenendum in Arabica lingua solem generis foemini, lunam masculini esse, et lunam Arabibus dici venustum omne, cuiuscunque sexus sit.

ثم دخلت سنة سبع عشرة وستماية والفرنج متملكون علي دمياط والسلطان الملك الكامل مستقر في المنصورة مرابط للجهاد والملك الاشرف في حران ، وكان الملك الاشرف قد اقطع عماد الدين احمد بن سيف الدين علي بن احمد المشطوب راس عين ، فخرج علي الملك الاشرف وجمع ابن المشطوب المذكور جمعا وحسّن لصاحب سنجار محمود بن قطب الدين الخروج عن طاعة الاشرف ايضا ، فخرج بدر الدين لولو من الموصل وحصر ابن المشطوب بتل اعفر واخذه بالامان ثم قبض عليه واعلم الملك الاشرف بذلك ، فسرّه غاية السرور ، واستمر عماد الدين احمد بن سيف الدين بن المشطوب في الحبس ، ثم سار الملك الاشرف من حرّان واستولي علي دنيسر وقصد سنجار ، فاتته رسل صاحبها محمود بن قطب الدين يسال ان يعطي الرقة عوض سنجار ليسلم سنجار الي الاشرف ، فاجاب الملك الاشرف الي ذلك ، فتسلّم سنجار في مستهل جمادي الاولي وسلّم اليه الرقة ، وهذا من سعادة الملك الاشرف ، فان اباه الملك العادل نازل سنجار في جموع عظيمة وطال عليها مقامه فلم يملكها ، وملكها ابنه الملك الاشرف باهون سعي ، وبعد ان فرغ الملك الاشرف من سنجار سار الي الموصل ووصل اليها في تاسع عشر جمادي الاولي ،

وكان

d) لو كان Perfrequens poëtis ad heroas ſuos adulationis illa formula, *ſi quis poſſet a morte liber eſſe aut redimi, ſane redimerem ego te*, aut *redimerent te tui.* Abundant exempla. Baha-ed-din in vita Saladini p. 277. lin. 7. ed. Schultens: "Equidem, ait, ſaepius audiveram homines adverſus ſibi caros ea honoris formula uti: Vtinam te anima mea poſſem redimere. Quam formulam non ſtricte ad verba, ſed figurate

Anno DCXVII [qui die 7 Mart. A. C. 1220 coepit] dum Franci Dimiatae incubabant, haerebat Malec el-Camel quietus apud Mansuram suam, invigilans hostium motibus, Malec el-Aschraf autem, eius frater, hactenus Harranae versatus, magnas res perficiebat. Domabat nempe illum Emad-ed-dinum Ahmedem, filium Saif-ed-dini Alii, filii Ahmedis Maschtubum, [turbulentum hominem, quem supra dicebamus illam seditionem in castris Cameli apud Dimiatam concitasse, quam istius urbis iactura consecuta fuit, ideoque a Malec el-Moattamo exactum Aegypto fuisse]. Hic homo iam in oriente quoque rebellionem agitabat adversus Aschrafum, a quo Ras-Ainam fiduciariam habebat; ideoque in defectionis societatem pelliciebat Mahmudum, filium Cotb-ed-dini, Sangarae dominum. Sed parum feliciter cedebat ambobus hoc tentamen, et illi quidem, auctori, multo peius. Nam, qui clientelam Aschrafo, nomine heri sui, domini Mauselensis, addixerat, quod in superioribus dicebamus, Bedr-ed-din Lulu, egressus Mausela, obsidebat Maschtubidem in Tall-Afar, indeque fide data detractum, nihilominus comprehendebat, et protinus de praeda sua in sagenam illapsa significabat Aschrafo, qui vehementer laetatus captivum porro custodiri iubebat, donec ipse venerit, Harranaque protinus movens, subigebat primum Donaisaram, et adversus Sangaram porro promovebat, dominum eius, rebellionis socium, castigaturus. At is prudenter eo tempestatem avertebat, quod, antequam vim pateretur, urbem suam ea conditione offerebat Aschrafo, si Raccam eius loco acciperet. Conditio placebat Aschrafo, adeoque fiebat permutatio urbium calendis quinti mensis. Alterum indicium fortunae, quae Aschrafo semper adhaesit propria et individua comes. Eam enim Sangaram, quam pater eius, Adel, magno cum exercitu diu obsessam tandem tamen invitus omittebat, hic, filius, levissimo negotio nanciscebatur. Rebus apud Sangaram ordinatis ibat Aschraf Mauselam, et intrabat die decimo nono eiusdem mensis,

وكان يوم وصوله اليها يوما مشهودا ، وكتب الي مظفر الدين صاحب اربل يامره ان يعيد صهره عماد الدين زنكي بن ارسلان شاه بن مسعود بن مودود بن عماد الدين زنكي علي بدر الدين لولو القلاع التي استولي عليها ، فاعادها جميعها وترك في يده منها العمادية ، واستقر الصلح بين الملك الاشرف وبين مظفر الدين كوكبوري صاحب اربل وعماد الدين زنكي بن ارسلانشاه صاحب العقر وشوش والعمادية ، وكذلك استقر الصلح بينهم وبين بدر الدين لولو ، ولما استقر ذلك رحل الملك الاشرف عن الموصل ثاني شهر رمضان من هذه السنة الي سنجار وسلم بدر الدين لولو تل عفر الي الاشرف ونقل الاشرف ابن المشطوب من حبس الموصل وحطّه مقيّدا في جب بمدينة حرّان حتي مات سنة تسع عشرة وستماية ، وكفي بغيه وخروجه مرة بعد اخري *

ذكر وفاة الملك المنصور صاحب حماة ، في هذه السنة توفي الملك المنصور محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب صاحب حماة بقلعة حماة في ذي القعدة ، وكانت مدة مرضه احد وعشرين يوما بحمّي حادّة وورم دماغه ، وكان شجاعا يحبّ العلماء ورد اليه منهم جماعة كثيرة مثل الشيخ سيف الدين علي الامدي ، وكان في خدمة الملك المنصور قريب مائتي متعمم من النحاة والفقهاء والمشتغلين بغير ذلك ، وصنّف الملك المنصور عدة مصنفات مثل المضمار في التاريخ وطبقات الشعراء ، وكان

figurate accipiendam, benigneque interpretandam esse, semper putabam olim, existimans amorem eo crescere non posse, ut quis revera pro altero mori cupiat. At eo die demum discebam experientia ex me

menſis, ſplendido et celebri die [quo princeps Eiubida illorum Atabekidarum, quibus olim eius maiores ſervierant, capitalem non aliter, atque dominus, invehebatur, et in fidem quaſi accipiebat.] Indeque per litteras imperabat Arbelae domino, Modaffar-ed-dino Cucburio, efficeret apud generum ſuum, Emad-ed-dinum Zenkium, filium Arſlanſchahi, filii Maſudi, filii Maududi, dominum Acri et Schuſchi, ut hic Bedr-ed-dino Luluo ereptas arces omnes redderet. Id quod etiam fiebat. Aſchraf tamen ipſi harum unam, ſcilicet Emadiam, gratuito reddebat. Itaque conſtituta fuit pax inter Malec el-Aſchrafum ab una parte, et ab altera Modaffar-ed-dinum Cucburium, Arbelae dominum, huiusque generum, modo dictum Emad-ed-dinum Zenkium, dominum Acri, et Sſchuſchi, et nunc denique Emadiae. Pariter quoque tum coaleſcebat pax inter modo nominatos ſocerum et generum illinc, hinc Bedr-ed-dinum Luluum, Mauſelae dominum. His ita confectis excedebat Aſchraf Mauſela, traditamque a Bedr-ed-dino accipiebat Tall-Afer, indeque curabat Emad-ed-dinum Maſchtubum Harranam transferri et in profundum puteum coniici, in quo compeditus exſpiravit anno DCXIX eaque ratione finem faciebat inquieti hominis proterviae, motibusque ſeditioſis iterum atque iterum fermenteſcentibus.

Huius anni penultimo menſe obiit in arce ſua Hamatae dominus, Malec el-Manſur Muhammed, filius Malec Modaffari Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, ex acuta febri et inflammatione cerebri [phrenitide], vigeſimo primo morbi die, vir fortis, eruditorum amans, quorum multi ad eius aulam accedebant, ut Schaich Saif-ed-din Alî Amidenſis; praeterea ducentos fere in ſervitio habebat Manſur, qui cidares geſtabant (203) tam fakihos, quam grammaticos aliarumque ſcientiarum ſtudioſos. Ipſe quoque eruditus erat, et ſcripſit plura, ut Madmar et-Tarich [ſeu hippodromum, vel gymnaſium, chronologicum aut hiſtoricum], et Tabacat es-Schoara [ſeu claſſes et vitas poëtarum],

وكان متعنيا بعمارة بلده والنظر في مصالحه ، وهو الذي بني الجسر الذي هو بظاهر حماة خارج باب حمص ، واستقر له بعد وفاة والده من البلاد حماة والمعرة وسلمية ومنبج وقلعة نجم ، ولما فتح بارين (وكانت بيد ابراهيم بن المقدّم) الزمه عمه السلطان الملك العادل ان يردّها عليه فاجاب الي تسليم منبج وقلعة نجم عوضا عنها وهما خير من بارين بكثير ، اختار ذلك لقرب بارين من بلده ، وجرت له حروب مع الفرنج وانتصر فيها ، وكان ينظم الشعر *

ذكر استيلاء الملك الناصر بن الملك المنصور علي حماة ، ولما توفي الملك المنصور كان ولده الملك المظفر المعهود اليه بالسلطنة عند خاله الملك الكامل بديار مصر في مقابلة الفرنج ، وكان ولده الاخر الملك الناصر صلاح الدين قليج ارسلان عند خاله الاخر الملك المعظم صاحب دمشق وهو في الساحل في الجهاد وقد فتح قيسارية وهدمها وسار الي عثليث ونازلها ، وكان الوزير بحماة زين الدين بن فريج ، فاتفق هو والكبراء علي استدعاء الملك الناصر لعلمهم بلين عريكته e وشدّة باس الملك المظفر ، فارسلوا الي الملك الناصر وهو مع الملك المعظم كما ذكرنا ، فمنعه الملك المعظم من التوجه الّا بتقرير مال يحمله اليه في كل سنة قيل ان مبلغه اربعماية الف درهم ، فلما اجاب الملك الناصر الي ذلك وحلف عليه اطلقه الملك المعظم ، فقدم الملك الناصر الي حماة واجتمع بالوزير زين

me ipſo et aliis quos noram videbamque quomodo animati eſſent, revera et ſerio unum alterius vice mori velle et moriturum eſſe, ſi ea redemtio

tarum], quorum ad ordinem ipſe quoque pertinebat, quandoquidem carmina condidit. Praeterea ſtudebat urbem ſuam aedificiis inſtaurare, ſollicitaque cura commodis eius providere. Hic eſt, qui pontem illum (204) [ſuper Oronte] ſtruxit, in agro Hamateno, extra portam Emeſſenam. In ſuperioribus diximus, quas ille terras ex haereditate patris acceperit, Hamatam, ſcilicet, Maarram, Salamiam, Manbegam et Calaat-Nagm, et quomodo has duos, poſtremo loco laudatas, amiſerit. Scilicet quum Barinam, eius domino, Ibrahimo Ibn-al-Mocaddamo, abſente, raperet, et a Sultano el-Adelo deinceps illi eam reſtituere iuberetur, ad quem pertinebat, malebat tamen iſta duo loca tradere, quam hanc reddere, licet multo illis deteriorem, quandoquidem haec in commodo ſibi iacebat. Recuperabat tamen deinceps et iſtorum aliquam partem. Quae ipſi bella cum Francis fuerint, et quam illa geſſerit feliciter, in ſuperioribus etiam expoſuimus, ut ea hic repetere opus non ſit.

Succedebat ipſi ſtatim quidem non ille filius, Malec el-Modaffar, quem pater Sultanatus haeredem deſignaverat, ut ſupra diximus, ſed alter, Malec en-Naſer Salah-ed-din Kilig Arſlani; qui locorum propinquitate fratrisque abſentia ſuam in rem uſus, (nam is apud avunculum, Malec el-Camelum, bello cum Francis occupatum, in Aegypto haerebat,) conciliatoque ſibi Malec el-Moattamo, Damaſceno, ſed iniquis conditionibus, Hamatam rapiebat. Apud hunc enim in caſtris agebat Naſer eo tempore, quo nuncium de patris morte accipiebat. Ille vero, tum in Palaeſtina cum iisdem fidei hoſtibus decertans, et, poſt expugnatam atque dirutam Caeſaream (205), Atlitam obſidens, miſſionem rogatus, nolebat eum dimittere, niſi certo cuidam annuo tributo ſolvendo, quod aliqui perhibent quindringenta millia drachmarum [ſeu numorum argenteorum] fuiſſe, ſuam fidem obſtrinxiſſet. Hanc in legem ut condixerat Naſer, dimiſſus ab affine Hamatam pergebat, ubi Vezirus patris, Zain-ed-din Ibn-

زين الدين بن فريج والجماعة الذين كاتبوه ، فاستحلفوه علي
ما ارادوا واصعدوه الي القلعة ، ثم ركب من القلعة بالسناجق
السلطانية ، وكان عمره اذ ذاك سبع عشرة سنة لان مولده سنة
ستماية ، ولما استقر الملك الناصر في ملك حماة وبلغ اخاه الملك
المظفر ذلك استاذن الملك الكامل في المضي الي حماة ظنّا منه انه
اذا وصل اليها يسلمها اليه بحكم الايمان التي كانت له في
اعناقهم ، فاعطاه الملك الكامل الدستور ، وسار الملك المظفر حتي
وصل الي الغور ، فوجد خاله الملك المعظم هناك ، فاخبره ان اخاه
الملك الناصر قد ملك حماة ويخشي عليه انه اذا وصل اليه
يعتقله ، فسار الملك المظفر الى دمشق واقام بداره المعروفة
بالزنجيلي ، وكتب الملك المعظم والملك المظفر الي اكابر حماة
في تسليمها الي الملك المظفر ، فلم يحصل منهم اجابة ، فعاد
الملك المظفر الي مصر واقام بخدمة الملك الكامل واقطعه اقطاعا
بمصر الي ان كان ما سنذكره ان شاء الله *

ذكر استيلاء الملك المظفر شهاب الدين غازي بن الملك
العادل علي خلاط وميافارقين ، كان قد استقر بيد الملك المظفر
المذكور الرها وسروج ، وكانت خلاط وميافارقين بيد الملك الاشرف ،
ولم

redemtio et vicium permutatio a termini fatalis arbitro admitteretur, et Saladinum millenas animas redemturas esse." علمت من نفسي ومن غيري انه لو قبل الفداء لفدي بالف نفس ،

e) العريكة *lenis indole;* proprie *lenis* vel *mollis ea parte quae fricatur;* hoc est cute. Phrasis est perfrequens.

Farig, ceterique proceres eum libenter quidem accipiebant; (ideo enim ipſum evocaverant, et fratri, cui ſacramentum dixerant, praetulerant, quod hunc norant indole mitem atque commodum, fratrem eius autem, Malec el-Modaffarum puta, iuvenem acrem et aſperum eſſe) attamen in arcem prius eum non admittebant, quam leges recepiſſet, quas illi ex animi ſui ſententia praeſcribebant. Eoque facto aſcendebat Naſer in arcem, et inde rurſus in urbem deſcendebat in equeſtre panegyrica pompa ſub vexillis Sultanicis, decimum ſeptimum aetatis annum tunc agens, ut qui ipſo anno DC natus fuerat. Id accidiſſe audiens Malec el-Modaffar, veniam rogabat a Camelo, Hamatam abeundi, eaque impetrata iam eo pergebat, ſperans facile ius ſuum tueri atque recuperare, modo ſe coram conſpiciendum exhibeat paternis miniſtris, qui a vivo adhuc patre iuſſi ſacramentum ipſi dixerant in Aegyptum abituro. At ſpei falſus erat. Nam ut pervenerat ad Gur [ſeu Profundum, hoc eſt Coeleſyriam Damaſcenam] offendebat ibi Malec el-Moattamum, qui molimen hoc ipſi diſſuadebat, narrans, Naſerum firma iam poſſeſſione Hamatam tenere, et in conſultum fore, ſi periculo ſe exponat, quum verendum ſit, ne frater ipſum, in poteſtate nactus, captivum attineat, neque rurſus dimittat. Interea offerebat ipſi ſua ſtudia, et ſane, dum Modaffar Damaſci in aede maiorum ſuorum, quae vulgo domus Zengilii dicitur, agebat reſidens, tentabat Moattam litteris eo permovere proceres Hamatenos, ut hunc ad uſum fructum ſui iuris admittant. Quia vero nihil ab illis obtineri poterat, neceſſe erat Modaffaro in Aegyptum ad Camelum remeare, qui agros ipſi quosdam tantisper aſſignabat, quoad contingeret, id quod deinceps loco ſuo narrabimus.

Hoc anno Challatam et Maiafarekinam accipiebat Malec el-Modaffar Schahab-ed-din Gazi, filius Adeli, provincias ingentes, et, locorum ſpatia ſi repures, Aegypto facile comparandas, quae hactenus ad eius fratrem, Malec el-Aſchrafum

 perti-

ولم يكن للملك الاشرف ولد ، فجعل اخاه الملك المظفر غازي ولي عهده واعطاه ميافارقين وخلاط وبلادها وهي اقليم عظيم يضاهي ديار مصر، واخذ الملك الاشرف منه الرها وسروج *

وفيها توفي بالموصل الشيخ صدر الدين محمد بن عمر بن حمويه شيخ الشيوخ بمصر والشام وكان فقيها فاضلا من بيت كبير بخراسان ، وخلف اربعة بنين عرفوا باولاد الشيخ تقدّموا على السلطان الملك الكامل وسنذكر بعض اخبارهم في موضعها ان شاء الله تعلي ، وكان الشيخ صدر الدين المذكور قد توجّه رسولا الي بدر الدين لولو صاحب الموصل فمات هناك *

ذكر مسير التتر الي خوارزم شاه وانهزامه وموته ، لما الملك التتر سمرقند ارسل جنكزخان (لعنه الله) عشرين الف فارس في اثر خوارزمشاه محمد بن تكش ، وهذه الطايفة تسميها التتر المغربة لانها سارت نحو غرب خراسان، فوصلوا الي موضع يقال له نيج اف وعبروا نهر جيحون وصاروا مع خوارزم شاه في برّ واحد ولم يشعر خوارزمشاه وعسكره الّا والتتر معه، فتفرّق اصحابه وذهبوا ايدي سبا f)،

ورحل

f) ايدي سبا *ad inſtar Sabaeorum.* Eſt proverbium de rebus aut coetibus, qui quaquaverſum diſſipantur.

pertinuerant, nunc autem ab eodem illi concedebantur ea lege, ut ipse Gazi, huic viciſſim ſua, quam hactenus tenuerat, poſſesſione, Edeſſa ſcilicet atque Saruga, concederet. Hae enim illi commodius erant ſitae, illae remotiores, quamvis multo meliores. Nam ſatis opulentus et potens erat Malec el-Aſchraf, neque prolem habebat, ut aequo animo iacturam hanc facere poſſet, praeſertim erga illum, quem haeredem ex aſſe ſuum declaraverat.

Eodem obibat Schaich Sadr-ed-din Muhammed, filius Omari, Ibn-Hamuieh, Schaich es-Schoiuch [vel Archipresbyter] per Syriam et Aegyptum, ex familia nobile quadam Choraſanica, oriundus, apud Mauſelam, in legatione, quam eo ad Bedr-ed-dinum Luluum [nomine forſan Cameli] ſuſceperat. Fakihus erat excellens, quatuor filiorum pater, qui vulgo filii Schaichi vocantur (206), et ad Sultanum Malec el-Camelum deinceps pervenerunt, de quibus nonnulla ſuo loco inferius dicemus.

Hoc anno fuſus a Tataris, et deinceps mortuus (207) fuit Chovarazimſchah Ala-ed-din Muhammed, filius Ala-ed-dini Tataſchi, filii Arſlani, filii Atſuzi, filii Muhammedis, filii Anuſchtekini Gorſchah. Nimirum maledictus ille Genkizchan, Samarkanda potitus, expediebat equitum viginti milia, Chovarezimſchahi veſtigia perſecutum, qui amiſſà Transoxana in Choraſanam ſe receperat. Tatari hanc legionem occidentalem appellant, ſeu eam, quae in occidentem evaſit, Choraſanam ſcilicet, quae ipſorum ratione verſus occidentem iacet, aliaque ulterius in occaſum vergentia. Varias nempe, in auſtrum et boream expediebant tum temporis legiones, de quibus mox plura dicemus. Hi occidentales Tatari tranſibant Gihunum [ſeu Oxum] apud locum, qui Nig Af dicitur, tantaque celeritate irrepebant in idem ſolum, in quo Chovarezimſchah iam ſecurus agebat, ut neque ipſe, neque copiae ipſius adventum eorum prius perſentiſcerent, quam eos coram conſpicerent. Subitus ille terror exer-

citum

ورحل خوارزمشاه علاء الدين محمد بن تكش لا يلوي علي شي في نفر من خواصه ووصل الي نيسابور والتتر في اثره ، فلما قربوا منه رحل خوارزمشاه الي مازندران والتتر في اثره لا يلتفتون الي شي من البلاد ولا الي غير ذلك ، بل قصدهم ادراك خوارزمشاه ، وسار من مازندران الي مرسي من بحر طبرستان تعرف بابسكون g ، وله هناك قلعة في البحر ، فعبر هو واصحابه اليها ، فوقف التتر علي ساحل البحر وايسوا من اللحاق بخوارزمشاه ، ولما استقر خوارزمشاه بهذه القلعة توفي فيها ، وهو علاء الدين محمد بن علاء الدين تكش بن ارسلان بن اطسز بن محمد بن انوشتكين غرشه ، وكانت مدة ملكه احدي وعشرين سنة وشهورا ، واتّسع ملكه وعظم محلّه ملك من حد العراق الي تركستان وملك بلاد غزنة وبعض الهند وملك سجستان وكرمان وطبرستان وجرجان وبلاد الجبال وخراسان وبعض فارس ، وكان فاضلا عالما بالفقه والاصول وغيرهما ، وكان صبورا علي التعب وادمان السير ، وسنذكر من اخباره عند ذكر مقتل ولده جلال الدين ، ولما ايس التتر من ادراكه عادوا الي مازندران وفتحوها وقتلوا اهلها ، ثم ساروا الي الري وهمذان وفعلوا كذلك من القتل والسبي ، ثم ملكوا مراغة h في صفر سنة ثمان عشرة وستماية ، ثم ساروا الي خراسان واستولوا عليها ، ونازلوا خوارزم وقاتلهم اهلها مدة اشدّ قتال ثم فتحوها ، وكان لها سدّ في نهر جيحون ، ففتحوه فركب خوارزم الماء فغرقها ، وفعلوا في هذه البلاد جميعها من قتل اهلها وسبي ذراريهم وقتل العلماء والصالحين والزهّاد والعباد وتخريب الجوامع وتحريق المصاحف ما لم يسمع بمثله في تاريخ قبل الاسلام

ولا

citum Chovarezimſchahi longe lateque momento diſſipabat, et ipſum dominum tam trepidam agebat in fugam, paucis de intima familiaritate comitatum, usque ad Niſaburam, ut nihil curaret quam ſalutem ſuam, nullaque obiecta re ſiſti poſſet. Sed perſequebantur eum eo Tatari parumque ab ipſo iam aberant. Quapropter et illinc in Mazenderanam aufugiebat. Sed et illuc ſequebantur, neque urbium provinciarumve occupandarum ſtudio, neque ullius alterius rei conſideratione morandi, ſed unice capiendae praedae ſuae, Chovarezimſchaho, intenti. Evadebat tamen ille in Tabareſtanici maris aliquam inſulam (208), Aboſcun dictam; qua in inſula fortem habebat arcem, in qua paullo poſt obiit. Tatari ergo, ad litus Caſpii maris delati, ſubſiſtebant, abiecta ſpe illum, quem perſequebantur, aſſequendi, et ad aliud, quod agerent, opus converſi, redibant in Mazenderanam, eamque ſubigebant, et caedibus implebant. Pari crudelitate tractabant Raienſes et Hamadanenſes. Secuti anni ſecundo menſe Maragam (209) expugnabant; poſt Choraſanam domabant, tum petebant Chovarezmiam, urbemque provinciae capitalem atque cognominem poſt pertinacem defenſionem incolarum perrumpebant, et aperto quadam Oxi catarrhacta totam provinciam undis mergebant. (210) Certe neque vetuſtius Iſlamismo, neque recentius reperitur, ſimilis furoris exemplum, qui eadem cum violentia ferociaque in corpora virorum ferro, catenis in ſequiorem ſexum teneramque aetatem, ignibus et devaſtatione in ſacros codices, atque loca religioſa graſſatus fuerit, et eadem cum inhumanitate doctrinam, pietatem, ſeverioremque ſanctimoniam contemptui habuerit. Illa celebris in Iſraëlitas Bochtanſari [vel Nebucadnezari] ſaevities ne cum parte quidem partis eorum comparari poteſt, quae Muſlemi a Tataris experti ſunt. Vrbium enim, quas hi devaſtarunt, unaquaeque multo maior eſt Hieroſolymis, quas Bochtanſar excidit; et unaquaeque gens ab acinace Tatarico deleta Iſraëliticam altero tanto ſuperat.

ولا بعده ، فان واقعة بختنصر مع بني اسرايل لا تنسب الي بعض بعض ؛ ما فعله هاولا ، فان كل واحدة من المدن التي خربوها اعظم من القدس بكثير ، وكل امة قتلوهم من المسلمين اضعاف بني اسرايل الذين قتلهم بختنصر ، ولما فرغ التتر من خراسان عادوا الي ملكهم ، فجهز جيشا كثيفا الي غزنة وبها جلال الدين منكبرني بن علاء الدين محمد خوارزمشاه المذكور مالكا لها ، وقد اجتمع اليه جمع كثير من عسكر ابيه ، قيل كانوا ستين الفا ، وكان الجيش الذي سار اليهم من التتر اثني عشر الفا ، فالتقوا مع جلال الدين واقتتلوا قتالا شديدا وانزل الله نصره علي المسلمين وانهزمت التتر وتبعهم المسلمون يقتلونهم كيف شاوا ، ثم ارسل جنكزخان (لعنه الله) عسكرا اكثر من الاول مع بعض اولاده ووصلوا الي كابول وتصافف معهم المسلمون ، فانهزم التتر ثانيا وقتل المسلمون فيهم وغنموا شيا كثيرا ، وكان في عسكر جلال الدين امير كبير مقدام هو الذي كسر التتر علي الحقيقة يقال له بغراق ، وقع بينه وبين امير كبير يقال له ملك خان (هو صاحب هراة وله سبب *k* في بيت خوارزمشاه) فتنة بسبب المكسب قتل فيها اخو بغراق ، فغضب بغراق وفارق جلال الدين وسار الي الهند وتبعه ثلثون الف فارس ولحقه جلال الدين منكبرني واستعطفه ، فلم يرجع ، فضعف عسكر جلال الدين لذلك ، ثم سار جنكزخان اللعين بنفسه في جيوشه وقد ضعف جلال الدين بما نقص من جيوشه بسبب بغراق ، فلم يكن له بجنكزخان قدرة ، فترك جلال الدين البلاد وسار الي الهند وتبعه جنكزخان حتي ادركه علي ماء عظيم وهو نهر السند ، ولم يلحق *l* جلال الدين ومن

معه

Post haec itaque in Chorasana perpetrata revertebantur Tatari ad imperatorem suum, qui densam eorum legionem, ad duodecies mille capita Gaznam versus expediebat, ubi Gelal-ed-din Mankberni, supra laudati Chovarezimschahi Muhammedis filius, dominabatur, laceratumque patris exercitum e fuga colligebat, tanto numero illuc coëuntem, ut dicatur Gelal-ed-din ad sexaginta Muslemorum millia secum habuisse, quibuscum, divina roboratis victoria, Tataros, acre congressus praelio, fundebat, et persecutus, fugientes edita pro lubitu strage minuebat. (211) Genkizchan, hac percepta suorum clade, tentabat altera vice fortunam, defectumque superiorem compensaturus globum mittebat numerosiorem Cabulam sub auspiciis filii (212) cuiusdam sui. Sed et ibi pellebant Muslemi acie commissa Tataros, caedebant, depraedabantur mirum in modum, laetasque de futuris spes faciebant, nisi ex transverso incidens aliquod infortunium tam prosperis successibus nervos incidisset. Scilicet ob praedam hac victoria partam collidebat rixa duos Emiros Muslemicos, pariter magnos, quorum unus erat Bagarac, vir fortis, cui soli re vera clades illa Tatarorum debebatur, alter Malec Chan, Haratae dominus, affinitate Chovarezimschahis iunctus. (213) Inde suborta seditione pugnaque contingebat, ut Bagaraki frater occumberet. Quo ille casu exacerbatus Gelal-ed-dinum deserebat, et ad Indos secedebat, factionem suam secum trahens, triginta millibus hominum, plus dimidia copiarum parte, non minorem. Gelal-ed-din quidem hunc affectans abeuntem blandis demulcere verbis et retrahere tentabat, sed frustra erat. Tanta itaque iactura ipsum, ut par est, debilitabat adeo, ut maledicto Genkizchano, ipsi totis cum copiis venienti, resistere porro non valens, vacuato Gaznae territorio, ad Indos se subtraheret. Antequam tamen Indum traiiceret, magnum fluvium, obruebat ipsum hostis, fixoque gradu pugnam cogebat committere tam atrocem, quam non audita fuit post hominum memoriam ulla alia.

معه ان يعبروا النهر ، فاضطرّوا الي القتال ، فجري بينهم وبين جنكزخان قتال عظيم لم يسمع بمثله وصبر الفريقان ثم تاخّر كل منهما عن صاحبه ، فعبر جلال الدين تلك النهر الي جهة الهند وعاد جنكزخان واستولي علي غزنة وقتلوا اهلها ونهبوا اموالهم ، وكان قد سار من التتر فرقة عظيمة الي جهة القفجاق واقتتلوا معهم ، فهزمهم التتر واستولوا علي مدينة القفجاق العظمي وتسمي سوادق ، وكذلك فعلوا بقوم يقال لهم اللكزي *m* بلادهم قريب دربند شروان ، ثم سار التتر الي الروس وانضم الي الروس القفجاق وجري بينهم وبين التتر قتال عظيم انتصر فيه التتر عليهم وشرّدوهم هربا وقتلا في البلاد ❊

وفيها في شوال توفي رضي الدين المويّد بن محمد بن علي الطوسي الاصل النيسابوري الدار المحدّث ، وكان اعلي المتاخرين اسنادا ، سمع مسلم بن الفقيه ابي عبد الله محمد بن الفضل الفراوي *n* ، وكان الفراوي فاضلا قرا الاصول علي امام الحرمين وسمع

g) بابسكون C. L. بالسلون *h*) مراغة C. L. مزاعة

i) Forte unum بعض delendum.

k) سبب *erat ipsi connexio in domo eius;* hoc est *agnatus eius erat*, proprie *erat ipsi funis in domo eius*, per quem ipse illi alligabatur. سبّ et سبب proprie *funis* est; et metaphorice *caussam* vel *medium* rei notat. Sunt enim caussae et media velut funes hominem cum effectu et re desiderata coniungentes. Notione *funis* legitur سبب in Corano, Sura XXII. vers. 15. Iuvat hac occasione errorem corrigere, qui in Golianum Lexicon irrepsit. Legitur ibi, سب dialecto Hudeilitarum *montem* significare. Fefellit doctissimum Golium

Tandem partes ambae paribus damnis sese mittebant; eoque fiebat Gelal-ed-dino copia per fluvium ad Indos evadendi. Abacto igitur hoc plenam nactus libertatem Genkizchan in Gaznam se suasque caedes et rapinas effundebat. Haec erat illa legio Tatarorum australis. Tertia in septentrionem conversa, Kipzacanos affligebat, profligabat, expilabat, et maximam eorum urbem, Sudac dictam, subigebat; eademque calamitate involvebat Lesgos, gentem Derbendae [seu clisurae] Schirvanicae vicinam. Tandem et Russos invadebant Tatari, et, quamvis Kipgacanorum accessione confirmatos, commisso tamen praelio, caedibus et fuga lacerabant.

Haec hactenus. Ante vero, quam ad alia transeamus, verbulo de fortuna Chovarezimschahi Muhammedis, quem hoc anno decessisse diximus, monendum est. Erat* ille magnae imperator auctoritatis, vastae dominus ditionis: nam a limitibus Irakae inde usque ad Turkestanam regnabat, et ipse suis armis sibi Gaznam, Indiae partem, Segestanam, Kermanam, Tabarestanam, Gorganam, Belad-el-Gebal [seu regionem montanam], Chorasanam, partem Persidis subiiciebat. Ingenio quoque excellebat et doctrina, peritus fikhae, et utriusque Osul, aliarumque scientiarum; durissimorum laborum molestias, et vigiliarum et continuorum itinerum perferre validus. Regnavit aliquot menses ultra unum et vigesimum annum. Cetera, quae ipsum spectant, ibi afferemus, ubi de caede filii eius atque successoris, Gelal-ed-dini Manchernii, dicemus.

Huius porro anni mense decimo decessit Radi-ed-din Movaiied, filius Muhammedis, filii Alii, Tusanus origine, Nisaburensis civitate, traditionarius, cuius traditionum catena inter iuniores fuit illustrissima. Nam audiverat Muslemum, filium fakihi Abu-Abdallae Muhammedis, filii Fadli, Caravensem, virum eruditum, qui didicerat Osul ab Imam el-Haramain, et

 Sahih

* Totus hic articulus supra insertus est contextui arabico.

وسمع قزاوي المذكور صحيح مسلم علي عبد الغفار الفارسي، وكان
عبد الغفار اماما في الحديث صنّف شرح مسلم وغيره، وتوفي محمد
بن الفضل القراوي سنة ثلثين ٥ وخمسماية وتوفي عبد الغفار في سنة
تسع وعشرين وخمسماية، وكانت ولادة رضي الدين المويد المذكور
في سنة اربع وعشرين وخمسماية ظنّا ☼

ثم دخلت سنة ثماني عشرة وستماية، ذكر عود دمياط
للمسلمين، وفي هذه السنة قوي طمع الفرنج المتملكين دمياط في
ملك ديار مصر وتقدّموا عن دمياط الي جهة مصر ووصلوا الي
المنصورة واشتدّ القتال بين الفريقين برّا وبحرا، وكتب السلطان
الملك الكامل متواترة الي اخوته واهل بيته يستنجدهم، فسار
الملك المعظم عيسي بن الملك العادل صاحب دمشق الي اخيه
الملك الاشرف وهو ببلاده الشرقية واستنجده وطلب منه المسير
الي اخيهما الملك الكامل، فجمع الملك الاشرف عساكره واستصحب
معه الملك الناصر قليج ارسلان بن الملك المنصور صاحب حماة،
وكان الملك الناصر خايفا من السلطان الملك الكامل ان ينتزع حماة
منه ويسلمها الي اخيه الملك المظفر، فحلف الملك الاشرف للملك
الناصر صاحب حماة انه ما يمكن اخاه الملك الكامل من التعرّض اليه،
فسار

Golium aut oculus, aut librarius. Pro جبل cum gemino puncto, *monte*, quod aut invenit in suo codice, aut credidit invenisse, reponendum حبل cum unico puncto, *funis*. Patet ex re ipsa, et ex Tebrizio ad Abulolam, cuius haec sunt verba: السبب الحبل بلغة هذيل، قال ابو ذويب يصف مشتار العسل وقد تدلي الي صخرة بحبل قد شده الي وتد لياخذ العسل، "In Hudeilitarum

Sahih [ſeu Corpus traditionum, vel Sunnam] Muſlemi ab Abd-el-Gaffaro Perſa, viro in theologia traditionaria principe, auctore commentarii in modo dictum Muſlemi librum, et aliorum operum. Deceſſerat Caravenſis quidem anno DXL, Abd-el-Gaffar autem anno DXXIX. (214) Ille vero Radi-ed-din Movaiied, de quo ſermonem inſtituebamus facere, natus fuerat anno DXXIV circiter.

Anno DCXVIII [qui die 24 Febr. A.C. 1221 coepit] recuperabant Muſlemi Dimiatam (215) hac ratione. Franci, poſt ſurreptam illam urbem, illecti cupiditate totius porro Aegypti ſubigendae, exibant illinc verſus Miſram. Manſuram ut pervenerant, vehemens cooriebatur inter partes tam e continente terra quam e Nilo bellum. Et Muſlemi certe magno verſabantur in diſcrimine: quapropter Camel fratres ſuos ad cito ferendam opem continuis citatisque litteris evocabat. Neque deerant illi periclitanti. Malec el-Moattam nempe ad fratrem Aſchrafum in orientem proficiſcebatur, eoque permovebat ipſum precibus, ut et cum ſuis copiis, et cum Halebenſibus atque Hamatenis, item cum Balabakenſibus atque Emeſſenis, quibus Moattam ſuas Damaſcenas addebat, in Aegyptum tenderet. Illuſtris haec erat expeditio, cui tot magni principes Eiubidae aderant. Nam praeter fratres, Malec el-Aſchrafum et Moattamum, erant in comitatu Malec el-Amgad Baharamſchah, filius Ferochſchahi, filii Schahinſchahi, filii Eiubi, dominus Balabakae; et Malec el-Mogahed Schircuh, filius Muhammedis, filii Schircuhi, filii Schadii, dominus Hemſae; et Malec en-Naſer Kilig Arſlan, filius Malec el-Manſuri, dominus Hamatae. Non nihil tamen hic invitus ibat in Aegyptum. Verebatur enim, ne Malec el-Camel Hamatam ipſi adimeret, quam qua ratione in damnum et cum iniuria fratris, Modaffari, occupaverit, ſupra diximus. Quia tamen Aſchraf interpoſito iureiurando ipſi aſſeverabat, ſe non permiſſurum, ut Camel ipſi negotii quidquam eo nomine faceſſeret,

patie-

فسار معه بعسكر حماة ، وكذلك سار بعسكر الملك الاشرف كل من
صاحب بعلبك الملك الامجد بهرامشاه بن فرخشاه بن شاهنشاه
بن ايوب وصاحب حمص الملك المجاهد شيركوه بن محمد بن
شيركوه بن شاذي ، وسار الملك المعظم عيسي بعسكر دمشق ،
ووصلوا الي الملك الكامل وهو في قتال الفرنج علي المنصورة ،
فركب والتقي اخويه ومن صحبتهما من الملوك واكرمهم ، وقويت
نفوس المسلمين وضعفت نفوس الفرنج بما شاهدوا من كثرة عساكر
الاسلام وتجمّلهم ، واشتدّ القتال بين الفريقين ورسل الملك الكامل
واخويه مترددة الي الفرنج في الصلح ، فبذّل لهم المسلمون تسليم
القدس وعسقلان وطبرية واللاذقية وجبلة وجميع ما فتحه السلطان
صلاح الدين من الساحل ما عدا الكرك والشوبك علي ان يجيبوا
الي الصلح ويسلموا دمياط الي المسلمين ، فلم يرض الفرنج بذلك
وطلبوا ثلثماية الف دينار عوضا عن تخريب اسوار القدس ، فان
الملك المعظم p خرّبها كما تقدّم ذكره ، وقالوا لابدّ من تسليم
الكرك والشوبك ، وبينا الامر متردّد في الصلح والفرنج ممتنعون
من الصلح اذ عبر جماعة من عسكر المسلمين في بحر المحلة الي
الارض التي عليها الفرنج من برّ دمياط ففجّروا فجرة عظيمة
من النيل ، وكان ذلك في قوّة زيادته والفرنج لا خبر لهم بامر
النيل ، فركب الماء تلك الارض وصار حايلا بين الفرنج ودمياط
وانقطع عنهم الميرة والمدد ، فهلكوا جوعا ، فبعثوا يطلبون الامان
علي

tarum dialecto appellatur funis سبب, ut eſt in illo Abu-Dovaibi, quo deſcribit aliquem mellilegum, qui ſe mellis accipiendi gratia de alto rupe ope funis e paxillo religati in petram humiliorem demittit."

patiebatur Naſer ſibi perſuaderi, ut ſacrae contra Francos apud Manſuram militiae adeſſet. Hanc tam ſplendidam et tantopere deſideratam fratrum, affinium, et ſociorum turbam, ut advenis-ſe intelligebat Camel, excipiebat obviam in equeſtre comitatu egreſſus, magno cum honore. Tanta quoque virium acceſſio, ut Muſlemis animum addebat, ita Francorum deprimebat ſpiritus, Iſlamiſmi copias tanto numero conglobatas videntium. Nihilominus offerebant Camel ceterique fratres continuos oratores miſſitando, pacem Francis perhoneſtam, et qua luculentiorem illi vel optare non poterant. Scilicet reddendas ſpondebant Hieroſolymam, Aſcalonem, Tiberiadem, Laodicaeam, Gabalam, verbo quidquid urbium terrarumque Palaeſtinicarum Sultan Salah-ed-din ipſis ademerat, praeter Caracam et Schaubek, quorum loco ipſi Damiatam Muſlemis redderent, et pacem cum ipſis colerent. Franci tamen, his non contenti non tantum Caracam et cum ceteris quoque Schaubecam ſibi absque controverſia reſtitui flagitabant, ſed etiam tercenties mille numos aureos, pro reficiendis Hieroſolymae muris, quos, ut ſupra vidimus, Malec el-Moattam deiecerat. (216) Sed interveniens caſus aliquis non praeviſus, tam mutabat ſubito rerum faciem, ut qui modo inſolentes et iniqui leges imponebant, iam acciperent, etiam cupidi, utcunque duras et turpes. Nam interea quum tractabatur de pace, ſubvehebatur aliquis Muſlemorum manipulus, clam Francos, per Nili brachium, quod Mahallam alluit, in iſtud continens ſolum, quod hoſtium caſtra obtinebant, ſic ut eos Dimiatamque interciperent, magnumque derivabant canalem e Nilo, qui tum temporis ad perfectionem incrementi ſui adſcendebat. Itaque ſecludebat aqua, in iſtum agrum exundans, Francos, quos fluvii prorſus latebat indoles, interiecto quaſi pariete, a ſua Dimiata, ut neque commeatum inde, neque recentia ſupplementa poſſent adipiſci, et tantum non fame perirent. In his ergo conſtituti anguſtiis pacem rogabant ſupplices

علي ان ينزلوا عن جميع ما بذل لهم المسلمون ويسلمون دمياط
ويعقد q مدة الصلح ، وكان فيهم عدة ملوك كبار نحو عشرين
ملكا ، فاختلفت الاراء بين يدي الملك الكامل في امرهم ، فبعضهم
قال لا نعطيهم امانا وناخذهم ونتسلم بهم ما بقي بايديهم من
الساحل مثل عكا وغيرها ، ثم اتفق الاراء علي اجابتهم الي الامان
لطول هذه البيكار وتضجّر العساكير ، لانهم كان لهم ثلاث سنين
وشهورا في القتال معهم ، فاجابهم الملك الكامل الي ذلك ، فطلب
الفرنج رهينة من الملك الكامل ، فبعث ابنه الملك الصالح ايوب
وعمره يومئذ خمس عشرة سنة الي الفرنج رهينة ، وحضر من الفرنج
رهينة علي ذلك ملك ونايب البابا صاحب رومية الكبري
واندريس وغيرهم من الملوك ، وكان ذلك سابع رجب من هذه
السنة ، واستحضر الملك الكامل ملوك الفرنج المذكورين وجلس
لهم مجلسا عظيما ووقف بين يده الملوك من اخوته واهل بيته
جميعهم ، وسلمت دمياط الي المسلمين تاسع عشر رجب من هذه
السنة وقد حصّنها الفرنج الي غاية ما يكون ، وولّاها السلطان
الملك الكامل الامير شجاع الدين جلدك¹ النقوي وهو من مماليك
الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ، وهنت الشعراء
الملك * الكامل الفتح العظيم ، ثم سار السلطان الملك الكامل
ودخل دمياط ومعه اخواه r واهل بيته وكان يوما مشهودا ،
ثم توجّه الي القاهرة واذن للملوك في الرجوع الي بلادهم ، فتوجّه
الملك الاشرف الي الشرق وانتزع الرقة من محمود (وقيل
اسمه

1) يلدق C. L. تحلق An يتخلق a خليق *aptus.*

ab Eiubidis, ea conditione ſoſpites dimitti, ut oblatis, quae modo dicebamus, omnibus ſeſe abdicarent, et Damiatam redderent, et de ſpatio pacis ambarum partium mutuo conſenſu deinceps decerneretur. Ea de re deliberatum itaque fuit. Sed in diverſa ibant magnatum ſententiae. Calidiores aliqui negandam cenſebant Francis omnem compoſitionem, rapiendos illorum reges et barones in vinculis in Syriam, et, quae ibi adhuc tenebant Franci de ora maritima, ut Acconem, atque alia, ea pro iſtorum misſione omnia recipienda eſſe. Ceperant enim noſtri viginti admodum praecipuae nobilitatis Francicae viros. Alii contra mitiores, iique plurimi, conſentiebant eo, ut dimitterentur miſeri, neque diutius tentaretur anceps belli fortuna, militumve patientia fatigaretur, quos diuturnae militiae iam taedebat. Nam triennium et ultra menſes aliquot in armis fuerant. Annuebat igitur Sultan Malec el-Camel ad Francorum petitionem, et, quum hi obſidem poſtularent, mittebat ipſis filium ſuum, Malec es-Salehum Eiubum, tunc quindecennem iuvenem. Viciſſim a parte Francorum obſides aderant, aliquis dux (217) et Naieb [legatus] Papae, domini Romae magnae (218) et Londaris (219), et alii; die ſeptimo ſeptimi menſis huius anni, quos coram admisſos ad colloquium, praeſidens Sultan Malec el-Camel inter fratres ſuos ceteroſque principes Eiubidas circumſtantes, audiebat. Die decimo nono tandem eiusdem menſis dedebatur Dimiata Muſlemis a Francis, qui eam arte, quanta maxima poteſt, communiverant. Hanc cuſtodiendam deinceps tradebat Camel Geldulco Tacavico, ſeu Taki-ed-dini Omari, domini Hamatae, quondam mamluco, et intrabat eandem una cum ambobus fratribus, ceteriſque affinibus Eiubidis, in celeberrima pompa et panegyri, celebratus a poëtis, tam inſignem victoriam ipſi gratulantibus. Tandem Cahiram contendens veniam abeundi concedebat regibus et copiis, hac militia tam glorioſe finita. Malec el-Aſchraf ergo in terras ſuas orientales revertebatur, ubi Mahmudo [quem

اسمه عمر) بن قطب الدين محمد بن عماد الدين زنكي بن
مودود بن عماد الدين زنكي بن اقسنقر، ولقي *t* بغيه على اخيه،
فانا ذكرنا كيف وثب على اخيه وقتله واخذ سنجار، ثم اقام
الملك الاشرف بالرقة وورد *v* الملك الناصر صاحب حماة فاقام عنده
مدة ثم عاد الي بلده *

ذكر وفاة صاحب امد، وفيها توفي الملك الصالح ناصر
الدين محمود بن محمد بن قرا ارسلان بن سقمان بن ارتق *x*
صاحب امد وحصن كيفا بالقولنج، وقام بالملك بعده ولده
الملك المسعود، وهو الذي انتزع منه الملك الكامل امد، وكان
الملك الصالح المذكور قبيح السيرة، وقد اورد ابن الاثير وفاته
في سنة تسع عشر *

وفيها في جمادي الاخرة خنق قتادة بن ادريس العلوي
الحسيني امير مكة وعمره نحو تسعين سنة، وكانت ولايته قد
اتّسعت الي نوحي اليمن، وكان حسن السيرة في مبداء امره ثم اساء
السيرة وجدّد المظالم والمكوس، وصورة ما جري له ان قتادة كان
مريضا، فارسل عسكرا مع اخيه ومع ابنه الحسن بن قتادة
للاستيلاء على مدينة النبي واخذها من صاحبها، فوثب الحسن
بن قتادة في اثناء الطريق على عمه فقتله وعاد الي ابيه قتادة
بمكة فخنقه، وكان له اخ نايبا بقلعة ينبع، فارسل اليه الحسن،
فحضر الي مكة، فقتله ايضا وارتكب الحسن امرا عظيما قتل
عمه واباه واخاه في ايام يسيرة، واستقر في ملك مكة،
وقيل

m) الدكزي Cod. Leid. الكزي

alii Omarum appellant) filio Cotb-ed-dini Muhammedis, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Maududi, filii Emad-ed-dini Zenkii, filii Acſoncori, domino Sangarae quondam, Raccam adimebat, quam ipſe olim illi Sangarae loco dederat; et ſic exutus omnibus homo impius fratricidii dabat poenas, quod in ſuperioribus commemoravimus. Huc, Raccam ſcilicet, veniebat Malec en-Naſer, Hamatae dominus, antequam e militia domum rediret, ad Aſchrafum inviſurus, et aliquo tempore poſt in territorium ſuum porro abibat.

Eodem anno DCXVIII, aut proxime ſequente DCXIX, ad quem refert Ibn-el-Atir, obiit Amidae atque Heſn-Caifae dominus, Malec es Saleh Naſer-ed-din Mahmud, filius Muhammedis, filii Cara Arſlani, filii Davudi, filii Socmani, ex morbo colico, vir improbus. Succedebat ipſi filius, Malec el-Maſud, cui deinceps Malec el Camel Amidam ademit.

Eiusdem anni DCXVIII ſexto menſe ſtrangulatus fuit Catada, filius Edriſi, de gente Alii per Hoſainum, Emirus Meccanus, prope nonagenarius, a filio ea ratione, quam ſtatim dicemus. Initio gubernationis ſuae ſatis ille ſe commodum geſſerat, procedente autem tempore in tyrannum evaſerat, et iniqua perpetrabat. Supplicio ſuo ipſe dabat imprudens occaſionem. Mittebat nempe fratrem ſuum, et Haſanum, filium, adverſus Vrbem prophetae, ſeu Medinam, eam occupatum, et Emirum, qui tum ibi obtinebat, exactum. Sed ipſo illo in itinere mactabat Haſan patruum, et Meccam reverſus deinceps frangebat patri gulam laqueo, nimis longaevi ſenii pertaeſus, et imperii avidus; et, ne quis ſupereſſet intemperantiae ſuae adverſarius, aut impietatis ultor, arceſſebat fratrem ex arce Iamba, quam is cuſtodiebat, patris nomine Meccam, eoque pertractum in foveam, et ipſum quoque perimebat, et tergemino ſcelere, paucos intra dies deproperato, caede patris, patrui et fratris, Emiratum Meccanum raptabat. Dicunt Catadam carmina dixiſſe, allegantque,

and levied v heavy taxes on in the latter be

not in the Ar

وقيل ان قتادة كان يقول الشعر، وطلب ان يحضر الي امير الحاج العراقي، فامتنع، ووثب من بغداد، فاجاب بابيات شعر منها،

ولي كفّ ضرغام اصول ببطشها واشري بها بين الوري وابيع،
تظلّ ملوك الارض تلثم ظهرها وفي بطنها *y* للمجدب بين ربيع،
اجعلها تحت الرحي ثم ابتغي خلاصا لها، انّي اذن لرقيع،
وما انا الّا المسك في كل بلدة يضوع واما عندكم فيضيع ❊

وفيها توفي جلال الدين صاحب الالموت ومقدّم الاسماعيلية وولي بعده ابنه علاء الدين محمد ❊

ثم

n) الغراوي fufpectum. Num الغزاري

o) ثلثين Forte اربعين

p) المعظم C. L. temere العادل

q) ويعقد Num recte? An aliquid deeft?

r) الملك Forte للملك

s) اخواه Cod. Leid. اخويه, quod aut اخوته aut مع اخويه legendum.

t) Poft ولغي forte deeft عقوبة aut fimile.

v) Poft وورث deeffe videtur اليه

x) In hac genealogia unum membrum deeft.

y) بطنها C. L. ظهرها Mecum facit Ibn-Schehna Leidenfis. Cod. Ibn-Schehnae Dorvillenfis habet وسطها

quod apponemus, eorum hoc ſpecimen, tum ab eo pronunciatum, quum Bagdado [a Chalifa, eiusve Veziro] ideo increparetur, quod ad ducem catervae ſacrorum peregrinatorum ex Iraca venientium arceſſitus comparere noluerat. Eſt autem hoc:

Eſt mihi manus leonis, cuius ego cum valida conſtrictione graſſor in omne id quod ea comprehendo; quacum vendo et emo inter homines.*

Reges terrae dorſum eius, manus meae, oſculantur [aut metu, aut ſupplices] ſed eius vola munificentiae adſueta eſt egenis locuples praeſidium.**

Egone illam meam volam primum quidem ſupponam lapidi molari, [qui eam comminuat] deinde vero cupiam illam inde retrahere [quum non poſſim]? Euge, praeclare. Stultus certe eſſem id ſi facerem.

Ego non ſum niſi muſcus, qui odorem ſuum ubivis terrarum ſpargit, ſed apud vos in natale ſuo ſolo perit et contemnitur.***

Eodem obiit Gelal-ed-din, dominus Almut, Mocaddam [tribunus, praefectus] Iſmaëlitarum. Cui filius, Ala-ed-din Muhammed, ſuccedebat.

Anno

* Vendo meam opem implorantibus (h. e. adiuvo miſeros) et redimo mihi ſic immortalem gloriam. Hoc clarius ex verſu ſequente patet.

** Ad verbum: eſt illis, quos annus ſterilis et ſiccus, et pabulo defectus afflixit, viride laetumque ver, aut pratum.

*** Totum hoc apoſpaſmatium ſic ſoluto ſermone concipias. Ego ſum princeps potens: pro lubitu bene et male hominibus facio, et proinde aut laudes et gratias, aut clamores et murmura mereor. Ad me refugiunt alii principes, quibus ſuum ius reddo, et pauperes, quos beneficiis orno. Vos a me flagitatis, ut Emiro veſtro mei copiam faciam. Atqui ſtultus eſſem id ſi facerem. Nam aliud hoc nihil eſſet, quam ſupponere manum lapidi molari, unde retrahi non poſſit, vel obiicere ſe poenae, a qua neque defendere te, neque ulciſci poſſis. Vos qui talia a me flagitatis, pretium meum ignoratis, pro capite vili [illegible] quavis infamia dignum, at exteri me rectius aeſtimare norunt.

ثم دخلت سنة تسع عشرة وستماية ، فيها استقل بدر الدين لولو بملك الموصل وتوفي الطفل الذي نصبه في المملكة وهو ناصر الدين محمود بن الملك القاهر مسعود بن نور الدين ارسلان شاه بن مسعود بن مودود بن زنكي بن اقسنقر ، وسمي لولو نفسه الملك الرحيم ، وكان قد اعتضد بالملك الاشرف بن الملك العادل ، فدافع عنه ونصره ، وقلع لولو البيت الاتابكي بالكلية واستمر مالكا للموصل نيفا واربعين سنة سوي ما تقدم له من الاستيلاء والتحكم في ايام استاذه نور الدين ارسلانشاه وابنه الملك القاهر مسعود ✻

وفيها سار الملك الاشرف الي خدمة اخيه الملك الكامل واقام عنده بمصر متنزها الي ان خرجت هذه السنة ✻

وفيها فوض الاتابك طغريل الخادم مدبر مملكة حلب الي الملك الصالح احمد بن الظاهر امر الشغر وبكاس ، فسار الملك الصالح من حلب واستولي عليهما ، واضاف اليه الروج ومعرة ومصرين z ✻

وفيها قصد الملك المعظم عيسي صاحب دمشق حماة ، لان الملك الناصر صاحب حماة كان قد التزم له بمال يحمله اليه اذا ملك حماة ، فلم يف له ، فقصد الملك المعظم حماة ونزل بقيرين وغلقت ابواب حماة فقصد a الملك المعظم وجري بينهم قتال قليل ، ثم ارتحل الملك المعظم الي سلمية فاستولي علي حواصلها وولي عليها ، ثم توجه الي المعرة واستولي عليها واقام فيها وليا من جهته وقرر امورها ثم عاد الي سلمية فاقام بها حتي خرجت هذه السنة علي قصد منازلة حماة ✻

وفيها

z) ومعرة ومصرين Forte ومعرة نسرين

Anno DCXIX [qui die 14 Febr. A.C. 1222 coepit] potiebatur Bedr-ed-din Lulu principatu Mauſelenſe integro, poſt mortem pueri, quem ipſe in principe gradu collocaverat, Naſer-ed-dini Mahmudi, filii Malec el-Caheri Maſudi, filii Nur-ed-dini Arſlanſchahi, filii Maſudi, filii Maududi, filii Zenkii, filii Acſoncori. Iam antea quidem ſub hero ſuo, Arſlanſchaho Bedr-ed-dino, de quo nomen etiam accepit, item ſub eius filio, Cahero, res gerendas ex arbitrio paene ſolus adminiſtraverat, et huius quoque filiis, iſtius nepotibus, aetate minoribus, tutor fuerat, quibus mortuis, ſolus absque collega regnabat ſub aſſumto titulo Malec er-Rahimi [ſeu principis clementis] per integros quadraginta et ultra annos, poſtquam domum Atabekicam prorſus evertiſſet, maxime adiutus favore Malec el-Aſchrafi, qui eius hoſtes arcebat, et inſtituta ſecundabat.

Eodem redibat Malec el-Aſchraf ad Camelum, fratrem, Miſram, ibique manebat usque ad alterum annum, otio indulgens, et animi recreationi.

Eodem tradebat Atabek Togril el-Chadem [ſive eunuchus], dynaſtiae Halebenſis gubernator, Malec es-Saleho Ahmedi, filio Malec ed-Daheri, arces Schogr et Bacas; quas Halebo illuc tendens Saleh accipiebat in poſſeſſionem, earumque in vicem dabat Togrilo ad vitae dies Rug, et Maarra-Neſrin. (220)

Eodem impetebat Malec el-Moattam Iſa, Damaſcenus, Hamatam, ideo, quod Malec en-Naſer ipſi pactum tributum annuum, de quo ſupra diximus, non praeſtabat. Kirinae poſitis caſtris iam parabat Damaſcenus inſultum, ſed Hamateni clauſis portis et leve velitatione ipſum depellebant. Abibat ergo Salamiam, et ibi coactis, quae exigi et in praedam agi poterant, conſtitutoque curatore, promovebat Maarram, ubi quum ordinaſſet res, earumque ſuo nomine conſtituiſſet adminiſtratorem, repetebat Salamiam, ubi ad finem huius anni perſiſtebat, obſidionem Hamatae animo agitans.

وفيها حج من اليمن الملك المسعود يوسف الملقب اطسز وهو اسم تركي والعامّة تسمّيه اقسيس، وكان قد استولي علي اليمن سنة اثنتي عشرة وستماية وقبض علي سليمان شاه بن شاهنشاه بن عمر بن ايوب، وحج في هذه السنة، فلما وقف الملك المسعود في هذه السنة بعرفات وتقدّمت اعلام الخليفة الامام الناصر لترفع علي الجبل تقدّم الملك المسعود بعساكره ومنع من ذلك وامر بتقديم اعلام ابيه السلطان الملك الكامل علي اعلام الخليفة، فلم يقدر اصحاب الخليفة علي منعه من ذلك، ثم عاد الملك المسعود الي اليمن، وبلغ ذلك الخليفة فعظم عليه وارسل يشكو الي الملك الكامل، فاعتذر عن ذلك، فقبل عذره، واقام الملك المسعود في اليمن مدة يسيرة ثم عاد الي مكة ليستولي عليها، فقاتله الحسن بن قتادة، فانتصر الملك المنصور وانهزم الحسن بن قتادة واستقرّت b) مكة في ملك الملك المسعود وولّي عليها، وذلك في ربيع الاول سنة عشرين وستماية، ثم عاد الي اليمن *

وفيها توفي الشيخ يونس بن يوسف بن مساعد شيخ الفقراء المعروفين باليونسية، وكان رجلا صالحا وله كرامات، وكانت وفاته بقرية القنية من اعمال دارا، وقد ناهز تسعين سنة وقبرة مشهور هناك *

ثم دخلت سنة عشرين وستماية والاشرف بديار مصر عند اخيه الكامل واخوهما الملك المعظم بسلمية مستولي عليها وعلي المعرة عازم علي

a) فقصد Aut فقصدها, aut post المعظم deest aliquid, فتحها عنوة, aut الزحف اليها, aut منازلتها.

b) واستقرت Cod. Leid. واستمرت

Eodem veniebat Malec el-Masud Ioseph Atsiz (quod nomen Turcicum est, at vulgo male Acsis effertur), filius Sultani Malec el-Cameli, ille, qui anno DCXII Iemanam [seu Arabiam felicem] subegerat, eiusque tum dominum, Solaimanschahum, filium Schahinschahi, filii Omari, filii Schahinschahi, filii Eiubi, comprehensum in Aegyptum miserat, ut supra suo loco vidimus; ille Masud, inquam, veniebat hoc anno e Iemama Meccam, sacrisque defungebatur caerimoniis: in quibus dum est, et stat in monte Arafat, et proferuntur Chalifae, Imam en-Naseri, vexilla, quo in summo eius vertice, pro consuetudine recepta, erigerentur (221), intercedebat Masud, iubebatque sui patris vexilla Bagdadicis praeferri. Quod quin fieret impedire tum nequibat Chalifae factio numero minor. Redibat Masud cum suis ad sua; Chalifa vero audiens quae contigerant, apud Camelum de filii temeritate acerbe querebatur. Camel itaque facinoris veniam deprecabatur, se inscio dictitans et invito perpetratum, eoque placabat iram Chalifae. Masud autem paullo post redibat e Iemana Meccam; cupidus urbis potiundae: neque sane irritum erat illud iter. Nam profligato Hasano, filio Catadae, sanctae urbis domino, qui arma ipsi opponebat, subigebant urbem sequentis anni DCXX mense tertio, et imponebat ipsi nomine suo rectorem, eoque facto in Arabiam suam felicem remeabat.

Eodem anno DCXIX obiit propemodum nonagenarius Iunas, filius Iosefi, filii Mosaëdi, magister et institutor illius ordinis Fakirorum [seu monachorum mendicantium], qui de ipso vulgo Iunasitae appellantur, vir sanctus, et miraculis clarus, cuius sepulcrum apud Caniam, prope Daram, ubi etiam obiit, hodienum celebratur.

Anno DCXX [qui die 3 Febr. A. C. 1223 coepit] depulsus Hamata fuit Malec el-Moattam Isa, Damascenus, qui eam, ut paullo ante dicebamus, post raptam Salamiam et Maarram, obsidere meditabatur, opera potissimum Malec el-Aschrafi, qui,

 ut

علي حصار حماة ، وبلغ الملك الاشرف ما فعله اخوه المعظم بصاحب حماة وعظم عليه ذلك ، فاتفق مع اخيه الكامل علي الانكار علي المعظم وترحيله ، فارسل اليه الملك الكامل ناصح الدين الفارسي ، فوصل الي الملك المعظم وهو بسلمية وقال له السلطان يامرك بالرحيل ، فقال السمع والطاعة ، وكانت اطماعه قد قويت علي الاستيلا c علي حماة ، فرحل مغضبا علي اخويه الكامل والاشرف ، ورجعت المعرة وسلمية للناصر ، وكان الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد بن تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب مقيما عند الملك الكامل d يوثر تمليكه حماة ، لكن الملك الاشرف غير مجيب الي ذلك لانتماء الملك الناصر صاحب حماة اليه ، وجري بين الكامل والاشرف في ذلك مراجعات كثيرة اخرها انهما اتفقا علي نزع سلمية عن يد الناصر قليج ارسلان وتسليمها الي اخيه الملك المظفر ، فتسلّمها الملك المظفر وارسل اليها (وهو بمصر) نايبا من جهته حسام الدين ابا علي بن محمد بن علي الهذباني واستقرّ بيد الناصر حماة والمعرة وبعرين ، ثم سار الملك الاشرف من مصر واستصحب معه خلعة وسناجق سلطانية من اخيه الملك الكامل للملك العزيز صاحب حلب وعمره يوميذ عشر سنين ، ووصل الاشرف بذلك الي حلب واركب الملك العزيز في دست e السلطنة ، ولما وصل الملك الاشرف بالخلعة المذكورة الي حلب اتفق مع الملك الاشرف كبراء الدولة الحلبية علي تخريب قلعة اللاذقية ، فارسلوا عسكرا وهدموها الي الارض *

ذكر

c) علي الاستيلا Forte في الاستيلا

d) Forte post الكامل deest والملك الكامل aut plura.

ut audiverat, quibus modis frater Hamatenum acceperit, vehementer improbabat factum, eoque permovebat fratrem, Camelum, apud quem tunc agebat, ut is, pro auctoritate ſupremi Sultani, qua pollebat, communem fratrem, obiurgatum, ab incoepto deſiſtere, ablataque reddere, iuberet. Legatione hac defungebatur Naſer-ed-din Fareſi [vel Perſa], et de voluntate Cameli ad Moattamum in caſtris apud Salamiam referebat. Prodebat protinus Moattam obſequium, et reſtitutus omnibus redibat Damaſcum, invitus tamen, et ambobus fratribus admodum iratus. Acris enim in ipſo cupiditas Hamatae exarſerat. Redibant itaque Salamia et Maarra ad Naſerum. At illa quidem, primo loco nominata, paullo poſt idem rurſus excidebat, et, niſi Aſchraf ei ſubveniſſet, toto ſuo principatu excidiſſet procul dubio. Nam Malec el-Camel illi favebat Malec el-Modaffaro, quem e ſuperioribus conſtat legitimum quidem Hamatae dominum et haeredem a patre deſignatum, a fratre, qui abſentem praevenerat, everſum fuiſſe. Haerebat ille tum temporis, ut e praecedentibus pariter conſtat, apud Camelum Miſrae, volebatque hic illum in ius ſuum et patrimonium reſtitutum habere. Sed non permittebat Aſchraf Naſero clienti ſuo detrimentum fieri. Tandem poſt iteratas et multiplices transactiones componebant fratres rem eo, ut Naſer Modaffaro Salamia concederet. Itaque mittebat Modaffer eo, qui ſuo nomine locum occuparet, et res curaret, Huſam-ed-dinum Abu-Ali Muhammedem, filium Alii, Hodbanenſem. Nam ipſe quidem Miſrae manebat. Cetera vero, hoc eſt Hamatam, Maarram, et Barinam, retinebat Malec en-Naſer. His ita conſtitutis excedebat Aſchraf e Miſra, domum, hoc eſt in terras orientales, contendens, per Halebum, eiusque domino, Malec el-Azizo, puero decenni, afferebat a Camelo addita trabeam Sultanicam et vexilla Sultanica, et collocabat ipſum in ſolio Sultanatus. Eo tempore conveniebat proceribus Halebenſis aulae cum Aſchrafo, ut arcem Laodicaenam diruerent. Itaque miſſae illuc copiae ad ſolum eam detrahebant. Hoc

ذكر احوال غياث الدين اخي جلال الدين ابني خوارزمشاه محمد ، كان لجلال الدين منكبرني اخ يقال له غياث الدين تيرشاه* ، وكان قد ملك غياث الدين المذكور كرمان ، فلما توجه جلال الدين منكبرني الي الهند كما تقدّم ذكره في سنة سبع عشرة تغلّب غياث الدين علي الري واصفهان وهمذان وغير ذلك من عراق *f* العجم وهي البلاد المعروفة ببلاد الجبل ، فخرج علي غياث الدين خاله يعيان *g* طابسي ، وكان اكبر امرايه واقربهم اليه ، فاقتتل معه غياث الدين ، فانهزم طغيان طابسي ومن معه واقام غياث الدين في بلاده مويدا منصورا *

ذكر حادثة غريبة ، كان اهل مملكة الكرج قد مات ملكهم ولم يبق من بيت الملك غير امراة ، فملّكوها وطلبوا لها رجلا يتزوجها ويقوم بالملك ويكون من اهل بيت المملكة ولم يجدوا فيهم احدا يصلح ، وكان صاحب ارزن الروم مغيث الدين طغريل شاه بن قليج ارسلان السلجوقي من بيت كبير مشهور ، فارسل يخطب الملكة لولده ليتزوّجها ، فامتنعوا من اجابته الّا ان يتنصّر ، فامر ولده فتنصّر وسار الي الكرج وتزوّج ملكتهم ، وكانت هذه الملكة تهوي مملوكا ويعلم *h* بن طغريلشاه بذلك وتكامن فدخل يوما الي البيت فوجد المملوك نايما معها في الفراش ، فلم يصبر المذكور علي ذلك وانكر عليها ، فاخذته زوجته واعتقلته في بعض القلاع ، ثم احضرت رجلين كانا قد وصفا لها بحسن الصورة فتزوجت احدهما ، ثم فارقته واحضرت انسانا من كنجة مسلما وهويته وسالته

e) بست C. L. بسنة Sed forte aliquid aliud requiritur, cui congruat اركب ; nam ad بست melius faceret اجلس

Hoc anno memorandum venit de Gaiiat-ed-dino Tatarſchaho (222), fratre eius Gelal-ed-dini Mancbernii, filii Chovarezimſchahi, quem vidimus anno DCXVII metu Tatarorum Indum traieciſſe. Hic itaque Gaiiat-ed-din, hactenus Kermanae dominus, occupabat, per fratris abſentiam, Raiiam, Isfahanam, Hamadanam, et alia praeterea in Iark el-Agam, ſeu, quod idem eſt, montana regione, commiſſoque praelio vincebat et fugabat Togian Tabeſi, avunculum, Emirorum ſuorum maximum, et ſibi familiariſſimum, ſed qui defecerat, indeque porro potens et victor ſuis in terris perſtabat.

Praeſtat hic annus exemplum mirum profecto et in hiſtoriis unicum, femininae laſciviae. Corgis nempe, mortuo rege ſuo, quum non ſupereſſet regni haeres, niſi unica quaedam femina, nuncupabant eam reginam, et requirebant ipſi maritum, ſed eum regii ſanguinis. Quem quum penes ſe, dignum certe atque congruum, non reperirent, ad exteros circumſpiciebant. Id videns eorum vicinus, Mogit-ed-din Togrilſchah, filius Kilig Arſlani, dominus Arzenerrumae, gente Selgukida, offerebat ipſis filium ſuum in regem, et reginae in coniugem; et, quum Corgi eum alia conditione admittere nollent, quam ſi Chriſtianus fieret, iubebat eum fidem mutare. Quo facto filius Mogit-ed-dini Corgorum dominus fiebat et reginae maritus. Illa vero uamlucum aliquem ſuum amabat. Qua de re certior factus maritus inſidias aliquando ſtruebat amatoribus, e quibus ſubito in reginae cubiculum irrumpens deprehendebat ſuis in ſtragulis nobile illud par mutuis amplexibus iunctum. Aegre ferebat, ut par erat, hanc tantam ignominiam, ideoque graviter uxorem increpabat. Illa vero viciſſim curabat eum in compedibus ad aliquod caſtellum deportari, et alios arceſſebat duo viros, quos ipſi familiares a corporis forma laudaverant, unumque illorum ſibi maritabat. Sed et hunc deinceps amandabat, et amorem convertebat ad Muſlemum aliquem ex urbe Conga, quem multis licet

وسالته ان يتنصّر لتتزوّج به فلم يجب الي ذلك ، فترددت الرسل بينهما مدة فلم يجبها الي التنصّر *

ذكر وفاة ملك الغرب ، في هذه السنة توفي يوسف المستنصر ملك الغرب بن محمد الناصر بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن ، وقد تقدم ذكر ولايته في سنة عشر وستماية ، وكان يوسف المذكور منهمكا في اللذات ، فدخل الوهن علي الدولة بسبب ذلك ، ولم يخلف يوسف المذكور ولدا ، فاجتمع كبراء الدولة واقاموا عمّ ابيه لكبر سنّه وهو عبد الواحد بن يوسف بن عبد المومن ولقبوه المستضي ، وكان عبد الواحد المذكور قد صار فقيرا بمراكش وقاسي الدهر ، فلما تولّي اشتغل باللذات والتنعّم في المآكل والملابس من غير ان يشرب خمرا ، ثم خلع عبد الواحد المذكور بعد تسعة اشهر من ولايته وملك بعده ابن اخيه عبد الله وتلقّب بالعادل وهو عبد الله بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن *

ثم دخلت سنة احدي وعشرين وستماية ، فيها وصل التتر الي قرب توريز وارسلوا الي صاحبها ابن البهلوان يقولون له ان كنت في طاعتنا فارسل من عندك من الخوارزمية الينا ، فاوقع ازبك بمن عنده من الخوارزمية وقيل بعضهم واسر الباقين وارسلهم الي التتر مع تقدمة عظيمة ، فكفّوا عن بلاد ازبك وعادوا الي بلاد خراسان *

وفيها

وقتل

f) من عراق Cod. L. من غير عراق Forte من مدن عراق aut من ساير عراق

g) يعبان suspectum. Infra legitur طغيان h) ويعلم Forte وعلم

licet urgeret precibus, ſollicitationibus, legatis et parariis, permovere tamen eo non poterat, ut fidem ſuam cum Chriſtiana mutaret.

Hoc anno vivis exceſſit (223) Iuſef Moſtanſer, dominus Garbi [ſeu Occidentis, hoc eſt Mauritaniae et Andaluſiae], filius Muhammedis Naſeri, filii Iacobi Manſuri, filii Ioſephi, filii Abd-el-Mumeni, quem anno DCX ad imperium acceſſiſſe, ibi notavimus. Voluptatibus immodice indulſerat, eoque labefactarat imperii vires haud parum. Neque melius ſe gerebat, quem proceres improli defuncto ſufficiebant, patris eius patruus, Abd-al-Vahed, filius Ioſephi, filii Abd-el-Mumeni, vir admodum ſenex, ideoque ad regnum vocatus ab iis, qui maturatam annis temperantiam ab ipſo exſpectabant. At ille multum fallebat eorum ſpem. Nam, qui fakirus antea fuerat [ſeu mendicus monachus] apud Marracaſcham, duramque paupertatem diutiſſime toleraverat, translatus tandem ad licentiam guſtumque voluptatum, expleri non poterat, ſpernebat regni curam, veſtiebatur ſplendide molliterque, neque, praeter vinum, ab alio quopiam exquiſito cupediarum potuumve genere ſe abſtinebat. Quapropter iidem, qui eum creaverant, rurſus abrogabant nono inde menſe, et occidebant denique; et eius ex fratre nepotem, Abdallam, filium Iacobi Manſuri, filii Ioſephi, filii Abd-el-Mumeni, ſub titulo Adeli [ſeu Iuſti] ſufficiebant.

Anno DCXXI qui die 23 Ian. A. C. 1224 coepit] accedebant Tatari ad Taurizam, et poſtulabant ab eius domino, Vzbeco, filio Pehluvani, ut, ſi amicos ſe cupiat, bellique calamitatum immunis eſſe velit, Chovarezmicos, quotquot penes ſe habeat, omnes tradat. Parebat Vzbek, imbellis et ſocors homo et ad indigna quaeque paratus, partimque occidebat Tatarorum capitales hoſtes, Chovarezmicos, partim compeditos, una cum ſplendidis muneribus, mittebat Tataris, eoque eximebat ipſorum furori ſuam ditionem.

وفيها استولي غياث الدين تيرشاه اخو جلال الدين بن خوارزمشاه علي غالب مملكة فارس ، وكان صاحب فارس يقال له الاتابك سعد بن دكلا ، واقام غياث الدين بشيراز وهي كرسي مملكة فارس ، ولم يبق مع الاتابك سعد من فارس غير الحصون المنيعة ، ثم اصطلح غياث الدين مع الاتابك سعد علي ان يكون لسعد بعض بلاد فارس ولغياث الدين الباقي *

ذكر عصيان المظفر غازي بن العادل علي اخيه الملك الاشرف، كان الملك الاشرف قد انعم علي اخيه الملك المظفر غازي بخلاط وهي مملكة عظيمة وهي i اقليم ارمنية ، وكان قد حصل بين الملك المعظّم عيسي صاحب دمشق وبين اخويه الكامل والاشرف وحشة بسبب ترحيله عن حماة كما قدّمنا ذكره، فارسل المعظّم وحسّن لاخيه المظفر غازي صاحب خلاط العصيان علي اخيه الملك الاشرف ، فاجاب الملك المظفر الي ذلك وخالف اخاه الملك الاشرف ، وكان قد اتفق مع المعظم والمظفر غازي صاحب اربل مظفّر الدين كوكبوري بن زين الدين علي كجك ، وكان بدر الدين لولو منتميا الي الملك الاشرف ، فسار مظفر الدين صاحب اربل وحصر الموصل عشرة ايام ، (وكان نزوله علي الموصل ثالث عشر جمادي الاخرة من هذه السنة) ليشغل الملك الاشرف عن قصد اخيه بخلاط ، ثم رحل مظفر الدين عن الموصل لحصانتها ، فلم يلتفت الملك الاشرف الي محاصرة الموصل وسار الي خلاط وحصر اخاه شهاب الدين غازي ، فسلمت اليه مدينة خلاط ، وانحصر اخوه غازي بقلعتها الي الليل فنزل من القلعة الي اخيه الملك الاشرف واعتذر اليه ،

فقبل

Eodem ſubigebat Gaiiat-ed-din Tatarſchah, frater Gelal-ed-dini Mancbernii, maximam Perſidis partem, et Schirazam, iſtius provinciae capitalem, transferebat regiam ſuam ſedem, neque reliquum faciebat eius provinciae antiquo domino, Atabeco Saado Ibn-Dacla, quidquam, praeter arces aliquot munitas, quas expugnare nequibat. Tandem ſic paciſcebantur ambo, ut Saad certum aliquem Perſidis tractum obtineret, Gaiiat-ed-din omnia reliqua.

Eodem amittebat Malec el-Modaffar Schahab-ed-din Gazi Challatam, ingentem provinciam, Armeniae partem, culpa ſua, dum adverſus Aſchrafum, fratrem, rebellabat, cuius munificentiae illam debebat, ut in ſuperioribus declaratum fuit. Moliminis huius et inde nati damni auctor erat Malec el-Moattam Iſa, Damaſcenus, qui ambobus fratribus, Camelo et Aſchrafo ideo ſuccendens, quod eum Hamata ſubmoverant, qua de re ſuperiora exponunt, quo eos ulciſceretur, contexebat in oriente factionem Aſchrafo adverſam, cuius participes, praeter ipſum, erant Malec el-Modaffar Challatenſis, et Modaffar-ed-din Cucburi, filius Zein-ed-dini Ali Cuguc, dominus Arbelae; cui poſtremo dabant in mandatis Mauſelae obſidendae negotium, ſperantes per id inſtitutum Aſchrafum diſtringere, et a Challata arcere, dum is clienti ſuo, Bedr-ed-dino Luluo, Mauſelae domino, ſuccurreret, quod illi certo certius futurum exiſtimabant. Sed accidebant alia omnia. Quamvis enim Arbelenſis Mauſelam obſidione cingeret, a decimo tertio die ſexti menſis inde, Aſchraf tamen recta via Challatam tendebat, nihil iſtum moratus, et bene gnarus, urbem diligenter munitam eius vexatione ſuperiorem fore. Et ſane decimo die ab inſtituta obſidione abſcedebat Cucburi, quum intelligeret, ſe nihil proficere: Aſchraf autem Challatam, paullo poſt admotam obſidionem, nullo paene negotio capiebat; neque Gazi ſe diutius in arce, quam ad proximam noctem, tuebatur, qua deſcendebat ad fratrem, veniamque ſuae turbationis

 ſibi

فقبل عذره وعفي عنه واقرّه علي ميافارقين وارتجع باقي البلاد منه ، وكان استيلاء الملك الاشرف علي خلاط واخذها من اخيه في جمادي الاخرة من هذه السنة ۞

ثم دخلت سنة اثنين وعشرين وستماية ، ذكر وصول جلال الدين من الهند الي البلاد ، وقد تقدّم في سنة سبع عشرة وستماية ذكر هروب جلال الدين من غزنة لما قصده جنكزخان وانه دخل بلاد الهند ، فلما كانت هذه السنة قدم من الهند الي كرمان ثم الي اصفهان فاستولي عليها وعلي باقي عراق العجم ، ثم سار الي فارس وانتزعها من اخيه غياث الدين تترشاه بن محمد واعادها الي صاحبها اتابك سعد بن دكلا صاحب بلاد فارس وسار اتابك سعد المذكور وغياث الدين تترشاه اخو جلال الدين تحت حكم جلال الدين وفي طاعته ، ثم استولي جلال الدين علي خوزستان وكانت للخليفة الامام الناصر ، ثم سار جلال الدين حتي قارب بغداد ووصل الي بعقوبا وخاف اهل بغداد منه فاستعدّوا للحصار ، فنهبت الخوارزمية البلاد وامتلات ايديهم من الغنايم وقوي امر جلال الدين وجميع عسكره الخوارزمية ، ثم سار الي قريب اربل ، فصالحه صاحبها مظفر الدين ودخل في طاعته ، ثم سار جلال الدين الي اذربيجان وكرسي مملكتها توريز ، فاستولي علي توريز ، وهرب صاحب اذربيجان وهو مظفر الدين ازبك بن البهلوان ابن الدكز ، وكان ازبك المذكور قد قوي امره لما قتل طغريل اخر الملوك السلجوقية ببلاد العجم ، فاستقلّ ازبك المذكور بالمملكة ، وكان ازبك المذكور لا يزال مشغولا بشرب الخمر وليس له التفات الي تدبير المملكة ، فلما استولي

جلال

ſibi fieri rogabat. Aſchraf ei quidem ignoſcebat, omnes tamen illi, praeter Maiiafarekinam, poſſeſſiones in poenam adimebat. Haec geſto ſexto eodem huius anni menſe.

Anno DCXXII [qui die 12 Ian. A. Chr. 1225 coepit] redibat Gelal-ed-din Mancberni ex Indis, ad quos eum Gazna, ob invaſionem Genkizchani, confugiſſe ſupra diximus ad annum DCXVII; et primam quidem adibat Kermanam, dein Isfahanam, quam, ut et reliquam Iracam Perſicam, ſubigebat, inde Perſidem, quam ut Atabeco Saado Ibn-Dacla, veteri provinciae domino, redderet, adigebat fratrem ſuum Gaiiat-ed-dinnum Tatarſchahum; unde porro hi ambo Gelal-ed-dini caſtra, ceu clientes, ſequebantur. Inde provinciam Chalifae, Imami Naſeri, Chureſtanam, occupabat, et ad ipſam paene Bagdadum accedebat. Certe Bacubam (224) usque penetrabat, et trepidabatur iam in auguſta urbe, et comparabantur omnia ſuſtinendae obſidioni. Tranſibat tamen illa tempeſtas, et ſatis erat Chovarezmicis praeda manus impleviſſe, magnasque ſic vires et formidoloſum nomen acquiſiviſſe. Inde promovebant Arbelam; illaque intacta omiſſa, (nam dominus eius Modaffar-ed-din Cucburi, pacem rogabat, et clientelam Mancbernii profitebatur) pergebant in Aderbiganam, cuius provinciae regia ſedes eſt Tauriz, dominus tum erat, poſt Togrili, ultimi Sultani Selgukidae caedem, Modaffer-ed-din Vzbec, filius Pehluvani, homo luxuriae vinoque ita deditus, ut adminiſtrationem et commoda regni ſui prorſus negligeret. Talis igitur quum eſſet Vzbec, non ſuſtinebat Gelal-ed-dinum, ſed Congam aufugiebat, urbem Bardaae vicinam, Corgorum territorio contiguam. Ea occaſione implicabatur Gelal-ed-din cum Corgis in bellum, ſed praelio victos et in fugam coniectos immane lacerabat caede perſecutus, et tota potiebatur Aderbigana, et fugitivi Vzbeki uxorem, ſupra dicti Togrili filiam, in matrimonium ducebat, quum eo ipſo tempore peropportune contingeret, ut Cadi Taurizenus eam ſollemnibus

 tabulis

جلال الدين علي توريز هرب ازبك الي كنجة وهي من بلاد اران قريب من بردعة ومتاخمة لبلاد الكرج ، واستقل السلطان جلال الدين بملك اذربيجان وكثرت عساكره واستفحل امره ، ثم جري بين الكرج وبين جلال الدين وقعة انهزم فيها الكرج * وتبعهم الخوارزمية يقتلونهم كيف شاوا ، واتفق انه ثبت علي قاضي توريز وقوع الطلاق من ازبك بن البهلوان المذكور علي زوجته بنت السلطان طغريل اخر الملوك السلجوقية المقدم ذكره ، فتزوج جلال الدين بمنت طغريل المذكور وارسل جيشا الي مدينة كنجة ففتحوها ، فهرب مظفر الدين ازبك بن محمد البهلوان الي قلعة هناك ، ثم هلك وتلاشي امره *

ذكر وفاة الملك الافضل نور الدين علي بن السلطان صلاح الدين يوسف ، في هذه السنة توفي الملك الافضل المذكور وليس بيده غير سميساط فقط ، وكان موته فجاة وعمره سبع وخمسون سنة ، وكان الملك الافضل فاضلا حسن السيرة وتجمعت فيه الفضايل والاخلاق الحسنة وكان مع ذلك قليل الحظ ، وله الاشعار الحسنة ، فمنها يعرض الي سوء حظه قوله ،

يا من يسود شعره بخضابه لعساه من اهل الشبيبة يحصل ،
ها فاختضب بسواد حظي مرة ولك الامان بانه لا ينصل / *

ولما اخذت منه دمشق كتب الي بعض اصحابه كتابا ، منه اما اصحابنا بدمشق فلا عليهم m لي باحد منهم ، وسبب ذلك ان

اي صديق سالت عنه ففي الذل وتحت الخمول في الوطن،
واي ضد سالت عن حالته سمعت ما لا تحبه اذني *

ذكر وفاة الخليفة الناصر، وفي اول شوال من هذه السنة توفي الامام الناصر لدين الله ، وكانت مدة خلافته نحو سبع واربعين سنة

لا صديق

tabulis a marito separaret suique iuris declararet esse: ipsum vero Vzbecum Conga, copiis illuc missis, excutiebat; qui deinceps in arcem aliquam ibi locorum se recipiebat, ubi eum periisse constat, sed ignoratur qua ratione. Imperium eius certe et res omnes prorsus evanescebant.

Eodem obiit Malec el-Afdal Nur-ed-din Ali, filius Sultani Salah-ed-dini, dominus Samisatae, (nihil enim aliud ipsi de paterno vasto imperio reliquum factum fuerat,) subito exstinctus fato, anno aetatis quinquagesimo septimo, vir excellentis ingenii, et laudabilis vitae, in quem et intellectus, et morum, praeclarae quaeque dotes convenerant, et nihilo tamen minus tam parum fortunatus, ut ipse, elegans poëta quum esset, sequens in astri sui saevitiem epigramma conderet:

O qui capillitium tuum de die in diem denigras, quisquis es, stolidus senex, quo, si posses, iuvenibus accenseare:
Huc ades, et vel semel illud tinge de meae sortis nigredine: quod si feceris, securum te iubeo esse, nigram illam tincturam constanter inhaesuram et nunquam defluxuram esse.

Quum Damasco excideret, scribebat ad amicorum quendam litteras, in quibus et haec inter alias legebatur sententia: "Quantum ad familiares nostros Damascenos attinet, sunt mihi ad unum omnes aut inutiles, aut diversi; ut per neutros liceat de futuris bene sperare. Nam

de quocunque interrogem amico, comperio illum in vilitate iacere, humileque et obscuro sub tecto sepultum.
Inimicorum contra de quocunque perconter, audit auris mea, quae non amat.*

Eiusdem anni mense decimo pariter obiit Chalifa Imam Naser ledin allah Ab'ul-Abbas Ahmed, filius Mostadii Hasani, filii Mostangedi Iusefi, filii Moctafii Muhammedis, filii Mostadhari Ahme-

* Hoc est: nam amici nostri sunt debiles, inimici contra praevalent.

سنة وعمي في اخر عمره، وكان موته بالدوسنطريا، وهو الامام الناصر لدين الله ابو العباس احمد بن المستضي حسن بن المستنجد يوسف بن المقتفي محمد بن المستظهر احمد بن المقتدي عبد الله بن الامير ذخيرة الدين محمد بن القايم عبد الله بن القادر احمد بن الامير اسحق بن المقتدر جعفر بن المكتفي علي بن المعتضد *i*) احمد بن الامير الموفّق (قيل اسمه طلحة وقيل محمد) بن المتوكل جعفر بن المعتصم محمد بن الرشيد هرون بن المهدي محمد بن المنصور عبد الله بن علي بن عبد الله بن عم النبي العباس بن عبد المطلب بن هاشم، وكان عمر الامام الناصر نحوً سبعين سنة ، وكان قبيح السيرة في رعيته ظالما لهم، خرب في ايامه العراق وتفرّق اهله في البلاد، وكان يتشيّع، وكان منصرّف الهمة الي رمي البندقة الطيور *k*) المناسيب وتلبّس سراويلات الفتوة ومنع رمي البندق الّا من ينسب اليه، فاجابه الناس الي ذلك الّا انسانا واحدا يقال له ابن السفت وهرب من بغداد الي الشام، وقد نسب الامام الناصر الي انه هو الذي كاتب التتر واطمعهم في البلاد بسبب ما كان بينه وبين خوارزمشاه محمد بن تكش من العداوة ليشتغل خوارزمشاه بهم عن قصد العراق ٭

ذكر خلافة ابنه الظاهر وهو خامس ثلاثينهم، ولما توفي الامام الناصر بويع ولده الظاهر بامر الله ابو نصر محمد، فاظهر العدل وازال المكوس واخرج المحبوسين وظهر للناس، وكان الناصر ومن قبله لا يظهرون الّا نادرا، ولم يطل مدة في الخلافة غير تسعة اشهر ٭

ثم

i) Forte وهي من اقليم الكرج *k*) وقعة انهزم فيها الكرج decerant in cod. L.

Ahmedis, filii Moctadii Abdallae, filii Emiri Dachirat-ed-dini Muhammedis, filii Caiemi Abdallae, filii Caderi Ahmedis, filii Emiri Ishaki, filii Moctaderi Gafari, filii Moctafii Alii, filii Motadedi Ahmedis, filii Emiri Movaffeki Talhae, (aut fecundum alios Muhammedis) filii Motavakkeli Gafari, filii Motafemi Muhammedis, filii Rafchidi Haruni, filii Mahdii Muhammedis, filii Manfuri Abdallae, filii Alii, filii Abdallae, filii Abbafi (qui erat prophetae patruus), filii Abd-el-Motallebi, filii Hafchemi. Dyfenteria ipfum abripiebat anno Chalifatus feptimo fere et quadragefimo, aetatis circiter feptuagefimo. Coecus fub vitae finem evaferat. Vir erat improbus et civibus iniquus: quapropter eo regnante deferta fuit Iraka, incolis alio paffim terrarum difcedentibus. Schiitis adhaerebat, omnemque curam ponebat in avibus epiftoliaphoris glande feriendis,* et induendis talaribus [aut braccis] Fatuvae; vetabat etiam glandes iaculari, nifi quis iactum fuum de ipfo Nafericum appellet, quod omnes ita faciebant, illo flagitante, praeter unum aliquem Ibn-es-Saftum, qui, quod ipfi nollet hac in re concedere et gratificari, Bagdado in Syriam emigrabat. Huic Nafero quoque Tataricam imputant calamitatem. Hunc enim aiunt Tataros excitaffe et allicuiffe in territorium Muflemicum eo fine, ut Chovarezimfchahum Muhammedem, Tacafchi filium, quem capitale odio perfequebatur, exercerent, et peffum darent, eoque a vexanda Iraca averterent.

Succedebat ipfi filius, Daher beamr-allah Abu-Nafr Muhammed, numero Chalifarum Abbafidarum trigefimus quintus, vir multis in rebus patri diverfiffimus; exercebat enim iuftitiam, abrogabat tributa, mittebat miferos e carceribus, confpiciendum fe fuis dabat, contra quam pater eius fecerat, perraro in publico folitus comparere. Dolendum modo, eum ultra novem menfes imperio non praefuiffe. Anno

*Id profecto videntur arabica dicere; quod tamen improbabile mihi quidem eft ita effe. Forte dicere voluit, in alendis avibus epiftoliaphoris, et explodendis glandibus.

ثم دخلت سنة ثلاث وعشرين وستماية، فيها سار الملك المعظم عيسي بن العادل صاحب دمشق ونازل حمص، وكان قد اتفق مع جلال الدين بن خوارزمشاه ومع مظفر الدين صاحب اربل علي ان يكونوا يدا واحدة، وكان الملك الاشرف ببلاده الشرقية، ثم رحل المعظم عن حمص الي دمشق بسبب كثرة ما *p* مات من خيله وخيل عسكره، وورد عليه اخوه الملك الاشرف طلبا للصلح وقطعا للفتن، فبقي مكرما ظاهرا وهو في الباطن كالاسير معه، واقام الملك الاشرف الي ان انقضت هذه السنة، واما الملك الكامل فانه كان بمصر وقد تخيّل من بعض عسكره فلا يمكنه الخروج منها ✲

وفيها فتح جلال الدين تفليس من الكرج وهي من المدن العظام ✲

وفيها سار جلال الدين ونازل خلاط وهي منازلته الاولي، فطال القتال بينه وبين نايب الاشرف بخلاط الحاجب حسام الدين علي الموصلي، وكان نزوله عليها ثالث عشر ذي القعدة ورحل عنها لسبع بقين من ذي الحجة من هذه السنة لكثرة الثلوج ✲

ذكر وفاة الخليفة الظاهر بامر الله محمد بن الناصر لدين الله، وفي رابع عشر رجب من هذه السنة توفي الخليفة الظاهر، وكان متواضعا محسنا للرعية جدّا وابطل عدّة مظالم، منها انه كان بخزانة الخليفة صنجة زايدة يقبضون بها المال ويعطون

l) ينصل *defluet.* اصل النصل المفارقة، يقال نصل الخضاب اذا ذهب وفارق verba sunt Meidanii, h. e. " نصل in origine desertionem notat. Ita dicitur نصل de tinctura, quando abiit atque deseruit [rem

Anno DCXXIII [qui Calend. Ianuar. A. C. 1226 coepit] invadebat Malec el-Moattam, Damafci dominus, Emeffam, ex pacto, in quod is et Gelal-ed-din Mancberni, et Modaffar-ed-din, Arbelae dominus, adverfus Malec al-Afchrafum coniuraverant; et cuius vi Gelal-ed-din pariter Challatam hoc ipfo anno tentabat. Sed uterque pari cum fucceffu. Hunc enim Challata nix, ut ftatim paullo diftinctius dicemus, illum, Moattamum, vero Emeffa cogebat lues abfcedere, quae in equos eius caftrenfes inciderat. Inter haec agebat Malec el-Afchraf in terris fuis orientalibus, indeque iter ad fratrem Damafcum inftituebat, quo fcabitudinem omnem ex eius animo deleret. Hunc etiam accipiebat Moattam perhonorifice, fi ab externa fpecie rem aeftimes, tenebatque fecum usque ad alterum annum, fed profecto, fi verum volumus dicere, tanquam in cuftodia. Neque interponere fe turbis hifce domefticis, aut Aegypto excedere, poterat communis frater, Sultan Malec el-Camel, quia militares aliquot fuos duces novis rebus ftudere fufpicabatur.

Hoc anno expugnabat Gelal-ed-din, filius Chovarezimfchahi, Teflifum, urbem in Corgorum [Georgiae] maximis: deinde obfidebat Challatam pro prima vice, a die decimo tertio inde menfis undecimi, usque ad vigefimum tertium menfis duodecimi huius ipfius anni; quo tempore abfcedebat, tam a multa ruente nive coactus, quam ab acerrima defenfione oppidanorum et Hagebi [feu cubicularii] Hufam-ed-dini Alii, Maufelenfis, quem Afchraf urbi fuo nomine gubernatorem impofuerat, fatigatus.

Menfe huius anni feptimo, decimo quarto die, obiit Chalifa, Daher beamr-allah Muhammed, filius Imami Naferi, princeps clemens, prorfus non arrogans, egregie beneficus erga cives, quibus a patre quondam impofita iniqua multa onera ademit: ut hoc eft. Erat in tribunali redituum et expenfarum Chalifae iniqua bilanx, qua qui accipiebantur omnes numi aurei

 penfi-

ويعطون بالصنجة التي يتعامل بها الناس ، وكان زيادة الصنجة في كل دينار حبّة ، فخرج توقيع الظاهر بابطال ذلك ، واوّله ويل للمطفّفين *q* الذين اذا اكتالوا علي *r* الناس يستوفون واذا كالوهم او وزنوهم يخسرون ، وعمل صنجة المخزن مثل صنجة المسلمين ، وكان مضادًّا لابيه الناصر في كثير من الاحوال ، منها ان مدة خلافة ابيه كانت طويلة ومدة خلافته كانت قصيرة ، وكان ابوه متشيّعا وكان الظاهر سنّيا ، وكان ابوه ظالما جمّاعا للمال وكان الظاهر في غاية العدل ، وبذّل الاموال للمحبوسين علي الديون وللعلماء *

ذكر خلافة المستنصر وهو سادس ثلاثينهم ، ولما توفي الظاهر ولي الخلافة بعده ابنه الاكبر المستنصر بالله ابو جعفر المنصور ، وكان للظاهر ولد اخر يقال له الخفاجي في غاية الشجاعة وبقي حيا حتي اخذت التتر بغداد وقتل مع من قتل ، ولما تولي المستنصر الخلافة سلك في العدل والاحسان مسلك ابيه الظاهر *

وفيها سار علاء الدين كيقباد بن كيخسرو بن قليج ارسلان صاحب بلاد الروم الي بلاد الملك المسعود الارتكي صاحب امد ، فنزل كيقباد بملطية وهي من بلاد كيقباد وارسل عسكرا ففتحوا حصن منصور وحصن الكختا وكانا لصاحب امد المذكور *

وفيها في خامس عشر الحجة نازل جلال الدين خلاط وهي للملك الاشرف وبها نايبه حسام الدين علي الحاجب ، وهي منازلته الثانية ، وجري بينهم قتال شديد ، وادركه البرد ، فرحل عنها في السنة المذكورة *

ثم

[rem tinctam]." Explicat ibi loci elocutionem افوق ناصل "fagitta crenae

penſitabantur, ſed illa ſic comparata, ut omnes in ea ponderati numi vulgares aurei uno iuſti ponderis grano leviores deprehenderentur, qui defectus compenſandus erat a debentibus. At ſi quid viciſſim quaeſtores ipſi ſolverent, expendebant ſecundum pondus vulgare. Id abrogabat Daher edicto propoſito, cuius initium erat haec ex Corano [Sura 83.] depromta ſententia: "Vae "decurtatoribus, qui, ſi ab aliis aliquid accipiunt vel petunt, "plenam poſtulant et uberem menſuram; ipſi vero deminuunt, "ſi quid aliis aut per menſuram aut per pondus exhibent." Et ſic faciebat bilancem auguſti aerarii aequalem vulgari Muſlemorum bilanci. Verbo, patri multis in rebus erat prorſus contrarius. Pater diu regnaverat. Hic regnavit breviſſime. Pater fuerat Schiita, hic Sunnita erat. Pater iniuſtus fuerat, et divitias modis perinde omnibus corraſerat; hic erat aequiſſimus, et erga debitores, quos alienum aes carceri damnabat, uti etiam erga doctos, liberaliſſimus.

Succedebat huic filius natu maior, Abbaſidarum numero trigeſimus ſextus, Moſtanſer billah Abu-Gafar Manſur. Nam et alium habebat Daher natu minorem filium, Chafagitam (225) vulgo dictum, hominem fortiſſimum et maxime ſtrenuum, qui cum aliis in excidio patriae, Bagdadi, a Tataris peremtus fuit. Moſtanſer autem, veſtigia patris premens, exercebat iuſtitiam, et bene civibus faciebat.

Eodem impetebat Ala-ed-din Caicobad, filius Caichoſrui, filii Kilig Arſlani, dominus Romaniae, territorium Malec el-Maſudi, Ortokidae, eique, per immiſſas ex urbe ſua, Malatia, copias, (ibi enim ipſe obhaerebat) Heſn-al-Manſur, et Heſn-al-Cachta, adimebat.

Hoc anno paene finiente, die decimo quinto duodecimi menſis (226), tentabat Gelal-ed-din Challatam altera vice, acriterque cum Huſam-ed-dino, Hagebo, vicario Malec el-Aſchrafi, concertabat. Sed rurſus iubebat eum frigus ingruens hoc ipſo anno rebus infectis abſcedere.

Anno

ثم دخلت سنة اربع وعشرين وستماية والملك الكامل بديار مصر وجلال الدين خوارزمشاه ملك اذربيجان واران وبعض بلاد الكرج وعراق العجم وهو موافق الملك المعظم علي حرب اخويه الكامل والاشرف ، والرسل لا ينقطع بين جلال الدين وبين المعظم ، والملك الاشرف مقيم كالاسير عند اخيه الملك المعظم ، ولما راي الاشرف حاله مع اخيه المعظم وانه لا خلاص له منه الّا باجابته الي ما يريد اجابه كالمكره الي ما طلبه منه وحلف له ان يعاضده ويكون معه علي اخيهما الملك الكامل وان يكون معه علي صاحب حماة ، ولما حلف له علي ذلك اطلقه الملك المعظم ، فرحل الملك الاشرف في جمادي الاخرة من هذه السنة ، فكانت مدة مقامه مع المعظم نحو عشرة اشهر ، ولما استقر الملك الاشرف ببلاده رجع عن جميع ما تقرّر بينه وبين اخيه الملك المعظم وتاوّل في ايمانه التي حلف انه مكره ، ولما تحقق الملك الكامل اعتضاد اخيه الملك المعظم بجلال الدين خاف من ذلك وكاتب الانبرور ملك الفرنج في ان يقدم الي عكا ليشغل سرّ اخيه المعظم عما هو فيه ، ووعد الانبرور ان يعطيه القدس ، فسار الانبرور الي عكا ، فبلغ ذلك المعظم ، فكاتب اخاه الاشرف واستعطفه *

وفيها

الافوق السهم الذي كسر فوقه crenae ruptae cui ferrum decidit." والناصل الذي خرج نصله وسقط De *dente* est in illo veteris poëtae apud Scholiasten Gorairi:

ضرسكم اذا انقذته الحرب اسنخ ناصل ،

"Dentes vestri, a bello dum evelluntur, evelluntur partim vi, partim sponte sua defluunt."

De

Anno DCXXIV [qui die 21 Dec. A.C. 1227 coepit] conflabant orientis principes varia et adverſa ſibi foedera. Sultan Malec el-Camel Miſra excedere fratrique, Aſchrafo, ſuccurrere nequibat, quem communis frater, Moattam, Damaſci tanquam in cuſtodia tenebat. Hic vero palam, conſcio et ſpectante Aſchrafo, adverſus ipſum tractabat cum legatis Gelal-ed-dini Chovarezimſchahi, qui, poſtquam Aderbiganam, Arranam, particulam Corg [ſeu Georgiae], Irakam Perſicam, et alia ſui iuris feciſſet, meditabatur porro iunctis cum Damaſceno viribus bellum vicino ſuo, Aſchrafo, eiusque fratri et foederato Camelo inferre; ideoque legatos indeſinenter ad Damaſcenum miſſitabat. Intelligens igitur Aſchraf ibi rerum ſe cum fratre verſari, ut nullo modo queat evadere, niſi praeſcriptis conditionibus omnibus, etiamſi invitus, ſubſcribat, victas tandem dabat manus, eoque ſuam adſtringebat ſacramento fidem Damaſceno, ut vellet ipſum modis, quibus poſſet, omnibus adiuvare, communemque cum ipſo cauſſam adverſus Camelum, et adverſus Hamatae dominum, Malec en-Naſerum, facere. Vt in haec Moattami poſtulata conſenſerat et iuraverat Aſchraf, tandem aliquando dimiſſus domum revertebatur, huius anni ſexto menſe, poſtquam Damaſci decem paene menſes haeſiſſet. At ſibi redditus et ſui denuo iuris factus, reſcindebat pacta conventa omnia, negans, ea religione teneri, cui volens et obluctans alligatus fuerit. Ex altera parte turbabat Camel pariter Moattami circulos. Nam, ut pro certo compererat ille, hunc cum Gelal-ed-dino in ſocietatem belli coiiſſe, eiusque fretum auxilio inſoleſcere, metuebat ſibi, ideoque, quo distraheret eius curas et molimina, evocabat al-Amparur [l'Empereur, Imperatorem*] regem Francorum, in Palaeſtinam: quod facillime, ſpe Hieroſolymae propoſita, efficiebat. Neque ſpes eum fallebat. Aderat Imperator ad Acconem, et Moattam territus inſtituebat blandis verbis et litteris Aſchrafum demulcere.

Eodem

* Fridericum II. vid. Marin. Sanut. p. 211.

وفيها انتزع الاتابك طغريل الشغر وبكاس من الملك الصالح احمد بن الملك الظاهر وعوّضه عنها بعينتاب والراوندان ٭

وفيها سار الحاجب حسام الدين علي نايب الملك الاشرف بخلاط بعساكير الملك الاشرف الي بلاد جلال الدين واستولي علي خويّ وسلماس ، ونقجوان ٭

ذكر وفاة الملك المعظم صاحب دمشق ، في هذه السنة في ذي القعدة توفي الملك المعظم عيسي بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب بقلعة دمشق بالطوسنداريا وعمره تسع واربعين سنة ، وكانت مدة ملكه دمشق تسع سنين وشهورا ، وكان شجاعا وعسكره في غاية التجمّل ، وكان يجامل اخاه الملك الكامل ويخطب له ببلاده ولا يذكر اسمه معه ، وكان الملك المعظم قليل التكلّف جدّا في *l* غالب الاوقات ولا يركب بالسناجق السلطانية وكان يركب وعلي راسه كلوته صفرا بلا شاش ويتخرق *r* الاسواق من غيران يطرق بين يديه كما جرت عادة الملوك ، ولما كثر مثل هذا منه صار الانسان اذا فعل امرا لا يتكلف له يقال فعله بالمعظّميّ ، وكان فاضلا عالما بالفقه والنحو وكان شيخه في النحو تاج الدين بن الحسن الكندي وفي الفقه جمال الدين الحصيري ، وكان حنفيا متعصّبا لمذهبه وخالف جميع اهل بيته ، فانهم كانوا شفعوية ، ولما توفي الملك المعظم ترتّب في مملكته بعده ولده الملك الناصر صلاح الدين داود وقام

De altera significatione verbi نصل hinc nata, celeriter eundi, decurrendi, aut defluendi ex aliqua re, locus hic agendi non est.

m) لا عليهم cet. Hanc phrasin non expeditio. In latinis dedi quod potui; solum

Eodem adimebat Atabec Togril arces, Schogr et Bacas, earum, qui hactenus fuerat, domino, Malec es-Saleho, filio Malec el-Modaffari, domini quondam Halebensis; earumque in vicem ipsi dabat Aintabam et Ravandanam.

Eodem rependebat Gelal-ed-dino Chovarezimschaho aequas vices Hageb Husam-ed-din, vicarius Malec el-Aschrafi apud Chal-latam, et cum heri copiis ditionem hostis ingressis adimebat ipsi Chovaium, Salamasum et Nacgavanum.

Inter hos autem tumultus et molitiones abripiebat dysenteria mense anni penultimo Malec el-Moattamum Isam, filium Malec el-Adeli, filii Eiubi, in arce Damascena, quum annum aetatis ageret nonum et quadragesimum, et Damascum per novem annos cum aliquot mensibus tenuisset. Vir erat fortis; copias ut numerosas, ita semper habebat pulcherrime comtas et nitidas. Fratrem, Camelum, blande cauteque tractabat, curabatque nomen eius, omisso suo, e ditionis suae suggestibus recitari. Admodum negligebat externum suae dignitatis decorum. In publicum procedens in equo, ut plurimum absque praelatis vexillis Sultanicis ibat, in capite tantum flavam Kelutam (227) absque Schascho [seu taenia, vexilli scilicet] (228) gerens, saepe forum, lictore, qui viam faciat, non praeeunte raptim percursabat, contra morem principum omnium. Vnde factum, ut si quis aliquid absque sollicito moris recepti decorive studio, tumultuarie peragere conspiceretur, is id Moattamice per vulgare proverbium diceretur facere. Ceterum excellente praeditus ingenio callebat Moattam fikham, et grammaticam, magistrisque usus fuerat praestantissimis, in illa quidem, Gemal-ed-dino Hasirico (229), in hac autem, Tag-ed-dino Zaido, filio Hasani, Kendita. Hanafiticae sectae sed cum vehementia et aemulatione studebat (230), solus de tota domo Eiubica; nam ceteri omnes eius gentiles Schafiitae a principio ad finem erant. Sufficiebatur illi filius, Malec en-Naser Salah-ed-din David, paternus autem

وقام بتدبير مملكته مملوك والده واستاذداره الامير عز الدين ايبك المعظّمي ، وكان لايبك المذكور صرخد واعمالها *

ذكر وفاة ملك المغرب واخبار الذين تملّكوا بعده ، في هذه السنة خلع العادل عبد الله بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن ، وقد تقدّم ذكر ولايته في سنة عشرين وستماية بعد خلع عبد الواحد وقتله ، وفي ايام العادل المذكور كانت الوقعة بين المسلمين والفرنج بالاندلس علي طليطلة انهزمت فيها المسلمون هزيمة قبيحة ، وهذه الوقعة هي التي هدّت دعايم الاسلام بالاندلس ، ولما خلع عبد الله العادل المذكور حبس ثم خنق ونهب المصمّدون قصره بمرّاكش واستباحوا حرمه ، ثم ملك بعده يحيي بن محمد الناصر بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن ويحيي يوميذ ما خطّ عذاره ، ولما تمّت بيعة يحيي وصل الخبر انه قام باشبيلة ادريس بن يعقوب المنصور وهو اخو العادل عبد الله ، وتلقّب ادريس بالمامون ، وجميعهم كانوا يتلقبون بامير المومنين وتعقد البيعة لهم بالخلافة ، ولما استقرّ امر ادريس المامون المذكور في اشبيلية ثارت جماعة من اهل مراكش وانضمّ اليهم العرب ووثبوا علي

solum illud باحد turbat. Si esset ولا احد (hoc est ولا علي احد) posset subintelligi ثقة fiducia. "Non est mihi fiducia super illis, et ne quidem super uno eorum." Posset idem sensus emergere, si manente باحد abesset عليهم. Posset quoque معتبة subintelligi, si nempe ولا احد legatur. "Non est mihi super illis caussa querendi, et ne quidem super uno eorum." Sed forte recte habent omnia, ego vero non perspicio.

z) Pro المكتفي علي بن المتعضد legebatur in codice المعتصم tantum.

mamlucus et maior domus, Emir Azz-ed-din Ibec (231), Moattamicus, Sarchodae cum annexo agro dominus, pueri curam et regni gerebat.

Hic annus occaſionem magnis turbis et rerum permutationibus in occidente dabat, quas, cum per annos commode diſcerpi nequeant, quum de temporibus horum caſuum omnium non conſtat, iuvat hic loci uno ſub conſpectu exhibere. Nimirum hoc anno remotus ab imperio et deinceps in carcere ſtrangulatus fuit ille Adel Abdalla, filius Iacobi Manſuri, filii Ioſefi, f. Abd-el-Mumeni, dominus Occidentis et Andaluſiae, quem poſt eiectum poteſtate peremtumque patruum eius Abd-al-Vahedum Moſtadium, ſupra notavimus anno DCXX ad Chalifatum evectum fuiſſe. Hanc enim dignitatem affectabant, ideoque imperatores fidelium ſalutari, titulo Chalifis peculiare, volebant eius gentis, qui regnarunt, omnes. Obtinente iſto Adelo contigit atrox illa in Hiſpania Francos inter et Muſlemos apud Tolaitalam [vel Toletum] pugna (232), qua non tantum foedam in fugam converſi fuerunt Muſlemi, ſed etiam everſae ibi terrarum Iſlamicae fidei columnae. (233) Tum vero, quum extrema, quam diximus, Adelum obrueret calamitas, tanto ſaeviebant Moſſammeditae (234) furore, ut eius, quod Marracaſchae exſtabat, palatium expilarent, et Haramum [ſeu gynaeceum auguſtum] publicae rapinae permitterent. Huic ſufficiebant quidem Iahiam, filium Muhammedis Naſeri, filii Manſuri Iacobi, filii Ioſephi, filii Abd-el-Mumeni, ſed eum iuvenem, genas nondum lanugine veſtitum, et cuius poteſtas parum diu ſtetit. Paullo enim poſt eius inaugurationem adveniebat rumor, Edriſum (235), filium Manſuri Iacobi, fratrem ſtrangulati Adeli, aqud Hiſpalin caput extuliſſe, Chalifaeque titulum, et appellationem Mamuni aſſumſiſſe. Maroccanos ille rumor in ſeditionem agebat, quibus etiam Arabes [in campis vicinis palantes] ſeſe adiungebant. Hi Iahiam, recentem ſuum dominum, ſubita incurſione adorti,

 coge-

علي يحيي بن محمد الناصر بمرّاكش ، فهرب يحيي الي الجبل ثم اتّصل بعرب المعقلي z ، فغدروا به وقتلوه ، وخطب للمامون ادريس بمراكش واستقر امره في الخلافة في البرّين برّ الاندلس وبرّ العدوة ، ثم خرج علي المامون ادريس المذكور بشرق الاندلس المتوكّل بن هود واستولي علي الاندلس ، ففارق ادريس الاندلس وسار من اشبيلية وعبر البحر ووصل الي مراكش ، وخرجت الاندلس حينيذ من ملك بني عبد المومن ، ولما استقر المامون ادريس في ملك مراكش تتبّع الخارجين علي من تقدّمه من الخلفاء ، فقتلهم عن اخرهم وسفك دماء كثيرة حتي سمّوه حجّاج المغرب ، وكان المامون ادريس المذكور فصيحا عالما بالاصول والفروع ناظما ناثرا امر باسقاط اسم ابن تومرت من الخطبة علي المنابر وعمل في ذلك رسالة طويلة فصح فيها بتكذيب مهديهم المذكور وضلاله ، ثم سار علي ادريس المذكور اخوه بسبتة ، فسار ادريس من مراكش اليه وحصره ، ثم بلغه (وهو محاصر سبتة) ان

o) الطيور Num والطيور ? sed videtur quid deesse. p) ما C. L. من

q) للمطففين Est initium Surae LXXXIII. Notat ea vox eos, qui in mensurando vas non adimplent exacte, sed orae supremae vacuum aliquid relinquunt. Venit a طف *latus*, *ora*, *margo*. Hinc طف, et in IV اطف et in X استطف *praebuit res latus suum*, *oram suam*, h. e. dedit sese apprehendendam ex ora vel latere suo. Hinc طفف *fecit rem apprehensibilem ex ora sua.* Habet Meidanius proverbium خذ ما طفّ لك *accipe quod tibi sese offert*, ad quod ita disserit: واستطف واطف ايضا ، ويقال طف الشي يطف طفوفا اذا ارتفع وقلّ ، ويقال ايضا خذ ما دقّ واستدقّ ، قاله ابو زيد ، اي ما تهيا ،

cogebant ad Montes effugere. Sed incidebat in Arabes Makeli (236), qui eum perfide trucidabant. Itaque renunciabatur Edris Marracaſchae quoque Chalifa, dominusque fiebat utriusque continentis, tam Andaluſeni, quam eius, quod Barr-el-Adva [ſeu terra traiectus, vel promontoria traductiva] vulgo appellatur. Verum illi paullo poſt contingebat totius Hiſpaniae Muſlemicae iactura. Nam in orientale Hiſpania deficiebat ab ipſo Motavakkel Ibn-Hud (237) [ſeu de gente Huditarum aliquis], qui totam ſibi ſubigebat Hiſpaniam. Quae res Edriſum cogebat Hiſpalin totamque Andaluſiam evacuare, traiectoque freto Gaditano Marracaſcham ſe conferre. Sic peribat in perpetuum Abd-el-Mumenidis Hiſpaniae poſſeſſio, neque reliquam fiebat Edriſo niſi regnum Maroccanum, in quo quum firmum poneret gradum, acriter inveſtigabat, gladioque delebat rebelles, quotquot nanciſci poterat, ad unum omnes, qui a maioribus ſuis, ſuperioribus Chalifis, defecerant, merebatque ſic a crudelitatis et caedium intemperantia Hegagus occidentalis appellari, [quaſi ſanguines aeque avide funderet, atque ille Hegagus filius Ioſephi, dominus Irakae, de quo multus nobis ſermo ſub finem primi ab Iſlamiſmo nato ſaeculi fuit]. Religionem quoque et ritus occidentalium temerabat, et iſtius Ibn-Tomrut nomen in ſacris concionibus porro commemorari vetabat, quem Abd-el-Mumenidarum dynaſtiam inſtituiſſe, et pro Mahdio illo, quem Muhammedes venturum praedixerat, reputatum fuiſſe ab occidentalibus, ſupra narravimus. Noſter Edris autem edito prolixo quidem at diſerto libello demonſtrabat, illum neutiquam Mahdium, ſed impoſtorem et fanaticum fuiſſe. Eloquens enim erat Edris et eruditus homo, ligato pariter atque ſoluto ſermone ſcribebat polite, et tam Oſul [ſeu fundamenta fidei], quam Foru [ſeu ſubtiliora eius capita] callebat. Erat ipſi frater, qui rebellionem in urbe Sabta [vel Ceuta] moliebatur. Hunc ibi obſeſſum et compreſſum ibat Edris. Interea vero dum illam urbem premit et cinctam

 tenet,

ان بعض اولاد محمد الناصر بن يعقوب المنصور قد دخل الي مراكش ، فرحل ادريس عن سبتة وسار الي مراكش فمات في الطريق بين سبتة ومراكش ، ولما مات المامون ادريس ملك بعده ابنه عبد الواحد بن المامون ادريس بن يعقوب المنصور بن يوسف بن عبد المومن وتلقب المذكور بالرشيد ، ثم توفي الرشيد غريقا في صهريج ببستان له بحضرة مراكش في سنة اربعين وستماية ، وكان الرشيد عبد الواحد المذكور حسن السياسة، وكان ابوه ادريس قد ابطل اسم مهديهم من الخطبة ، فاعاده عبد الواحد المذكور وقمع العرب الّا انه تخلّي للذاته لما استقرّ امره ، ولم يخطب للرشيد عبد الواحد المذكور بافريقية ولا بالغرب الاوسط ، ولما مات الرشيد عبد الواحد المذكور ملك بعده *a* علي بن ادريس وتلقب بالمعتضد امير المومنين، وكان اسود اللون وكان مدحوضا *b* في حيوة والده وسجنه *c* في بعض الاوقات وقدّم عليه اخاه الصغير عبد الواحد المذكور ، واستمرّ علي المعتضد بن ادريس المذكور حتي قتل وهو محاصر قلعة بالغرب من تلمسان في صفر من سنة ست واربعين وستماية ، ثم ملك بعد المعتضد الاسود المذكور ابو حفص عمر بن ابي *d* ابراهيم بن يوسف في شهر ربيع الاخر من سنة ست واربعين وستماية وتلقب بالمرتضي ، وفي الحادي والعشرين من المحرم سنة خمس وستين وستماية دخل الواثق ابو العلا ادريس المعروف بابي دبوس مراكش ، فهرب المرتضي الي ازمّور من نواحي مراكش فقبض عليه عامله بها وبعث الي الواثق بذلك ، فامره الواثق بقتله، فقتله في العشر الاخير من شهر ربيع الاخر من سنة خمس وستين وستماية

tenet, audit, aliquem filiorum Muhammedis Naſeri, filii Iacobi Manſuri, Marracaſcham ſubiiſſe et occupaſſe. Igitur omiſſo fratre et Sabta retro domum properabat, irrito ſtudio: obrutus enim a fato ipſa in via fuit. Succedebat ipſi filius Abd-el-Vahed, qui Raſchid volebat appellari. Hic anno DCLX periit, in lacu (238), quem in hortis ſuburbanis apud Marracaſcham habebat, exſtinctus: princeps erat bonus et commodus. Nomen Mahdii, de quo modo dicebamus, e ſacris a patre proſcriptum, revocabat in uſum, Arabesque protervos caſtigabat et compeſcebat. Id unum in eo culpandum, quod, ex quo regnare coepit, voluptatibus ſuis vacavit. In Africa [provincia] et in Magrab al-Auſat [hoc eſt, occidente medio, ſeu Telemſana et Segelmeſa] agnita non fuit eius auctoritas. Huic ſuccedebat frater, filius Edriſi, ſub titulo Motadedi. Niger is erat et a patre, dum viveret, contemptu habitus, interdum etiam carcere damnatus, ideoque minori fratri, modo memorato Raſchido, in haereditate regni poſtpoſitus. Is dum arcem quandam prope Telemſanam obſidet, occiſus fuit ſecundo menſe anni DCXLVI. Inde regnare coepit Abu-Hafs Omar, filius Ibrahimi (239), filii Ioſephi, menſe quarto anni eiusdem DCXLVI, ſub titulo Mortadii. Sed die vigeſimo primi menſis anni DCLXV veniebat Marracaſcham Vatec Abu'l-Ola Edris, vulgo Abu-Dobus (240) dictus, quem fugiens Mortadius, dum Azammuram ſe recipit, arcem provinciae Maroccanae, comprehendebatur ab eius praefecto, qui ſtatim Abu-Dobuſo de capta praeda ſignificabat, et, quid agendum porro ſibi ſit, doceri flagitabat, et tandem de medio tollere captivum iuſſus, necabat Mortadium (241) labente menſe quarto huius anni DCLXV, in loco cui nomen eſt Catama, et qui triduo a Marracaſcha diſtat. Obtinebat inde Abu-Dobus per triennium ad annum usque DCLXVIII. Eo enim ineunte peribat in bello, quod cum Marinidis, dominis Telemſanae, gerebat, in loco, qui Marracaſcha pariter triduum, in ſeptentrionem,

وستماية بموضع يقال له كتامة بعده عن مراكش ثلثة ايام ، واقام الواثق ابو دبوس ثلاث سنين وقتل في الحروب التي كانت بينه وبين بني مرين ملوك تلمسان ، وانقرضت دولة بني عبد المومن ، وكان قتل الواثق ابي دبوس المذكور في المحرم سنة ثمان وستين وستماية بموضع بينه وبين مراكش مسير ثلثة ايام في جهتها الشمالية ، واستولي بنو مرين علي ملكهم ، وقد حصل الاختلاف في نسب ابي دبوس ، فاني وجدت في بعض الكتب المولّفة في هذا الفن ان ابا دبوس هو ابن المامون ادريس ، ثم وجدت نسبه في وفيات الاعيان انه هو نفسه اسمه ادريس بن عبد الله بن يعقوب بن يوسف بن عبد المومن علي ما e سنذكره ان شاء الله تعالي ☼

ثم دخلت سنة خمس وعشرين وستماية ، وفيها ارسل الملك الكامل صاحب مصر يطلب من ابن اخيه الملك الناصر داود بن الملك المعظم صاحب دمشق حصن الشوبك ، فلم يعطه الملك الناصر ولا اجابه الي ذلك ، فسار الملك الكامل من مصر في هذه السنة في رمضان الي الشام ونزل علي تل العجول بظاهر غزة وولّي علي نابلس والقدس وغيرهما من بلاد ابن اخيه الملك الناصر داود المذكور صاحب دمشق حينيذ ، وكان صحبة الملك الكامل الملك المظفر محمود بن السلطان الملك المنصور صاحب حماة وهو موعود من الملك الكامل ان ينتزع حماة من اخيه الناصر قليج ارسلان بن الملك المنصور ويسلمها اليه ، ولما قصد الملك الكامل انتزاع بلاد الملك الناصر بن المعظم صاحب دمشق استنجد الناصر داود بعمه الملك الاشرف وارسل اليه وهو ببلاده الشرقية ، فقدم الملك الاشرف الي

trionem, diſtat. Per huius viri mortem deſinebat Abd-el Mumenidarum dynaſtia (242), et ipſorum ditio cedebat Marinidis. Dubium non eſt eum ad Abd-el-Mumeni gentem pertinere: ſed de patre ipſius non conſtat inter ſcriptores. In uno quodam eorum librorum, qui de rebus his, occidentalibus ſcilicet, expoſuerunt, et meas in manus inciderunt, inveni hunc Abu-Dobuſum filium Mamuni Edriſi citari. Sed in Vafiat el-Aian [Ibn-Challacani hiſtoria virorum illuſtrium] exſtat, eius ipſius, non patris, verum nomen fuiſſe Edris, et ipſum filium fuiſſe Abdallae, filii Iacobi, filii Ioſephi, filii Abd-el-Mumeni. Quae porro poſt haec tempora novarum rerum in Africa contigerint, ſuo loco dicemus.

Anno DCXXV [qui die 11 Dec. A. C. 1227 coepit] depoſcebat Malec el-Camel a Malec en-Naſero Davudo, filio ſui quondam fratris, Malec el-Moattami, domino Damaſci, arcem Schaubek, eoque negante tendebat in Syriam, nono menſe Miſra cum copiis egreſſus, et poſitis ſuper Tall el-Ogul [ſeu colle vitulorum] in agro Gazaeo caſtris dimittebat Neapolin, Hieroſolymas, et in alia loca de nepotis ditione, ſuo nomine curatores. Habebat ſecum Malec el-Modaffarum Mahmudum, ex ſorore nepotem, Malec el-Manſuri, quondam Hamatae domini, filium, cui reſtitutionem patrimonii, hoc eſt Hamateni principatus, promiſerat, ab eius fratre, Malec en-Naſero Kilig Arſlano, praerepti. Malec en-Naſer interim, non Hamatenus hic, ſed ille alter, Damaſcenus, Davud, alterius patrui, Malec el-Aſchrafi, domini terrarum orientalium, implorabat auxilium. Etiam aderat Aſchraf, et aſcendebat cum nepote, in equeſtre pompa, in arcem Damaſcenam, labente nono menſe. Praeſens ego tum ſpectabam hanc panegyrin, (verba ſunt Cadii Gemal-ed-dini Ebn-Vaſeli). Malec el-Aſchraf geſtabat ſuper capite Schaſch [ſeu taeniam, vel potius telam] ingentis vexilli, circa medium mantili [vel licio ſerico] religati. Adveniebat quoque officii et cultus Aſchrafo demon-

الي دمشق ودخل هو والناصر داود الي قلعة دمشق راكبين، قال القاضي جمال الدين بن واصل كنت ان ذاك حاضرا بدمشق ورايت الملك الاشرف راكبا مع ابن اخيه وعلي راس الملك الاشرف شاش علم كبير ووسطه مشدود بمنديل، وكان وصول الاشرف الي دمشق في العشر الاخير من رمضان من هذه السنة ووصل الي خدمته بدمشق الملك المجاهد شيركوه، فانه كان من المنتمين الي الملك الاشرف، ثم وقع الاتفاق ان يسير الناصر وشيركوه مع الملك الاشرف الي نابلس فيقيم الناصر داود بنابلس ويتوجه الملك الاشرف الي اخيه الكامل الي غزة شافعا في ابن اخيهما الناصر داود، ففعلوا، فلما وصل الملك الاشرف الي اخيه الكامل وقع اتفاقهما في الباطن علي اخذ دمشق من ابن اخيهما الناصر داود وتعويضه عنها بحرّان والرها والرقة من بلاد الملك الاشرف. وان تستقر دمشق للملك الاشرف ويكون له الي عقبة افيق وما عدا ذلك من بلاد دمشق يكون للملك الكامل، وان ينتزع حماة من الملك الناصر قليج ارسلان ويعطي الملك المظفر محمود بن الملك المنصور، وان ينتزع سلمية من المظفر محمود (وكانت اقطاعه لما كان مقيما بمصر عند الملك الكامل) ويعطي لشيركوه صاحب حمص، وخرجت السنة والاشرف عند اخيه الكامل بظاهر غزة وقد اتفقا علي ذلك *

وفيها عاود التتر قصد البلاد التي بيد جلال الدين بن خوارزمشاه وجرت بينه وبينهم حروب كثيرة كان في اكثرها الظفر للتتر *

وفيها قدم الانبراطور الي عكا بجموعه، وكان الملك الكامل قد ارسل اليه فخر الدين بن الشيخ يستدعيه الي قصد الشام بسبب اخيه .

[handwritten marginal note, partly cut off:] ...ave ... Kamil ...iously sent ...Din, son of ... to invite the ...r to land in Syria. This he did on account of his brother ...n, whom he wished by this means to punish.

ſtrandi gratia Damaſcum Malec el-Mogahed Schircuh, dominus Hemſae, unus eorum, qui Aſchrafo adhaerebant. Inde conſtituebant principes, Aſchraf, et Damaſcenus, Naſer Davud, et Emeſſenus, inter ſe ita, ut omnes communiter usque ad Neapolin irent, inde vero ſolus pergeret Aſchraf, et apud fratrem pro commune nepote deprecaretur. Inſtituebant iter. Verum Aſchraf imponebat miſero iuveni, qui non valens ipſe ſe tueri, facile patebat iniuriis. Sic enim paciſcebatur Aſchraf cum Camelo, ut Damaſceno patrimonium adimeretur, et ſibi, Aſchrafo, attribueretur, ipſe viciſſim illi de orientalibus ſuis poſſeſſionibus Harrana, Roha et Racca in compenſationem concederet; ut tandem Camel Damaſceni principatus eam partem ferret, quae ab Acabat Afik inde verſus Aegyptum patet. Porro conſentiebant fratres in id, ut Hamata, Hamateno Naſero Kilig Arſlano, violento hactenus uſurpatori ademta, eius fratri, Modaffaro daretur, ita tamen, ut hic Salamiam, cuius uſum fructum hactenus in Aegypto apud Camelum perceperat, Schircuho Emeſſeno concederet. In his tranſigendis et conſtituendis tranſigebant annum iſtum in agro Gazaeo.

Interim aderat Imperator (243) cum copiis ſuis ad Acconem, a Camelo evocatus, ut e ſuperioribus conſtat; ubi dicebamus Camelum eo fine Francum iſtum in Palaeſtinam arceſſiviſſe, quo fratrem, Moattamum, turbas minitantem obiecto illo hoſte compeſceret et diſtraheret. At ea ratione ſuo, quod aiunt, iumento ſibi malum arceſſiverat Malec el-Camel. Nam frater interea mortuus fuerat, et adhaereſcebat ipſi aculeus ſponte attractus, neque facile excutiendus, et parum aberat quin Camel in labyrinthum malorum ſic incideret. Appellebat enim Imperator Saidae [vel apud Sidonem], et quamvis urbs illa ex aequo Francorum atque Muſlemorum eſſet; et, ne pars una praevaleret alteri, detracta et ſolo aequata fuiſſent eius moenia: at ille tamen cum ſuis Francis urbem totam ſui iuris faciebat, et erige-

 bat

اخيه المعظم ، فوصل الانبراطور وقد مات المعظم ، فنشب به الملك الكامل ، ولما وصل الانبراطور وصل الي صيدا ، وكانت مناصفة بين المسلمين والفرنج وسورها خراب ، فعمر الفرنج سورها واستولوا عليها ، والانبراطور معناه ملك الامراء بالفرنجية ، وانما اسم الانبراطور المذكور فردريك ، وكان صاحب جزيرة صقلية ومن البر الطويل بلاد انبولية والانبردية *f* ، قال القاضي جمال الدين بن واصل لقد رايت تلك البلاد لما توجّهت رسولا من الملك الطاهر بيبرس الصالحي الي الانبراطور ملك تلك البلاد ، قال وكان الانبراطور من ملوك *g* الفرنج فاضلا محبّا للحكمة والمنطق والطب ما يلا الي المسلمين لان منشاه بجزيرة صقلية وغالب اهلها مسلمون ، وتردّدت الرسل بين الملك الكامل وبين الانبراطور الي ان خرجت هذه السنة ❋

وفيها بعد فراغ جلال الدين من التتر قصد جلال الدين بلاد خلاط ونهب القري وقتل وخرّب البلاد وفعل الافعال القبيحة ❋ وفيها خاف غياث الدين تيرشاه من اخيه جلال الدين ، ففارقه واستجار بالاسماعيلية ❋

ثم دخلت سنة ست وعشرين وستماية ، ولما جري بين السلطان الملك الكامل وبين اخيه الملك الاشرف *h* الاتفاق علي نزع دمشق من الناصر داود *i* بلغ الناصر داود ذلك وهو بنابلس ، فرحل الي دمشق ، وكان

"Dicitur quoque تهيا ، يضرب في قناعة الرجل ببعض حاجته اطف et استطف. De re quae in altum ſeſe effert et levis eſt, dicitur طف. Abu-Zaid perhibet etiam دف et استدف dici, per Dalet. Vult dicere: Cape quod paratum et in promtu eſt. Vſurpatur de eo, qui deſiderii ſui parte contentus eſt." Patet hinc طفّ et دفّ *latus, ora*, idem eſſe.

bat rurſus muros. Neceſſum erat itaque hunc legationibus (244) et transactionibus avertere, inter quas hic annus conſumtus fuit. Nomen iſti Imperatori erat Ferdik [Fridericus Secundus]. Nam Imperatoris appellatio non eſt proprium nomen, ſed honoris titulus, regem ſeu principem ducum minorum (245) deſignans. Poſſidebat ille Fridericus inſulam Siciliam, et partem de Barr et-tavil [ſeu terra continente longa, vel Longobardia (246)] ſcilicet Ampuliam et Ambardiam [h. e. Apuliam et Lombardiam]. Vidi has terras, ait paullo ante laudatus Cadi Gemal-ed-din Ibn-Vaſel, quum ad Imperatorem, earum dominum, legatus a Malec ed-Dahero Bibars, Salahico, irem. Erat Imperator (247), pergit idem, vir inter Francorum principes ingenii dotibus excellens, philoſophiae et logices et medicinae amans, animo in Muſlemos propenſus; quod valde mirum in eo non eſt, quum in Sicilia, cuius incolae plurimi Muſlemi ſunt, adolevit.

Hoc etiam anno non parum vexarunt Tatari Chovarezimſchahum Gelal-ed-dinum, invadebant eius terras, et pugnas, pleroſque omnes ſecundo marte, cum ipſo conſerebant. Vt tandem paullo a Tataris reſpirabat Gelal-ed-din, repetebat Challatam impetere, occidere, vaſtare circumiacentes agros, et immania perpetrare. Interea Tatarſchah Gaiat-ed-din eius frater, ab ipſo ſibi metuens, confugiebat ad Iſmaëlitas et eorum protectionem.

Anno DCXXVI [qui die 29 Novemb. A. C. 1228 coepit] effectui dabant fratres, Malec el-Camel, et Aſchraf, id quod eos anno ſuperiore decreviſſe modo dicebamus. Emanabat hac de conventione aliquid ad Malec en-Naſerum, in quem haec faba cuſa fuerat, Neapoli agentem. Celeriter itaque retro Damaſcum movebat, et, quamvis Aſchraf eum adhuc aſſequeretur in Gaur [ſeu Coeleſyria, prope Damaſcum] doceretque quae decreverit Malec el-Camel, et quam non poſſit illa eius mandata non exſequi; quam inutilis futura ſit omnis obluctatio: nihilominus

 tamen

وكان قد لحقه بالغور عمه الاشرف وعرّفه ما امره الملك الكامل وانه
لا يمكنه الخروج عن مرسومه ، فلم يلتفت الناصر داود الي ذلك
وسار الي دمشق وسار الاشرف في اثره وحصره بدمشق والملك الكامل
مشتغل بمراسلة الانبراطور، ولما طال الامر ولم يجد الملك الكامل
بدّا من المهادنة اجاب الانبراطور الي تسليم القدس اليه علي ان
تستمرّ اسواره خرابا ولا يعمرها الفرنج ولا يتعرضوا الي قبة الصخرة
ولا الي الجامع الاقصي ويكون الحكم في الرساتيق الي والي المسلمين
ويكون لهم من القرايا ما هو علي الطريق من عكا الي القدس
فقط ، ووقع الاتفاق *k* علي ذلك وتحالفا عليه وتسلّم الانبراطور
القدس في هذه السنة في ربيع الاخر علي هذه القاعدة التي ذكرناها ،
وكان ذلك والناصر محصور بدمشق والاشرف يحاصره بامر الملك
الكامل ، فاخذ الناصر داود في التشنيع علي عمه بذلك ، وكان بدمشق
الشيخ شمس الدين يوسف سبط ابي الفرج بن الجوزي ، وكان
واعظا وله قبول عند الناس ، فامره الناصر داود بعمل مجلس وعظ
يذكر فيه فضايل بيت المقدس وما حلّ بالمسلمين من تسليمه الي
الفرنج ، ففعل ذلك وكان مجلسا عظيما ، ومن جملة ما انشد
قصيدة تايية ضمّنها بيت دعبل الخزاعي وهو ،

مدارس ايات خلت من تلاوة ومنزل وحي مقفر *l* العرصات *m* ،

فارتفع

r) اكتالوا علي *flagitarunt*, vel *fiverunt, fibi aliquid menfurari apud homines.* كالوهم autem dictum eft pro كالوا لهم accufativo loco dativi pofito, *admenfi fuerunt ipfis.* Eodem modo وزنوهم dicitur pro وزنوا لهم *appendunt ipfis aliquid.* Sic fupra habebamus يقلعه قماشه وخفّه *exuebat ipfum* (pro يقلع له *exuebat ipfi*) *veftem et ocreas.*

tamen ille tenax propoſiti Damaſcum pergebat, ibique ſe includebat, obſidionem exſpectans et tolerare paratus. Aſchraf itaque obſidebat eum. Sed non multum proficiebat, quia non ſatis copiarum ſecum habebat, et Camel ipſi ſe nondum poterat adiungere, tractationibus cum Imperatore occupatus. Quae quod in longum trahebant, et intelligebat Camel, ſe alia nulla ratione, quam induciarum conſtitutione, poſſe ab odioſo hoſte liberari, concedebat tandem Hieroſolymas Imperatori, ſed ea conditione, ut muri eius manerent in perpetuum, quales tum erant, diruti, neque liceret Francis eos reſtaurare; neque Cobbat es-Sachra [ſeu fanum petrae] neque Game al-Acſa [ſeu oratorium Muhammedanum ſupremum (248)] violare: ut in vicis agri Hieroſolymitani iudicarent praefecti Muſlemici; ut tandem Franci pagos haberent alios nullos, praeter eos tantum, quos, qui Ptolemaide Hieroſolymas tendit, neceſſario adit et pervadit. (249) Verum haud levem maculam adſpergebat Malec el-Camel exiſtimationi ſuae hac ſanctae urbis deditione, ſtudebatque ipſum eo nomine multitudini exoſum efficere (250), ſibique commodum ex eo comparare, quem Aſchraf obſidebat, Damaſci dominus, Malec en-Naſer Davud, imperans Schaicho Schams-ed-dino Ioſepho, nepoti Abu'l-Faragii Ibn-el-Guzii (251), concionatori, cuius magna erat apud vulgum gratia et auctoritas, ut acroaſin paraeneticam inſtituat, et orationem pronunciet de laudibus Hieroſolymae, damnisque ab eius deditione in Muſlemos redundaturis. Inter alia, quae ille tum in frequente concione recitabat, erat. carmen Taiicum [ſeu cuius omnes rhythmi in litteram Ta vel T deſinebant] et cui verſum iſtum Dabali Chozaïtae (252) intexuerat.

Collegia in quibus Coranus legitur et explicatur, iam vacua ſunt lectione et lectoribus; areaeque et ſtationes legis divinitus revelatae iam deſolatae ſunt.

Haec

نارتفع بكاء الناس وضجيجهم *

ذكر انتزاع دمشق ، ولما عقد الملك الكامل الهدنة مع الانبراطور وخلي سره من جهة الفرنج سار الي دمشق ووصل اليها في جمادي الاولي من هذه السنة واشتد الحصار علي دمشق ، ووصل الي الملك الكامل رسول الملك العزيز صاحب حلب وخطب بنت الملك الكامل ، فزوجه بنته فاطمة خاتون التي هي من الست السود ام ولده ابي بكر العادل بن الكامل ، ثم استولي الكامل علي دمشق وعوض الناصر داود عنها بالكرك والبلقاء والصلت والاغوار والشوبك واخذ الملك الكامل لنفسه البلاد الشرقية التي كانت عينت للناصر وهي حران والرها وغيرهما التي كانت بيد الملك الاشرف ، ثم نزل الناصر داود عن الشوبك وسال عمه الكامل في قبولها ، فقبلها ، وتسلم دمشق الملك الاشرف وتسلم الكامل من الاشرف البلاد الشرقية المذكورة *

ذكر وفاة الملك المسعود صاحب اليمن بن الملك الكامل بن الملك العادل بن ايوب ، في هذه السنة توفي الملك المسعود يوسف الملقب اطسز المعروف باقسيس ، وكان قد مرض باليمن ، فكره المقام بها وعزم علي مفارقة اليمن وسار الي مكة وهي له كما تقدم ذكره ، فتوفي بها ودفن بالمعلي وعمره ست وعشرون سنة ، وكانت مدة ملكه اربع عشر سنة ، واناب *a* الملك المسعود لما سار عن اليمن علي بن رسول وسنذكر

s) جوي وشلماس C. L. خوي وسلماس

t) Forte legendum وفي — لا يركب

v) يتخرف Forte يتحرك *y*) Post يوميذ forte deest اول

z) المعتلي Forte المعلي *a*) Post بعده forte deest اخوه

Haec ſententia uberes lacrimas mixtosque ſuſpiriis eiulatus proliciebat ex auditoribus. Nihilo tamen minus ſuccumbendum erat Damaſceno. Camel enim, quum per eam compoſitionem cum Francis amoviſſet omne ab illa parte ſollicitudinis et metus argumentum, libereque iam poſſet viam ſuam ire, adibat ipſe Damaſcenam obſidionem, multoque illam, quam ante, inſtituebat acriorem. Interea dum haec agit, conveniebat ad ipſum in caſtra legatus Malec el-Azizi, domini Halebi, filiam Cameli coniugem hero ſuo conciliaturus, Fatima Chatun, ex Sitt es-Suda [ſeu domina nigra, vel Aethiopiſſa] ſuſceptam, eadem illa, quae Camelo Malec el-Adelum Abu-Becrum, avo cognominem, quoque pepererat. Damnabat eum Camel voti, et potiebatur deinceps Damaſco, eiusque dominum inde extrahebat, et dabat ipſi, non illa, quae ſupra dicebamus ipſi deſtinata fuiſſe, loca orientalia, Harranam, Roham, Raccam, nam ea quidem reſervabat Camel ipſe ſibi: ſed dabat ipſi Caracam, Balcaam, Salt, Agvar, et Schaubek. Hac tamen poſtrema cedebat Naſer Camelo ſponte ſua (253) rogabatque illum humiliter, ut velit illam acceptare. Quod et faciebat Camel, et ſimul ſuſcipiebat modo dictas illas orientales terras, ab Aſchrâfo, pro quibus Damaſcum obtinebat.

Ante vero quam haec ita contingerent, tenente adhuc obſidione Damaſcena, veniebat in caſtra nuncius, Malec el-Maſudum Ioſephum Atſuzum, (ſeu, ut vulgus pronunciare ſolebat, Acſiſum) filium Malec el-Cameli, dominum Iemanae et Meccae, hac in urbe vitam finiiſſe: quam ob rem pater in ipſis caſtris praeſidebat ad accipiendas conſolationes. Correptus morbo Maſud in Arabia ſua felice, nolebat ibi manere, ideoque Meccam abibat, quam urbem quomodo ceperit, ſupra diximus, ibique, ut dictum, animam reddebat, et humabatur in Maalla. Antequam vero excederet ex Arabia felice conſtituebat ibi proregem, Alin Ibn-Raſul. Sed eo efficiebat imprudens, ut ſuae genti

فلما ملك p جلال الدين علي ما سنذكره قبض علي ايبك المذكور وسلمه الي q المذكور، فقتله واخذ ثار r استاذه ✱

ذكر استيلاء الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد علي حماة، ولما سلم الملك الكامل دمشق الي اخيه الملك الاشرف سار عن دمشق ونزل علي مجمع المروج ثم نزل سلمية وارسل عسكرا نازلوا حماة بها صاحبها الملك الناصر قليج ارسلان، وكان فيه جبن، فلو عصي بحماة وطلب عنها عوضا كثيرا لاجابه الملك الكامل، ولكنه خاف، وكان في العسكر الذين نازلوه شيركوه صاحب حمص، فارسل الناصر صاحب حماة يقول لشيركوه اني اريد ان اخرج اليك بالليل لتحضرني عند السلطان الملك الكامل، وخرج الملك الناصر قليج ارسلان بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب المذكور الي شيركوه في العشر الاخير من رمضان هذه السنة، واخذه شيركوه ومضي به الي الملك الكامل وهو نازل علي سلمية، فحين راي الملك الكامل قليج ارسلان شتمه وامر باعتقاله وان يتقدم الي نوابه بحماة بتسليمها الي الملك الكامل، فارسل الناصر قليج ارسلان علامته الي نوابه بحماة ان يسلموها الي عسكر السلطان الملك الكامل، فامتنع من ذلك الطواشيان بشر ومرشد المنصوريان، وكان بقلعة حماة اخ للملك الناصر يلقب الملك المعز بن الملك المنصور صاحب حماة، وقالوا للملك الكامل لا نسلم حماة لغير احد من اولاد تقي الدين، فارسل الملك الكامل يقول للملك المظفر محمود بن الملك المنصور صاحب حماة اتفق مع

كلانا وان طالت ايامه شيندم عن شنن مدحض، "Ambo nos,

qui, quum Challata potiretur, qua de re inferius dicendum nobis erit, tradebat Ibecum iſti mamluco, et hic porro hoſtis ſanguine manibus heri litabat.

Sed videamus quid de Hamata factum fuerit, quam decreviſſe reges fratres eius, qui tum erat, poſſeſſori, Malec en-Naſero Kilig Arſlano, adimere, ſupra dictum fuit. Huius itaque decreti exſequendi cauſſa movebat Camel Damaſco, poſtquam eam Aſchrafo dediſſet, et caſtra ponebat, primum quidem in Magma el-Morug, [nomen id loci eſt, concurſum pratorum deſignans] deinde apud Salamiam, et inde copias Hamatam expediebat, ad inſtruendam eius obſidionem, eiusque domini, hominis imbellis; qui ſi potuiſſet aliquantulum obſidionis terricu-lamenta ſuſtinere, et pertinaciam ſimulare, potuiſſet ſui, quem amittebat, principatus aliam luculentam compenſationem a Camelo extorquere. Ille vero pavore correptus dedebat e continente victas manus, et ſignificabat Schircuho Emeſſeno, qui tum obſidioni cum aliis incumbebat, ſe ipſi velle ſui copiam facere proxima nocte, et ab ipſo ad Camelum deduci. Aderat etiam condicto tempore, poſtquam in arce Hamatena fratrem ſuum, Malec el-Maazzum, reliquiſſet, et inde cum Schircuho ad caſtra Salamiam pergebat (nono huius anni menſe contingebant iſta); ubi ut primum eum conſpiciebat Camel, acerbe obiurgatum iubebat in cuſtodiam dari, et ſuis Hamatenis imperare, ut urbem in manus Cameli reſignent. Faciebat Naſer imperata, ſuisque ibi Naiebis [ſeu curatoribus et vicariis] mittebat ſuum ſignum (254) cum mandato, ut urbem copiis Cameli dedant. Plurimum ibi tum valebant duo Tavaſchi [ſive eunuchi], Beſchr unus, et alter Morſched, ambo Manſurici [ſeu quondam Malec el-Manſuri mancipia]. Hi renunciabant ſe nulli alii poſſe aut velle Hamatam dedere, niſi qui de ſanguine Taki-ed-dini Omari filii Schahinſchahi, filii Eiubi, creverit. Imperabat igitur Malec el-Camel Malec el-Modaffaro Mahmudo, filio Manſuri, Hamatae

مع غلمان ايبك وتسلّم حماة ، وكان الملك المظفر من جملة العسكر الكاملي ، فراسل الملك المظفر الحكّام بحماة ، فحلّفوه لهم وواعدوا الملك المظفر ان يحضر بجماعته خاصّة وقت السحر الي باب النصر ليفتحوه له ، فحضر الملك المظفر سحر الليلة التي عيّنوها ، ففتحوا له باب النصر ودخل الملك المظفر ومضي الي دار الوزير المعروفة بدار الاكرم داخل باب المغار ، وهي الان مدرسة تعرف بالخاتونية ووقفتها عمّتي مونسة خاتون بنت الملك المظفر المذكور ، وحضر اهل حماة وهنوا الملك المظفر بملك حماة ، وكان ذلك في العشر الاخير من رمضان من هذه السنة ، والملك المظفر مالك حماة وعمره يومئذ نحو سبع وعشرين سنة لان مولده سنة تسع وتسعين وخمسماية ، وكان اخوه الناصر قليج ارسلان اصغر منه بسنة ، ولما ملك الملك المظفر حماة فوّض تدبير امورها صغيرها وكبيرها الي الامير سيف الدين علي بن ابي علي المذكور ، قد خدم الملك المظفر بسلمية لما سلّمت اليه وهو بمصر عند الملك الكامل ، ثم حصل بين الملك المظفر وبين حسام الدين بن ابي علي وحشة ، ففارقه حسام الدين المذكور واتّصل بخدمة الملك الصالح نجم الدين ايوب بن الملك الكامل وحظي عنده وصار استاذ داره ، وخدم ابن عمه سيف الدين علي الملك المظفر لذلك ولكفاية سيف الدين المذكور وحسن تدبيره ، ولما استقر الملك المظفر في ملك حماة انتزع الملك الكامل سلمية منه وسلّمها الي شيركوه صاحب حمص علي ما وقع عليه الاتفاق من قبل ذلك ، ثم ان الملك الكامل رسم للملك المظفر ان يعطي بارين بكمالها اخاه الملك الناصر

قليج

quondam domini, tum in castris praesenti, ut cum paternis praesidiariis et ducibus transigat, et ab iis urbem in fidem et potestatem accipiat. Ita faciebat Modaffar, missaque ad magistratus Hamatenos legatione offerebat se ipsis in dominum. Acceptabant illi, et postquam ab eo sacramentum pro se suisque rebus exegissent, condicebant ipsi Bab en-Nasr [seu portam victoriae] aperire velle, si proxima aurora cum fidis suis illuc adsit. Facta omnia ex condicto. Intrabat Modaffar Hamatam, et devertebat in domum Veziri, tunc vulgo Dar [seu domum] el-Acram dictam. Est intra Bab el-Magar [seu portam vel vicum speluncae] et hodie collegium est, Chatunicum vulgo appellatum, de patrua mea, Munasa Chatun, filia huius ipsius, de quo agitur, Malec el-Modaffari, quae piis usibus eam domum legavit. In eam itaque domum aderant Hamateni proceres ad Modaffarum, eique novum principatum et Hamatae possessionem gratulabantur. Agebat eo tempore, nono mense huius anni, Malec el-Modaffer annum aetatis septimum et vigesimum. Natus enim fuerat anno DXCIX. Frater eius, Malec en-Naser, uno minor erat anno. Novus Hamatae porro princeps res omnes, seu maioris, seu minoris momenti essent, commendabat Emiro Saif-ed-dino Alio, filio Abu-Alii; cuius affinis proximus, patrui filius, Husam-ed-din Ibn-Abu-Ali, iam antea ipsi servierat, apud Salamiam, quum ea ipsi traderetur apud Camelum Misrae adhuc agenti; deinde vero suborta simultate deseruerat ipsum, et concesserat in familiam Malec es Salehi Nagm-ed-dini Eiubi, filii Cameli, et carus ipsi evasit, et denique Maior domus eiusdem. Hac igitur de caussa, et quod par gerendis rebus deprehensus esset Saif-ed-din, adsciscebat ipsum Malec el-Modaffar in primarium ministrum. Porro debebat Modaffar, ex pacto regum fratrum, Salamiam, quam hactenus habuerat, reddere. Haec cedebat Schircuho, Emessae domino, eorundem vi pactorum. Dein prospiciendum etiam erat Malec en-Nasero, qui

Hamatae

قلبج ارسلان، فامتثل ذلك وسلّم قلعة بارين الي اخيه الملك الناصر
ولم يبق بيد المظفر غير حماة والمعرة، وكان بحماة تقدير اربعماية
الف درهم للملك الناصر، وكان قد رسم الملك الكامل ان يعطي
المال المذكور اخاه الناصر، فما طل المظفر في ذلك، فلم يحصل
الملك الناصر من ذلك شي، ولما استقر الملك المظفر بحماة مدحه
الشيخ شرف الدين عبد العزيز بن محمد بن عبد المحسن
الانصاري الدمشقي بقصيدة من جملتها،

تناهي اليك الملك واشتد t كاهله وحلّ بك الراجي فحطّت رواحله،
ترحّلت عن مصر فامحل ربعها ولما حللت الشام روّض ماحله،
وعزت حماة في حمي انت غابة v بصولته تحمي كليب ووايله،
وقد طال ما طلت تدبير اهوج يجيب مرجيه ويحرم سايله *

ولما استقر الملك المظفر في ملك حماة رسل الملك الكامل عن
سلمية الي البلاد الشرقية التي اخذها من اخيه الملك الاشرف عوضا
عن

nos, utcunque diu vixerimus, tandem tamen decidemus ab aspero, ubi poteſt quis ἀπολισθεῖν." ubi Scholiaſtes ultimam vocem per مزلّ exponit. Dicitur quoque الدحض ut in Hamaſa:

استنقذ المولي من الامر بعد ما زل كما ينزل البعير عن الدحض،

"Salvat clientem e negotio poſtquam ἀπωλισθε, quem ad modum ἀπολισθάνει camelus de loco lubrico."

ubi Tebriz. الدحض الزلق ثم يسمي الموضع دحضا كما يقال للمشرق والمغرب شرق وغرب، ثم كثر ذلك حتي استعمل في البطلان، يقال ادحضته اذا ابطلته،

c) Aut وسجن في aut وسجنه والده في legendum.

d) Forte ابي delendum.

e) Ante علي ما aliquid deeſt.

f) Legendum واللانبردية

g) Ante من ملوك forte deeſt ملكا

Hamatae iacturam, ut modo dicebamus, fecerat. Huic ergo Barinam aſſignabat Camel, et imperabat Modaffaro, ut eam ipſi traderet. Itaque, quum et hanc vacuaret Modaffer, fiebat ipſi nihil reliquum praeter Hamatam et Maarram. Imperabat Camel ipſi quoque ut eidem fratri opes, quas ille Hamatae reliquerat, circiter quadringenties mille drachmas, ſolveret. Sed in hoc poſteriore cunctabundum ſe praeſtabat Modaffar, et protracta re in dies, et tandem in oblivionem abeunte, fiebat ut Naſer numorum ſibi debitorum omnino nihil acciperet.

Inter illos, qui, ut ſupra diximus, novum principem laudabant, erat Schaich Scharf-ed-din Abd-el-Aziz, filius Muhammedis, filii Abd-el-Mohſeni, Anſarita, Damaſcenus, carmine, cuius haec eſt particula:

Principatus ad te properans et anhelans [tanquam camelus vectorius] tandem appulit, et gibbi ſui copiam tibi, quo inſideres, fecit. Appulit ſimul ad te, illo facto, ſperans quisque, ſpe tui plenus, et deſcendit.*

Exceſſiſti Miſra, ſed eo facto emacuit et exaruit eius quondam te praeſente laetum et vernans ſolum. Viciſſim ex quo Syriam incolis, luxuriavit eius macies.

Hemata nunc eſt in Hema [ſeu in ſepto et praeſidio inacceſſo], cuius in ſylva tu es leo, cuius invicto et non ſuſtinendo impetu freti tutique ſunt vel ipſe Colaib cum ſuo Vaiel. (255)

Et ſane iam dudum tractaſti gubernationem ſtolidi, qui ſe dat ſperantibus, negat rogantibus.

Rebus omnibus Hamatae compoſitis abibat Camel in terras orientales, quas ab Aſchrafo in Damaſci vicem acceperat, earum res ad arbitrium commodumque ſuum ordinaturus. Illuc ad ipſum

* Proprie: fecit procumbere ſuas camelos; tanquam ſcilicet ulterius ad alios non porrecturus, quia tu votis in te ſperantium plene ſatisfacis.

عن دمشق ونظر في مصالحها ، ثم سافر الملك المظفر من حماة
ولحق الملك الكامل وهو بالشرق ، وعقد له الملك الكامل هناك
العقد علي ابنته غازية خاتون بنت الملك الكامل وهي شقيقة
الملك المسعود صاحب اليمن وهي والدة الملك المنصور صاحب حماة
واخيه الملك المظفر x نور الدين علي ابني الملك المظفر محمود ،
ثم عاد الملك المظفر الي حماة وقد قضيت امانيه ووصلته بخاله
الملك الكامل ، وكان يتمني ذلك لما كان بالديار المصرية ، وكان
يصحبه وهو بمصر رجل يقال له التركي الغومصي ، فاتفق وهما
بمصر وقد جري ذكر ملك الملك المظفر حماة وزواجه بنت خاله
الملك الكامل ، فانشد التركي

هنّاك انشد y والاقدام مصغية بالملك والاحباب والوطن ،

فقال له المظفر ان صار ذلك يا تركي اعطيتك الف دينار مصرية ،
فلما ملك المظفر حماة اعطي التركي ما وعده به * ولما فرغ الملك
الكامل من تقرير امر البلاد الشرقية (وهي حران وما معها من البلاد
مثل راس عين والرها وغير ذلك) عاد الي الديار المصرية * وفيها
ارسل الملك الاشرف اخاه صاحب بصري الملك الصالح اسماعيل بن
العادل بعسكر ، فنازل بعلبك وبها صاحبها الملك الامجد بهرامشاه
بن فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب واستمرّ الحصار عليه *

وفيها سار جلال الدين ملك الخوارزمية وحصر خلاط وبها
ايبك نايب الملك الاشرف الي ان خرجت هذه السنة *

ثم

h) الملك ad الاشرف incl. deerant in C. L.

i) من الناصر داود deerant in C. L.

k) الاتفاق C. L. الامر   l) مغفر C. L. مغفر

ipſum accedebat Malec el-Modaffar, Hamatenus, cui tum Camel filiam ſuam, Gazia Chatun, ſororem germanam Malec el-Maſudi, domini Arabiae felicis, quem anno ſuperiore vita functum vidimus in matrimonium ſpondebat. Haec ex Modaffaro deinceps mater facta fuit Malec el-Manſuri, qui patri ſucceſſit in principatu Hamateno, et Malec el-Afdali Nur-ed-dini Alii.* Itaque domum redibat Modaffar gener Cameli, adeoque utriusque voti damnatus, quod olim adhuc Miſrae agens, non ſemel fecerat. Fuerat ibi quidam ipſi familiaris, Zaki el-Cuma [vel Zakius Comitis**] dictus. Hic coram Modaffaro, quum aliquando ſermo de Hamata et filia Cameli, ab ipſo obtinendis, incideret, hunc extempore deproperabat verſiculum:

Gratulatur tibi ſervus tuus (ſint autem fata propitia): principatum, amatos [puellam, quam amas et cupis] et lares [Hamatam].

O Zaki, reſpondebat ad haec Modaffar, ſi contingat, ut ais, promitto tibi mille aureos Miſrenſes. Haec olim. Nunc autem abeuntibus in effectum votis, ſtabat etiam Modaffar promiſſis. Camel tandem remeabat in Aegyptum ex oriente, poſt res ibi conſtitutas. Appellamus autem orientales terras Harranam et adiectum agrum, ut Ras-Ain, Roham, Edeſſam rel. Interea mittebat Aſchraf, ſuum fratrem Malec es-Saleh, dominum Boſrae, Balabacum obſeſſum, et in ea dominum eius, Malec al-Amgad Baharamſchahum, filium Ferochſchahi, filii Schahinſchahi, filii Eiubi.

Eodem inſtituebat Gelal-ed-din Chovarezimſchah Challatam obſidere, quam Aſchrafi nomine gubernabat Azz-ed-din Ibek. Quia vero tam haec obſidio, quam illa, Balabakena, usque in alterum annum traxit, videbimus ibi, quo utraque evaſerit.

Zz 2 Anno

* Patris Abulfedae noſtri.

** Forte fuit aliquis Renegatus, qui olim ad familiam Comitis Tripolitani pertinuerat.

ثم دخلت سنة سبع وعشرين وستماية ، ذكر عمارة شميميش ،
في هذه السنة شرع صاحب حمص شيركوه في عمارة قلعة شميميش ،
وكان لما سلم اليه الملك الكامل سلمية فكر لو استاذنه في عمارة تل
شميميش فاذن له بذلك ، ولما اراد شيركوه عمارته اراد الملك المظفر
منعه من ذلك ، ثم لم يمكنه ذلك لكونه بامر الملك الكامل *

ذكر استيلاء الملك الاشرف علي بعلبك ، وفيها سلم الملك
الامجد بهرامشاه بن فرخشاه بن شاهنشاه بن ايوب الي الملك
الاشرف بعلبك لطول الحصار عليه ، وعوّضه الملك الاشرف عنها
الزبداني وقصير دمشق الذي هو شماليها ومواضع اخر ، وتوجه
الملك الامجد واقام بداره التي داخل باب النصر بدمشق المعروفة
بدار السعادة وهي التي ينزلها النوّاب *

ذكر مقتل الامجد ، لما اخذت منه بعلبك ونزل بداره
المذكورة كان قد حبس بعض مماليكه في مرقد عنده بالدار وجلس
الملك الامجد قدام باب المرقد يلعب بالنرد ، ففتح المملوك
المذكور الباب ومعه سيف وضرب به استاذه الملك الامجد فقتله ،
ثم طلع المملوك الي سطح الدار والقي نفسه الي وسطها فمات ،
ودفن الملك الامجد بمدرسة والده التي علي الشرف ، وكانت مدة
ملكه بعلبك تسعا واربعين سنة ، لان عمّ ابيه السلطان الملك الناصر
صلاح الدين ملّكه بعلبك سنة ثمان وسبعين وخمسماية لما مات
ابوه فرخشاه وانتزعت عنه هذه السنة ، فتلك خمسون سنة الّا سنة ،
وكان الملك الامجد اشعر بني ايوب وشعره مشهور *

ذكر ملك جلال الدين خلاط ، وفيها لما طال حصار جلال
الدين علي خلاط واشتد مضايقتها هجمها بالسيف وفعل باهلها
ما يفعلونه التتر من القتل والاسترقاق والنهب ، ثم قبض علي نايب
الملك

Anno DCXXVII [qui die 19 Nov. A. C. 1229 coepit] instituebat Schircuh, dominus Emessae, arcem Schamimisch. Scilicet quum Salamiam acciperet, incessebat ipsum cupido huius rei veniam a Camelo rogandi, diu tamen eum dubium, et, ne repulsam ferret, verentem. Tandem tamen rogare auso dabat ipsi Camel veniam. Ideoque non poterat Malec el-Modaffar id institutum impedire, utcunque maluisset.

Eodem tradebat Malec el-Amgad Baharamschah Balabacam suam Malec el-Aschrafo, diuturni pertaesus obsidii, et accipiebat ab illo vicissim Zabdani, Cosair Damasci, ab huius septentrione positum, et alia; Damascum deinceps ibat, et ibi aetatem agebat in domo, quam ibi habebat, Dar es-Saadat [seu domo felicitatis] dicta, et in qua nostro tempore supremi Sultanorum Missensium Naiebi [seu proreges per Syriam] residere solent.

Sed parum diu supererat Amgad huic suarum fortunarum permutationi. Mamlucus enim eius aliquis, quem nescio qua de caussa in aliquo cubiculo concluserat, obruebat ipsum, effractis foribus, nudo gladio, sedentem ante cubiculum et nerdiludio tempus fallentem, unoque ipsum illato aut altero ictu trucidabat, et perpetrato facinore evadebat in tectum domus, indeque se in cavaedium deturbabat. Sepultus fuit Amgad in collegio, quod eius pater in Scharaf (256) fundaverat. Balabacum obtinuerat per annos 49 et sex menses ab anno DLXXVIII inde, quo avi Schahinschahi frater, Sultan Salah-ed-din Iusef, ipsi post patris, Ferochschahi, obitum dictam urbem dederat. Erat hic vir omnium Eiubitarum ποιητικώτατος, et carmina eius celebrantur.

Haec hactenus de Balabakenae obsidionis exitu. Iam et de Challatena videamus. Challatam itaque post diuturnam et arctam obsidionem gladio tandem expugnabat hoc anno Gelal-ed-din Chovarezimschah, et tam grassabatur in miseros incolas, caedibus et rapinis et vinculis, ut Tataris immanitate nihil concederet.

الملك الاشرف بها وهو مملوكه ايبك وسلمه الي مملوك حسام الدين الحاجب عليّ الموصلي فقتله واخذ بثار استاذه *

ذكر كسرة جلال الدين من الملك الاشرف ، ولما جري من جلال الدين ما جري من اخذ خلاط اتفق صاحب الروم كيقباد بن كيخسرو بن قلج ارسلان والملك الاشرف بن الملك العادل، فجمع الملك الاشرف عساكر الشام وسار الي سيواس واجتمع فيها بملك الروم علاء الدين كيقباد المذكور وسارا الي جهة خلاط ، والتقي الفريقان في التاسع والعشرين من رمضان من هذه السنة ، فولي الخوارزميون وجلال الدين منهزمين وهلك غالب عسكره قتلا وتردّيا من روس الجبال كانت في طريقهم ، وضعف جلال الدين بعدها وقويت التتر، ثم ملك الملك الاشرف خلاط وهي خراب يباب ، ثم اتفقت المراسلة بين الملك الاشرف وكيقباد وبين جلال الدين وتصالحوا وتحالفوا علي ما بايديهم وان لا يتعرض احد منهم علي ما بيد الاخر *

وفيها استولي الملك المظفر غازي بن الملك العادل علي ارزن من ديار بكر، وهي غير ارزن الروم، وكان صاحب ارزن ديار بكر يقال له حسام الدين من بيت قديم في الملك ، فاخذها منه الملك المظفر المذكور وعوّضه عن ارزن بمدينة حاني، وهذا حسام الدين من بيت كبير يقال لهم بيت الاحدب وارزن لا تزل بايديهم من ايام السلطان ملكشاه السلجوقي الي الان ، فسبحان من لا يزول ملكه *

وفيها جمعت الفرنج من حصن الاكراد وقصدوا حماة ، فخرج اليهم الملك المظفر محمود بن الملك المنصور صاحب حماة والتقاهم عند قرية بين حماة وبارين يقال لها افيون وكسرهم كسرة عظيمة، ودخل الملك المظفر محمود حماة مويدا منصورا *

وفيها

Ibecum, Afchrafi mamlucum et ibi vicarium, tradebat mamluco Hufam-ed-dini Alii Maufelenfis, qui heri manibus fanguine percufforis eius litabat, quod iam in fuperioribus attigimus.

At brevi poft dabat Gelal-ed-din (257) huius iniuriae graves poenas Malec el-Afchrafo. Hic enim foedus cum Romaniae domino, Ala-ed-dino Caicobado, Caichofrui filio, nepote Kilig Arflani, inibat, huiusque copiis adiungebat apud Sivafam fuos Syros, itaque invadebant ambo Gelal-ed-dinum apud Challatam die vigefimo nono noni menfis huius anni, eumque foedam in fugam repellebant, et tam lacerabant mifere, ut maxima copiarum pars ipfi perierit, feu ferro, feu ruina e montium praecipitiis, per quos effugiendum illis erat, neque ipfe vires unquam deinceps potuerit recuperare, donec eum Tatari denique prorfus obtererent. Sic recuperabat Afchraf non tam Challatam, quam eius rudera. Tam ab hofte afflicta, tam ab incolis deferta fuerat. Foederati porro, Eiubida nofter, et alter ille Selgukida, ab una parte, et Gelal-ed-din Chovarezimfchah ab altera, poft hos cafus fuam fibi mutuam fidem in hanc formulam adftringebant, ut quisque fua, quae in praefentia, etiam in pofterum poffideret, neque auderet unus alterius ditionem inquietare.

Eodem anno potiebatur Malec el-Modaffar Gazi, filius Malec el Adeli, filii Eiubi, Arzano, non illa celebre Arzenerrumo, fed Arzan-Deiar-Becri, eiusque in vicem dabat urbem Hani iftius antea domino, Hufam-ed-dino, ex antiquo domo, Bait-el-Ahdab [feu domo vel gente Gibbofi], oriundo; quae gens a Sultani Malicfchahi Selgukidae temporibus inde Arzanam obtinuerat, tunc autem defînebat. Laus fit deus, cuius potentia non definit.

Eodem contrahebant Franci copias fuas ex Hefn el-Acrad, Hamatam invafuri. Sed Malec el-Modaffar Mahmud eos, apud pagum Afiun, inter Hamatam et Barinam fitum, excipiens, illata magna clade frangebat, et victor domum redibat.

Hoc

وفيها ولد الملك الناصر يوسف بن الملك العزيز صاحب حلب ۞

ثم دخلت سنة ثمان وعشرين وستماية والسلطان الملك الكامل بديار مصر والملك الاشرف بدمشق في ملاذه ، وقد تخلي عن البلاد الشرقية ، فان حران وما معها صارت لاخيه الملك الكامل وخلاط صارت خرابا يبابا ، ولم يكن للملك الاشرف ابن ذكر ، فاقتنع بدمشق واشتغل باللهو والملاذ ۞

وفيها سار الملك الافضل من دمشق الي عند اخيه الملك الكامل واقام عنده بالديار المصرية متنزها ۞

ذكر قصد التتر بلاد الاسلام ، وفيها عاودت التتر قصد بلاد الاسلام وسفكوا وخربوا مثلما تقدم ذكره ، وكان قد ضعف جلال الدين لقبح سيرته وسوء تدبيره ولم يترك له صديقا من ملوك الاطراف وعادي الجميع ، وانضاف الي ذلك ان عسكره اختلف عليه لما حصل لجلال الدين من فساد عقله ، وسببه انه كان له مملوكا يحبه محبة شديدة ، فاتفق موت ذلك المملوك ، فحزن عليه حزنا شديدا لم يسمع بمثله وامر اهل توريز بالخروج والنواح واللطم عليه ، ثم انه لم يدفنه وكان يستصحب ذلك المملوك الميت معه حيث سار وهو يلطم ويبكي ، وكان اذا قدم اليه الطعام يرسل منه الي المملوك الميت ولم يتجاسر احد ان يتفوه *a* انه ميت ، وكانوا يحملون اليه

m) العرصات Golius hanc vocem fic interpretatur: عرصة ***atrium, locus fpatiofus, in medio ambientium habitaculorum, et omni vacuus ftructura.*** Intelligas, loca patentia in urbibus, qualia funt fora noftra, intelligi. Non ergo male Pocockius in Abulfaragio p. 388. lin. 10. per *fora* reddidit. Conf. Schol. ad Amralcaifi Moallacam verf. 3. et Hift. Tamerl. p. 311. lin. 7. ubi عرصات reponendom pro edito عرضات

Hoc anno natus eſt Malec en-Naſer Iuſef, filius Malec el-Azizi, domini Halebi.

Anno ineunte DCXXVIII [qui die 8 Nov. A. Chr. 1230 coepit] agebat Malec el-Camel Miſrae, et Aſchraf Damaſci, genio ſuo indulgens. Nam orientalibus terris ceſſerat Camelo, fratri, et Challata deſolata fuerat, ut conſtat e ſuperioribus; neque habebat prolem maſculam, cui regnum relinqueret; adeoque non mirum, eum omiſſa cura vaſtas provincias et ingentes theſauros acquirendi, parta iam et praeſente ſplendida fortuna contentum et hilariter uſum fuiſſe. Idem tamen Damaſco Miſram ad fratrem abibat hoc ipſo anno, et maximam eius partem ibi exigebat.

Hoc anno repetebant Tatari Muſlemicas in terras invaſionem pariaque ſuperioribus exempla crudelitatis in hominum ſpiritus et urbium ſtructuras ſtatuebant; praeſertim quum capitalis ipſorum hoſtis, Gelal-ed-din Chovarezimſchah, fractus eſſet, ut ipſos morari nequiret, multo minus compeſcere: quod illi variis de cauſſis contigerat. Pravi eius et inſolentes mores, et ſuperbia, qua vicinos omnes principes prae ſe contemnebat, nullum eorum ipſi reliquerant ſincere amicum, ſed omnes in odium eius viciſſim armaverant. Multum quoque reverentiam et amorem eius penes milites imminuerat inſania, quae ipſum ab obitu alicuius mamluki (258); quem vivum impenſe amaverat, invadebat. Luctu eum Gelal-ed-din immane proſequebatur, cuius aliud exemplum nullum proſtat. Imperabat enim Taurizenis, ut planctum eius cauſſa publicum extra portas urbis [in publico coemeterio] inſtituerent; neque permittebat cadaver humo condi; ſed, quaqua iret, ſecum circumductitabat, et plangebat et plorabat, non ut mortuum, ſed ut graviter et cum vitae periculo aegrotantem. Appoſitarum ſemper epularum particulam mortuo mittebat, neque audebat quiſquam, mortuum illum mamlucum eſſe, pertendere: ſed ſemper renunciabant illi fer-

 culorum

اليه الطعام ويقولون انه يقبّل الارض وهو يقول انني الان اصلح مما كنت ، فانف امراوه من ذلك وخرج بعضهم عن طاعته ، فضعف امر جلال الدين لذلك ولكسرته من الملك الاشرف ، فتمكّنت التتر من البلاد واستولوا علي مراغه ، وهو استيلايهم *b* الثاني *

ذكر قتل جلال الدين ، ولما تمكّن التتر من بلاد اذربيجان سار جلال الدين يريد ديار بكر ليسير الي الخليفة ويلتجي اليه ويعتضد بملوك الاطراف علي التتر ويخوّفهم عاقبة امرهم ، فنزل بالقرب من امد ولم يشعر الّا والتتر قد كبسوه ليلا وخالطوا مخيمه ، فهرب جلال الدين وقتل علي ما نشرحه ان شاء الله تعالي ، ولما قتل تمكّنت التتر من البلاد وساقوا حتي وصلوا في هذه السنة الي الفرات ، واضطرب الشام بوصولهم الي الفرات ، ثم شنّوا الغارات في ديار بكر والجزيرة وفعلوا من القتل مثلما تقدّم ، ومن تاريخ ظهور التتر تصنيف كاتب انشاء جلال الدين النسوي المنشي المقدّم الذكر في سنة ست عشرة وستماية ما اخترناه واثبتناه من اخبار خوارزمشاه محمد وابنه جلال الدين لملازمة النسوي ، في جميع سفراته وغزواته الي ان كسر التتر جلال الدين والمنشي المذكور كان معه ، فلذلك كان اخبر باحوال جلال الدين ووالده

n) واناب C. L. وكان

o) بريح Forte مريح aut يريح

p) Aut استولي leg. pro ملك, aut علي delendum.

culorum perlatores, aegrum terram coram Sultano osculari (259) et significare, se paullo melius hodie, quam heri, habere. Tantam furorem merito dedignati duces deficiebant ab obsequio. Haec, et clades ab Aschraso nuper illata, Gelal-ed-dino nervos, quod modo dicebamus, ita incidebant, ut Tataris tandem succumberet, qui post Marragam altera vice subactam, per totam grassabantur Aderbiganam, indeque in Deiar-Becr excedere cogebant Gelal-ed-dinum. Hic animo agitabat ad Chalifam Bagdadum ire, et eius implorare protectionem, ceterosque principes provinciales sibi adversus communem hostem conciliare, et in belli societatem pertrahere, proposito tristis eventus periculo, ad omnes in universum Muslemos redituri, nisi crescenti potentiae perniciosi hostis mature terminus ponatur. Interea vero dum haec consiliis versat et molitur, opprimebant ipsum Tatari de nocte et derepente in castra penetrantes. Et hos quidem effugiebat tunc temporis, at fatalem necessitatem, quae presso pede ipsum persequebatur, effugere non poterat, sed tantum mutabat laniones, Tataris Curdos, a quibus hoc ipso anno periit, ut paullo post distinctius dicemus. Interea Tatari ulterius atque ulterius agentes hoc anno usque ad Euphratem accedebant, crebrasque effundebant in Deiar-Becr et Geziram excursiones, pro consueto suo more inhumanas. Cuius rei fama totam Syriam in maximas turbas et trepidationem coniiciebat.

Lubet hic ex Chronico, quod supra iam ad a. DCXVI laudavimus, de apparitione et invasione Tatarorum, huc spectantia quaedam excerpere, idque eo magis, quod eius auctor, Muhammed, Monschi [hoc est Cateb el-Inscha seu scriba litterarum, vel a secretis] Gelal-ed-dini, Nasavensis [aut ex urbe Nasa oriundus], ex quo decerpsimus quidquid hoc in nostro compendio de primis his Tataricis rebus sub Muhammede, et eius filio, Chovarezimschahis, deposuimus, censendus est multo melius eas res novisse, quam ullus alius, quandoquidem omnibus tam itineribus,

 quam

ووالده من غيره، قال محمد المنشي المذكور ان خوارزمشاه محمد
بن تكش عظم شانه واتّسع ملكه، وكان له اربعة اولاد قسم البلاد
بينهم، اكبرهم جلال الدين منكبرني وفوّض اليه ملك غزنة
وباميان والغور وبست وتكاباد وزمينداور *d* وما يليها من الهند،
وفوّض خوارزم وخراسان ومازندران الي ولده قطب الدين ازلاغ شاه
وجعله وليّ عهده، ثم في اخر وقت عزله عن ولاية العهد وفوّضها
الي جلال الدين منكبرني، وفوّض كرمان وكيش ومكران الي ولده
غياث الدين تيزشاه وقد تقدّمت اخباره، وفوّض العراق الي ولده
ركن الدين غورشاه يحيي، وكان احسن اولاده خَلقا وخُلقا،
وقتل المذكور التتر بعد موت ابيه، وضرب لكل واحد منهم النوب
الخمس في اوقات الصلوات علي عادة الملوك السلجوقية وانفرد
ابوهم خوارزمشاه محمد بنوبة ذي القرنين وانها تضرب وقتي طلوع
الشمس وغروبها وكانت سبعا وعشرين دبدبة من الذهب قد رصعت
بانواع الجوهر، وكذا باقي الالات النوبتية، وجعل سبعة وعشرين
ملكا يضربونها في اول يوم قرعت، وكانوا من اكابر الملوك اولاد
السلاطين، منهم طغريل بن ارسلان السلجوقي واولاد غياث
الدين صاحب الغور والملك علاء الدين صاحب باميان والملك
تاج الدين صاحب بلخ وولده الملك الاعظم صاحب ترمذ
والملك

q) Post الي forte deest المملوك

r) ثاره Forte بثاره

s) المذكور . Indicat hoc lacunam. Forte deest وكان حسام الدين
ابن عم سيف الدين ابن ابي علي

quam expeditionibus bellicis, Gelal-ed-dini comes, et carus eidem fuit. Ait itaque laudatus Muhammed Nasavensis Monschi sic: Muhammed Chovarezimschah, filius Tacaschi, princeps potentissimus, et amplissimi dominus imperii, quatuor inter, quot habebat, filios dividebat suas possessiones. Natu maximo, Gelal-ed-dino Mancbernio, dabat regna: Gaznam, Bameian, Gor, Bost, Tekabad, Zamizdavar, et his contiguum Indianum solum. Alteri filio, Cotb-ed-dino Vzlagschaho (260), dabat Chovarezmiam, Chorasanam et Mazenderanam. Hunc ipsum quoque declarabat sui Sultanatus haeredem. At sub ultimam aetatem hoc mutabat institutum, et transferebat ius in eam dignitatem succedendi in ipsius fratrem paullo ante dictum. Tertio filio, Gaiiat-ed-dino Tatarschaho, illi, de quo aliquoties facta fuit in superioribus mentio, dabat Kermanam, Kaisch et Mocranam. Quarto Rocn-ed-dino Gorschaho Iahiae, dabat Iracam, liberorum suorum tam corporis forma, quam indole animi, praestantissimo. Sed eum quidem Tatari haud multo post obitum patris perimebant. His quatuor filiis quotidie, pro more principum Selgukidarum [quorum successores Chovarezimschahi et erant et videri volebant], quinque fiebant Naubae [vel periodi, aut vices militares (261)] sub tempora precum instantia. Sibi vero peculiarem Naubam reservabat ipse pater illam, quae Nauba du'l-Carnain (262) appellatur, et quae bis per diem, sub ortum et occasum solis, celebratur. Instrumenta his destinata Naubis [seu excubiarum permutationibus et cum militare musica processionibus] numero erant viginti septem tympana aurea, gemmis variis ornata, quae quo die primum sonabant, a totidem principibus maximis, maximorom Sultanorum filiis, tunc in aula eius versantibus, plerisque omnibus captivis, percutiebantur, ut a Togrilo (263), filio Arslani, Selgukida, a filiis Gaiiat-ed-dini Gurensis, a Malec Ala-ed-dino, domino Bameianae, a Malec Tag-ed-dino, Balchae, ab huius filio, Malec el-Atamo, Tar-

والملك سنجر صاحب بخارا واشباههم ، وكانت ام خوارزمشاه محمد تركان خاتون من قبيلة بياووت وهي فرع من فروع يمسك ، وكانت بنت ملك من ملوكهم تزوّج بها تكش بن ارسلان بن اطسز بن محمد بن انوشتكيي غرشه ، فلما صار الملك انوشتكـ الي ولده محمد بن تكش قدم الي والدته تركان خاتون قبايل يمسك من الترك ، فعظم شان ابنها السلطان محمد بهم ، وتحكمت ايضا بسببهم تركان خاتون في الملك ، فلم يملك ابنها اقليما الّا وافرد لخاصّها منه ناحية جليلة ، وكانت ذات مهابة وراي وكانت تنتصف للمظلوم من الظالم وكانت جسورة علي القتل وعظم شانها بحيث ان ورد توقيعان عنها وعن ابنها السلطان محمد ينظر الي تاريخهما فيعمل بالاخير منهما ، وكان طغر توقيعها عصمة الدنيا والدين الغ تركان ملكة نساء العالمين ، وعلامتها اعتصمت

t) واشتد Forte وامكنك

v) غابة Forte غابه aut اسد غابته

x) المظغر Imo vero الافضل

y) Pro انشد in verſione dedi, ac ſi العبد legiſſem.

z) حماة C. L. حما

a) ينغوه C. L. ينغوه

b) Poſt استيلايهم forte deeſt لها

madae, a Malec Sangaro, Bocharae, et aliis aliarum dominis. Cetera inſtrumenta eidem inſervientia uſui ſimiliter erant comparata. Mater huius Muhammedis Chovarezimſchahi erat ex Babavut, tribu Turcica minore maioris Iamſek (264), oriunda, nomine Torcan Chatun (265), filia regis cuiusdam Turcici, tribubus illis imperantis; quam in matrimonium duxerat Tacaſch, filius Arſlani, filii Atſuzi, filii Muhammedis, filii Anuſchtekini. Erat illa venerabilis, aequi amans, prudens et praeclara matrona, ius oppreſſis reddere, ſed et ſontes occidere promta, multumque conferebat ad incrementa naſcentis filio ſuo poteſtatis. Nam cum is, defuncto patre, Sultanatum capeſſeret, aderant ad eius matrem tribules eius, hoc eſt, tribus omnes Turcicae ad Iamſeki familiam pertinentes. Quae ut ſpectabilis erat virium ad Chovarezimſchahi opes acceſſio, ſic et viciſſim per hos tantam ipſa ſibi comparabat Torcan Chatun penes filium auctoritatem, ut filius nullam acquireret provinciam, cuius unum alterumve tractum in peculium matri non aſſignaret, et, ſi ambo, mater atque filius, una eademque de re diverſa reſcriberent, magiſtratus, ad quos illae litterae ſpectabant, litterarum matris potius, quam filii, rationem haberent.* Togr [ſeu impliciti groſſique characteres, quibus nomen auguſtum exaratur, quaſi monogrammum], quod ipſa calamo admodum pingue et lato, ſed eleganter tamen, exarabat, haec exhibebat verba: "Aſmat ed-dunia va'd-din Olog Torcan Maleca Neſá el-Alamán" [h. e. firmum vinculum mundi et fidei, ſeu rerum politicarum et ſacrarum, magna Torcan, regina feminarum utriusque Saeculi, huius et futuri]. Eius autem Alama [nota characteriſtica, qua ſignabat ſuas

* Ita reddidi, ſenſu id flagitante, verba, quae in codice Arabico reperibam, aliud deſignantia. Sic nempe iacebat ibi verbotenus. "Si adveniebant duo Tauki [ſeu reſcripta] ab ipſa, et ab eius filio, Sultano Muhammede, conſiderabatur amborum *datum* [vel aera, tempus, quo ſcripta fuerant] et procedebatur ſecundum poſterius amborum." *Reiske.*

اعتصمت بالله وحده، وكانت تكتبها بقلم غليظ وتجوّد الكتابة،
قال المولّف المذكور ثم ان خوارزمشاه محمدا لما هرب من التتر
بما وراء النهر وعبر جيحون ثم سار الي خراسان والتتر تتبّعه ثم
هرب من خراسان ووصل الي عراق العجم ونزل عند بسطام احضر
عشرة صناديك ثم قال انها كلها جواهر لا يعلم قيمتها، ثم اشار صناديق
الي صندوقين منها وقال ان فيهما ما يساوي خراج الارض
بجملتها، ثم امر بحملها الي قلعة ازدهّن، وهي من امنع قلاع
الارض، واخذ خط النايب بها بوصول الصناديق المذكورة
بختومها، ثم ان التتر ادركت السلطان محمد المذكور،
فهرب وركب في المركب ولحقه التتر ورموه بالنشاب ونجي
السلطان منهم وقد حصل له مرض ذات الجنب، قال وقد وصل
الي جزيرة في البحر واقام بها فريد اطريدا لا يملك طارفا
ولا تليدا والمرض يزداد، وكان في اهل مازندران اناس
يتقرّبون اليه بالماكول وما يشتهيه، فقال في بعض
الايام اشتهي ان يكون عندي فرس يرعي حول خيمتي،
وقد

c) Post النسوي deest forte ا ل

d) زمبزداور corruptum.

e) بباووت Num rectum?

ſuas litteras, vel ſymbolum, erant haec verba: "Munio tueorque me deo ſolo." Porro, ait laudatus auctor, quum a Tataris e Transoxana fugeret Chovarezimſchah Muhammed, tranſibat primum ſuper Oxum in Choraſanam, dein, exagitatus inde quoque ab eodem hoſte perſecutore, ibat ad Irac el-Agam; ubi quum deſcenderet apud urbem Baſtamum, producebat decem ciſtas, quas omnes plenas dicebat eſſe gemmis omni aeſtimatione potioribus; prae ceteris autem duas de harum numero monſtrabat, quarum pretium affirmabat totius terrarum orbis per unum annum reditus aequare. Has iubebat in arcem, ſi quae ulla alia alibi eſt, munitiſſimam, Azdahan (266) dictam, deportari, et ab eius caſtellano chirographum ſibi remitti, quo teſtaretur ille ciſtulas, cum ſignaculis integris, recte ſibi exhibitas, et a ſe porro ſancte cuſtodiendas eſſe. Verum neque ipſe, neque liberi eius tanta gaza deinceps gaviſi fuerunt. Nam quum Tatari, cum tota provincia, etiam arce illa potirentur, incidebant illae decem ciſtae in eorum manus, et exhibebantur Genkizchano, cum ſignis adhuc ſalvis. Sed redeamus ad Chovarezimſchahum eiusque fata. Tatari ergo ipſum etiam ex Iraca Perſica excutiebant; quamobrem ad Caſpium mare confugiebat: cuius in litore conſcendebat naviculam, quae ipſum in vicinam inſulam aſportans, Tataris, ſed aegre, ſubtrahebat; certe iactis in naviculam ſagittis ipſum impetebant. Chovarezimſchah itaque appellebat quidem ad iſtam ignoti nominis inſulam, ſed aeger, laterum doloribus cruciatus, et invaleſcente morbo claudebat ibidem reliquos vitae, ſed paucos et miſeros, dies, in amicorum et commodi victus penuria, procul priſtino illo ſplendore omne, procul opibus tam avitis, quam recens partis. Pauci quidam indigenae Mazenderanenſes ipſi ad manum erant, ſtudebantque, cibos et alia cupita praeſtando, gratiam eius demereri. Sic, quum aliquando prodidiſſet deſiderium, paſcentem penes tentorium ſuum equum videndi; (parvulum enim ipſi tentorium

 raptim

السلحدار الغوس وعلامة الطشت دار المسينة والجمدار النفجة
وعلامة امير اخور النعل وعلامة الجاويشية قبة ذهب ، وكان
يمد السماط بين يديه وياكل الناس ويرفع من الطعام الذي
في صدر السماط الذي بين يديه الاكابر اذا قعدوا علي السماط
للاكل ، وكانت الزبادي كلها ذهبية وفضية ، وكان السلطان
محمد المذكور يختص بامور لا يشاركه فيها احد منها المجتر
منشورا علي راسه اذا ركب ومنها اللكح وهو انبوبة يتخذ من
الذهب الاحمر بين اذني مركوب السلطان يخرج منها المعرفة
وتشد الي طرف اللجام ، ومنها الاعلام السود والسرج *g* السود
والنفج *h* السود محمولة علي اكتاف الجمدارية ولا تحمل
لغيره علي الكتف ، ومنها ان جنايبه *i* كانت تجر قدامه
وجنايب غيره من الملوك كانت تجر وراءهم ، ومنها ان اوساط
خيله تدلق من اوساطها مقدار شبرين ، ومنها الجلوس بين
يديه علي الركبتين لمن يريد مخاطبته * قال المولف المذكور
ثم

g) الاعلام السود والسرج C. L. الاعلام السرج

h) النفج C. L. temere البقج Nimirum نفجة et in plurali نوافج sunt *burfae*, vel *ciftae*. d'Herbel. pag. 585. a. Golius ad Alfergenum pag. 165.

i) جنايبه C. L. حنايته

Taſchtdari [ſeu pincernae] erat Miſineh (271); ſignum Hemdari (272) erat ſacciperium; ſignum Emir Achur [ſeu praefecti ſtabulorum] ſolea ferrea equina; ſignum praefecti Gauſchorum [vel apparitorum] . . . . * aurea. Solebant dapes coram ipſo inſtrui, et aulici in eius oculis deſidere et epulari de ferculis, quae in Sadr [ſummo et honeſtiſſimo loco] convivii, proceres primi ordinis ** deponebant. Vaſa erant omnia aut aurea aut argentea. Praeterea habebat hic Sultan res aliquas ſibi privas, in quibus a more apud alios principes recepto deflectebat, ut الجتر *** explicatum ſuper eius capite quando equitabat [in proceſſione publica ſcilicet]. Item الكلكج hoc eſt thyrſus [vel ſcapus] ex auro rubro [obryzo, vel Iapanico] defixus inter aures [in ſummo capitis vertice] equi, cui Sultan inequitabat; e quo [ſcapo aureo] prodibat المعرفة **** extremitati freni alligata. Illuc etiam pertinent ſigna nigra, et ephippia nigra, et arculae nigrae, quae ipſi ſuper humeris Gamdariorum portabantur, alii non licebat ſuper humeris aliquid portari. Item hoc, quod equi eius ductiles [quales a latere ducuntur, inſeſſori recipiendo parati] coram ipſo ducerentur, ceteris autem regibus ſolent a tergo duci. Item hoc, quod equorum eius corpora media conſueverint ad duarum ſpithamarum latitudinem pannis veſtiri. Item hoc, quod voluerit ambobus genubus innixum coram ipſo deſidere, quisquis ipſum alloqueretur.

Bbb 3 Deinde

* Exſtabat in codice arabico قسة absque puncto diſtinctivo ſecundae litterae. Forte قبة *Cobbah* leg. h. e. obumbraculum, σκιαδειον.

** الاكابر in Nominativo eſt in arabico. Putem rectius للاكابر "depromebatur de ferculis, quae in ſummo apponebantur, coram Sultano, quod daretur proceribus primi ordinis."

*** Eſtne forte σκιαδειον, umbraculum ſoli, aut pluviae praetenſum. The arabic word is [illegible] synonymous [with] the [illegible]

**** Forte eſt illa κυρβασια ex ſetis equinis facta huc illuc nutans et undans, qualem noſtri quoque equi nonnunquam in capite erectam monſtrant.

which signifies a tent, a pavilion, a curtain of a royal tent or palace, an umbrella, a parasol, a parapluie, a veil. See Richardson's Pers[illegible]

ثم سار جلال الدين بعد موت ابيه السلطان محمد من الجزيرة
الي خوارزم ثم هرب من التتر ولحق بغزنة وجري بينه وبين
التتر من القتال ما تقدّم ذكره، وسار اليه جنكزخان، فهرب
جلال الدين من غزنة الي الهند، فلحقه جنكزخان علي ماء
السند، فتصافقا صبيحة يوم الاربعا لثمان خلون من شوال سنة
ثماني عشرة وستماية، وكانت الكرّة اوّلا علي جنكزخان ثم عاودت
علي جلال الدين وحال بينهما الليل وولي جلال الدين منهزما
واسر ولد جلال الدين (وهو ابن سبع او ثمان سنين) وقتل بين
يدي جنكزخان صبرا، ولما عاد جلال الدين الي حافّة ماء السند
كسيرا راي والدته وام ولده وجماعة من حريمه يصحن بالله
بالله عليك اقتلنا او خلّصنا من الاسر، فامر بهن فغرقن،
وهذه من عجايب البلايا ونوادر المصايب والرزايا، ثم اقتحم
جلال الدين وعسكره ذلك النهر العظيم فنجي منهم الي البرّ
تقدير اربعة الاف رجل حفاة عراة ورمي الموج جلال الدين مع
ثلثة من خواصّه الي موضع بعيد وفقده اصحابه ثلثة ايام
وبقي اصحابه لفقده حايرين وفي تيه الفكر سايرين الي
ان اتّصل بهم جلال الدين، فاعتدّوا مقدمه عيدا
وظنّوا

Deinde (verba ſunt laudati auctoris in alio loco) Gelal-ed-din poſt iſtius mortem deſerta inſula, primum in Chovarezmiam, et porro, Tataros fugiens, in Gaznam ibat, tandem ad Indos, inſtante et urgente Genkizchano; ſed apud Sendum [vel Indum] neceſſe habebat iuſtum praelium cum hoſte committere, die Mercurii, octavo menſis decimi, anni DCXVIII, quod acerrimum fuit ab aurora ad noctem usque protractum. Victoria videbatur primum quidem in Gelal-ed-dini partes inclinare, tum vero in alterum propendebat; tandem interveniente nocte decedebat Gelal-ed-din de campo, fugamque porro ultra Indum inſtruebat, cuius in ripa, priusquam pugnam ordiretur, cara ſua, matrem, concubinam, reliquam gynaeconitidem depoſuerat. Cum itaque victus et repulſus eo rediret, parvuloque filio multatus, ſeptenne circiter aut octenne puero, quem Genkizchan in poteſtate nactus trucidari frigido ſanguine curabat, verbo, rebus ad extremam deſperationem adactis, invadebant ipſum feminae lamentantes, et obteſtantes per deum immortalem, efficeret ut aut a captivitate immunes conſerventur, aut curaret ſe perimi protinus. Gelal-ed-din itaque, ut in re praecipite et deſperata iubebat illas ad unam omnes aqua mergi. (273) Mira afflictio! rara et ſtupenda calamitas! (274) Quo non adigat fortunae neceſſitas, clavos trabales et cuneos manu geſtans ahena! Hoc facto, praeceps irruebat Gelal-ed-din in magnum iſtum fluvium, cum ſuis militibus, quorum plurimos gurges hauſit, quatuor fere millia virorum in alteram continentem, Indicam nempe, nudi et inermes, emergebant. Fluctus ipſum Gelal ed-dinum, cum tribus intimorum eius amicorum, in locum eiecerat, procul ab eo remotum, in quem reliqui eſcenderant. Per triduum deſiderabatur, et inopes conſilii milites, quo irent neſcii, de rege ſuo ſolliciti pariter atque ignari, tanquam in vaſto deſerto ancipitium cogitationum oberrabant; donec tandem Gelal-ed-din ipſis iterum ſe iungeret. Feſtus illis ille dies erat et laetitiae plenus; reputa-

وظنّوا انهم نبشوا جديدا ، ثم جري بين جلال الدين وبين اهل
تلك البلاد وقايع انتصر فيها جلال الدين ووصل الي لهاور من
الهند ، ولما عزم جلال الدين علي العود الي جهة العراق استناب
بهلوان ازبك علي ما كان يملكه من بلاد الهند واستناب معه
حسن قراق ولقبه وفا ملك ، وفي سنة سبع وعشرين وستماية
طرد وفا ملك بهلوان ازبك واستولي وفا ملك علي ما كان
يليه البهلوان من بلاد الهند ، ثم ان جلال الدين عاد من الهند
ووصل الي كرمان في سنة احدي وعشرين وستماية وقاسي هو
وعسكره في البراري القاطعة بين كرمان والهند شدايد ووصل
معه اربعة رجل بعضهم ركاب ابقار وبعضهم ركاب حمير ، ثم
سار جلال الدين الي خورستان واستولي عليها ، ثم استولي علي
اذربيجان ، ثم استولي علي كنجة وساير بلاد اران ، ثم ان جلال
الدين نقل اباه من الجزيرة الي قلعة اردهن ودفنه بها ، ولما
استولي التتر علي القلعة المذكورة نبشوه واحرقوه ، وهذا كان
فعلهم بمن عرفوا قبره ، فانهم نبشوا محمود بن سبكتكين من
غزنة واحرقوا عظامه * ثم نذكر ما تقدمت الاشارة اليه من استيلاء
جلال الدين علي خلاط وغيره ، ثم نذكر نزوله علي جسر قريب
امد وارساله يستنجد الملك الاشرف ابن الملك العادل ،
فلم ينجده ، فعزم جلال الدين علي المسير الي اصفهان
ثم انثني عزمه عنه وبات بمنزلة وشرب تلك الليلة
وسكر سكرا خماره دوار الراس وتقطّع الانفاس ،
واحاط

reputabant ſe denuo vitae redditos. Inde cum Indis Gelal-eddino res erant et pugnae, ſemper ſecundae: ad ipſam usque capitalem eorum, Lahavor, penetrabat. Quum tandem decreviſſet Iracam repetere, conſtituebat ſuos in India, quatenus ipſi parebat, locum tenentes Behluvanum Vzbecum, et ei adiunctum Haſan Caracum, cui titulum Vafa el-Molk attribuebat. Hic poſterior exigebat anno DCXXVII ſuperiorem ex Indicis eius poſſeſſionibus, easque ipſe occupabat. Sed haec quidem ad praeſentem ſermonem non ſpectant, qui nobis de Gelal-ed-dino eſt. Is igitur anno DCXXI redux ex India Kermanam intrabat, poſt toleratas incredibiles moleſtias et pericula in deſertis, quae ambas illas provincias intercedunt; ut vel ex eo colligas, quod de toto exercitu nonniſi quatuor homines ſalvi cum ipſo redierint, partim vaccis, partim aſinis, vecti. Chureſtanam inde ſubigebat, tum Aderbiganam, poſt Congam, et totam reliquam Iranam. Porro transferebat ex illa Caſpii maris inſula, in qua pater obierat, eius reliquias in arcem Azdahan, ibique condebat, ſed ſiniſtro fato. Tatari enim arce illa potiti, oſſa haec tumulo egeſta comburebant, pro more ſuo, in monumenta illuſtrium Muſlemorum, quotquot norant, ſaeviendi. Pari furore deſtruebant et contaminabant Gaznae oſſa Mahmudi, filii Soboctekini.

Poſt haec habentur in auctore noſtro de ſubacta per Gelal-ed-dinum Challata, et reliqua, quae iam ſupra ſuis locis attulimus. Tum addit, eundem, dum apud pontem Amidenum haeret, auxilium Malec el-Aſchrafi imploraſſe quidem, at non impetraſſe. Quamobrem eum decreviſſe ait Isfahanam ire; mutaſſe tamen deinceps conſilium; et ita contigiſſe, ut pernoctans in aliqua ſtatione, compotaret usque ad ebrietatem, ſed ebrietatem cuius fermentatio perniciofas capitum vertigines et ſaltus, animarumque* ſectiones

* Id eſt meatuum, per quos anima commeat, id eſt faucium.

واحاط التتر به وبعسكر مصبحين ،

فمساهم وبسطهم حرير وصبحهم وبسطهم تراب ،

ومن في كفّه منهم قناة كمن في كفّه منهم خضاب *

واحاطت اطلاب التتر بخركاه جلال الدين وهو نايم سكران ، فحمل بعض عسكره وهو ارخان وكشف التتر عن الخركاه ودخل بعض الخواص واخذ بيد جلال الدين وايقظه وعليه طاقية بيضا واركبه الفرس ، وساق ارخان مع التتر وتبعه التتر ، وقال جلال الدين لارخان انفرد عنّي بحيث يشتغل التتر بتتبع سوادك ، وكان ذلك خطاء منه ، فان ارخان تبعه جماعة من العسكر وصاروا تقدير اربعة الاف فارس وقصد اصفهان واستولي عليها مدة ، ولما انفرد جلال الدين عن ارخان ساق الي باسورة k) امد ، فلم يمكن من الدخول الي امد ، فسار الي قرية من قري ميافارقين طالبا شهاب الدين غازي بن الملك العادل صاحب ميافارقين ، ثم لحقه التتر في تلك القرية ، فهرب جلال الدين الي جبل هناك وبه اكراد يتحفظون الناس ، فاخذوه وسلخوه وارادوا قتله ، فقال جلال الدين لاحدهم

k) باسورة Cod. Leid. ناشورة

ſectiones importarit. Proximo enim mane cingebant eum, ait, et eius caſtra Tatari,

ut, qui veſperae ſtratis incubuerant ſericeis, altero mane pulveri, ſed aeternum, incubarent;

et ut, quisquis eorum manu tenebat haſtam, eſſet inſtar eius de ipſorum numero, in cuius manu erat tinctura.*

Tatarorum itaque praecurſores cingebant Charcatam [vel Hordam, tentorium] Gelal-ed-dini dormientis et ebríi. Familiarium aliquis autem ingreſſus eum excitabat, et extrahebat manu correptum, et imponebat in equum, in eo habitu, in quo extractus e ſtragulis fuerat, in vitta alba cubitoria, interea quum Orchan, ducum unus, Tataros agitando, et in ſe convertendo, ab hero abſtrahebat. Et ſic evadebat quidem Gelal-ed-din ex hoc malo, ſed incidebat mox in aliud multo gravius. Imperabat enim Orchano per legatum, ne ſe aſſectaretur, ſed aliam viam abiret, quo ſcilicet hoſtis diſtractus et ipſi ſoli, Orchano, inhians, ſe perſequi negligat. At id capitale peccatum eius erat. Potuerat enim forte ſervari, ſi cum Orchano proceſſiſſet. Hic certe quatuor fere equitum millia ſecum Isfahanam ſoſpites ducebat, eaque urbem obtinebat aliquamdiu. Gelal-ed-din autem ſic avulſus propellebat usque ad pontem ſublicium Amidae (275) urbis. At ingreſſu prohibitus, abſcedebat ad pagum aliquem agri Maiafarekinenſis, cum provinciae domino, Malec Schahab-ed-dino Gazio, filio Malec el-Adeli, convenire cupidus. Ibi autem agenti ſuperveniebant Tatari. Quamobrem vicinum in montem confugiebat, ſed eum Curdis obſitum, qui viatores illuc transeuntes diligenter ſpeculabantur et ſpoliabant. Eandem ab his fortunam ſubibat Gelal-ed-din, et peiorem. Curdi enim comprehenſum et exutum, in eo iam erant, ut trucidarent, ignorantes quis eſſet. Indicium itaque ſui faciebat miſer, et ad unum

 aliquem

* Eſt periphraſis feminarum, quas in caſtris ſecum habebant. Solet enim apud orientales ille ſexus ungues tingere. Qua de re pleni Itineratores.

لاحدهم اني انا السلطان ، فاستبقني ، اجعلك ملكا ، فاخذه الكردي واتي به الي امراته وجعله عندها ومضي الكردي الي الجبل لاحضار ما له هناك ، فحضر شخص كردي ومعه حربة وقال للامراة لم لا تقتلون هذا الخوارزمي ، فقالت الامراة لا سبيل الي ذلك فقد امنه زوجي ، فقال الكردي انه السلطان وقد قتل لي اخا بخلاط خيرا منه ، وضربه بالحربة فقتله ، وكان جلال الدين اسمر قصيرا تركي الشارة 1) والعبارة ، وكان يتكلم بالفارسية ايضا ، وكان يكاتب الخليفة بمبداء الامر علي ما كان يكاتبه ابوه خوارزمشاه محمد فكان يكتب خادمه المطواع منكبرني ثم بعد اخذ خلاط كاتبه بعبده ، وكان يكتب الي ملك الروم وملوك مصر والشام اسمه واسم ابيه ولم يرض ان يكتب لاحد منهم خادمه او اخوه وغير ذلك ، وكانت علامته علي قوافيعه النصرة من

1) الشارة *forma, species corporis*, item *vestitus*. Gauharius: الشارة اللباس والهيئة واشارت الابل اذا سمنت بعض السمن ، يقال جاءت الخيل شيارا اي سمانا حسانا ، وقد شار الفرس اي سمن وحسن — والمستشير السمين ، وقد استشار البعير مثل اشتار اي سمن — رجل حسن الصورة والشورة وانه لصير شير اي حسن الصورة ، والشارة هي الهيئة ، Est in Divan Hudeil. شورة من عيشنا quod Scholiastes per حسن reddit, *formositas vitae nostrae*, species eius. Pro *forma* seu *pulchritudine* positum شارة legitur in Hamasa: فويلمها خيلا بهاء وشارة اذا لاقت الاعداء لو لا صدودها ، "Hem vobis ob istos equites in tanta pompa, tanta specie tum comparentes, quum hostibus occurrunt! modo non essent aciei desertores." Et haud multo post: كانها عذاري عليهن شارة "ac si essent virgines formosae."

aliquem eorum converſus, Ego ſum Sultan, aiebat; conſerva mihi vitam: ſi feceris, ego te viciſſim magnum et potentem virum efficiam. Et his quidem efficiebat verbis, ut Curdus ille ipſum caedi eriperet, et ſecum in tugurium ſuum deduceret. Sed quum ipſi paullo poſt in montem evadendum et pecus inde arceſſendum eſſet, commendabat hunc captivum ſuum uxori. Id quod exitiale miſero principi erat. Interea enim dum maritus abeſt, aderat ad uxorem Curdus aliquis alter, haſtatus, et interrogabat eam, quare tandem Chovarezmicum iſtum non occidant. Reſpondebat mulier, id fieri nullo modo poſſe, ſiquidem maritus ſuus ipſi ſalutem et protectionem ſuam condixerit. Verum Curdus ſignificabat mulieri, hunc eſſe Sultanum, qui fratrem aliquem ſuum Challatae occiderit, ipſo, Gelal-ed-dino, multo melioris frugis hominem. Et cum dicto transverberabat haſta Gelal-ed-dinum. Id quod contigit medio menſe decimo huius anni DCXXVIII. Hic eſt exitus huius viri, in quo florens opibus et fama imperium Chovarezimſchahum exſtinctum fuit. Erat furvus colore, ſtatura brevis, Turca corporis habitu et ſermone, ſed ſolebat etiam Perſice loqui. Rerum ſuarum initio ſolebat Chalifam in litteris eodem modo compellare, quo pater, Chovarezimſchah Muhammed, conſueverat; nempe ſe ferebat ipſius Chadem Matva [ſeu miniſtrum, vel cultorem, obſequioſum] Mancbernium. Poſt captam vero Challatam appellabat ſe Abdoh [ſervum eius, quod illo ſuperiore multo eſt dimiſſius]. Ad Selgukidam, in Romania, et ad Eiubidas in Syria et Aegypto, dominos, quando ſcribebat, nomen tantummodo ſuum et patris adſcribebat, aliud nihil, neque ſe aut cultorem eorum, aut fratrem dicebat, quod alii reges adverſus aequales facere ſolent. In litteris tandem ad Mauſelae dominum [qui mamlucus olim fuerat], et ei ſimiles minorum gentium regulos, tam non deprimebat honorem ſui nominis, ut id in loco non devoto commemoraret; ſed adſcribebat tantummodo ſuam Alama [vel

من الله وحده ، وكان اذا كاتب صاحب الموصل او شبهه يكتب له
هذه العلامة تعظيما عن ذكر اسمه ، وكان يكتب العلامة بقلم غليظ ،
وكان جلال الدين يخاطب بخداوند عالم اي صاحب العالم ،
وكان مقتله في منتصف شوال من هذه السنة (اعني سنة ثمان
وعشرين وستماية) ، وهذا ما نقلناه من تاريخ محمد المنشي
وهو ممن كان في خدمة جلال الدين الي ان قتل وكان كاتب
الانشاء الذي له وكان محظيا متقدما عنده *

وفي هذه السنة انتهي التاريخ الكامل تاليف الشيخ عز الدين
المعروف بابن الاثير الجزري المنقول غالب هذا المختصر منه ، فانه
الّفه من هبوط ادم الي سنة ثمان وعشرين وستماية ، وتوفي عز الدين ابن
الاثير المذكور في سنة ثلثين وستماية علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفيها في ذي القعدة توفي بالقاهرة ابو الحسن يحيي بن
عبد المعطي بن عبد النور الزواوي النحوي الحنفي احد ايمة
عصره في النحو واللغة ، وسكن دمشق زمانا طويلا وصنف تصانيف
مفيدة منها منظومته الالفية المشهورة ، وكان مولده سنة اربع
وستين وخمسماية ، والزواوي منسوب الي زواوة وهي قبيلة كبيرة
بظاهر بجاية من اعمال افريقية *

ثم دخلت سنة تسع وعشرين وستماية والسلطان الملك الكامل

ſymbolum] verba ſcilicet Corani, quae adſcribere ſuis mandatis ſolebat: en Naſrat min allah vadih [victoria venit a deo ſolo]. Scribebat illud ſymbolum calamo pingui. Solebat in alloquio Chodavend Alám, hoc eſt dominus mundi, compellari. — Et tantum voluimus ex Chronico rerum Tataricarum Muhammedis Monſchii Naſavenſis excerpere. Nunc ad alia progredimur.

In hoc anno DCXXVIII deſinit Tarich el-Camel [ſeu hiſtoria completa, vel univerſalis], opus Schaich Azz-ed-dini, vulgo ſub nomine Ibn-el-Atiri Gazaraei celebratioris, ab Adami lapſu [hoc eſt initio mundi] ad hanc usque productum aetatem, et toties a nobis laudatum; idque merito ſuo. Non enim veremur confiteri, maximam partem eorum, quae in hoc noſtro compendio leguntur, inde depromtam eſſe. De ipſius viri obitu biennio poſt, ad annum puta DCXXX videbimus.

Eiusdem anni menſe penultimo deceſſit Abu'l-Haſan Iahia, filius Abd-el-Motii, f. Abd-en-Nuri, Zavavi, vulgo ſic dictus, de Zavava, magna tribu Barbarica, de gente in agro Bagaiae, quae eſt nomus Africae provinciae; grammaticus et philologus nobilis, ſectae Hanafiticae addictus. Damaſcum incoluit diu, et ſcripta ibi compoſuit utiliſſima, quorum unum eſt celebre illud eius carmen el-Alfiia dictum [quoniam in litteram Elif omnes eius rhythmi deſinunt]. Natus fuerat anno DLXIV.

Anno DCXXIX ineunte [qui die 28 Octobr. A. C. 1231 coepit] haec erat principum et ſtatuum in oriente facies, ut Sultan Malec el-Camel in Aegypto, cum fratre Aſchrafo, haereret, Hamatae Malec el-Modaffar Mahmud, eius et Maarrae dominus. Huius frater, Malec en-Naſer Kilig Arſlan, tenebat Barinam; Halebum Malec el-Aziz Muhammed, filius Daheri Gazii, iam ſolus regnans, maior annis factus. Tatari Perſicum omne ſolum ſubegerant. Irakae dominabatur Chalifa Moſtanſer. De-

excedebant fratres, Camel et Aſchraf, in terras orien-
primum quidem Schaubecam abibat Camel, ubi eum

Malec

الملك الكامل والاشرف من ديار مصر وسارا الي البلاد الشرقية ، فسار الملك الكامل الي الشوبك واحتفل له الملك الناصر داود بن المعظم عيسي بن العادل ابي بكر بن ايوب احتفالا عظيما بالضيافات والاقامات والتقادم وحصل بينهما الاتّحاد التامّ ، وكان نزل p الملك الكامل باللجون قرب الكرك وهي منزلة الحجاج في العشر الاخير من شعبان هذه السنة ، ووصل اليه باللجون صاحب حماة الملك المظفر محمود ملتقيا وسافر الناصر داود مع الملك الكامل بعسكره الي دمشق واستصحب الملك الكامل معه ولده الملك الصالح نجم الدين ايوب وجعل نايبه بمصر ولده وولي عهده الملك العادل سيف الدين ابا بكر بن الملك الكامل بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب ، ثم سار الملك الكامل ونزل علي سلمية واجتمع معه ملوك اهل بيته في جمع عظيم ثم سار بهم الي امد وحصرها وتسلّمها من صاحبها الملك المسعود بن الملك الصالح محمود بن محمد بن قرا ارسلان بن سقمان بن ارتق ، ومحمد بن قرا ارسلان المذكور هو الذي ملّكه السلطان صلاح الدين امد بعد انتزاعها من ابن ينسان r وكان انتزاع الملك الكامل امد من الملك المسعود المذكور لسوء سيرة الملك المسعود وتعرّضه لحريم الناس ، وكانت له عجوز قوادة s يقال لها الازا كانت تولّف بينه وبين نساء الناس الاكابر ونساء الملوك ، ولما نزل الملك المسعود الي خدمة الملك الكامل وسلّم امد وبلادها اليه ومن جملة معاقلها حصن كيفا وهو t في غاية الحصانة احسن الملك الكامل الي الملك المسعود واعطاه اقطاعا جليلا بديار مصر ، ثم بدت منه امور اعتقله الملك

Malec en-Naſer Davud, filius Malec el-Moattami Iſae, filii Malec el-Adeli Abu-Becri, filii Eiubi, magnifice atque panegyrice excipiebat, hoſpitiis, famulitiis, feſtivitatibus, donariis, tanto principe dignis; quo perfecta coaleſcebat ambos inter, patruum et nepotem, amicitia. Inde abibat Camel Lagunam,* ibique labente huius anni octavo menſe appellebat. Is locus eſt apud Caracam, ſtatio religioſis Meccam commeantibus. Illuc ad ipſum adibat, ſalutandi gratia, Malec el-Modaffar Mahmud, Hamatae dominus. Inde pergebant Malec el-Camel et Malec en-Naſer Davud cum copiis Damaſcum: quibus etiam Cameli filiorum unus, Malec es-Saleh Nagm-ed-din Eiub, aderat; alterum vero reliquerat pater Miſrae, per abſentiam ſuam ibi regni res procuraturum, deſignatum Sultanatus haeredem, Malec el-Adelum Saif-ed-dinum Abu-Becrum. Inde continuabat Camel Salamiam, ubi poſita in caſtra magno ſe numero ipſi principes Eiubitae aggregabant; quibuscum Amidam ibat obſeſſum; quam ipſi quoque tradebat eius dominus, Malec el-Maſud, filius Malec es-Salehi Mahmudi, filii Muhammedis, filii Cara Arſlani, filii Socmani, filii Ortoki. Hos inter primus obtinuerat Amidam Muhammed, e donatione Saladini, quum is eam Ibn-Ianſano** ademerat. Quod autem Malec el-Camel nunc eadem hunc Maſudum privabat, in cauſſa erant infames illius Maſudi mores. Vxores enim civium corrumpebat, utens eam in rem opera cuiusdam Lazae, anus parariae, quae ipſi uxores procerum conciliabat. Huic, quod absque multa vi ſe ſiſtebat Camelo, et obſequium praeſtabat, et Amidam dedebat, cum toto illuc pertinente agro, et caſtellis, quae inter etiam erat arx quam poteſt munitiſſima, Heſn Caifa, propterea concedebat ipſi Sultan in Aegypto ſplendida apanagia, et aliis eum mactabat beneficiis. Deinceps autem patrabat ille quaedam, quorum cauſſa eum Camel in

* Vid. Elmac. pag. 206. f. ** Forte Ibn-Seiano.

الملك الكامل بسببها ولم يزل الملك المسعود معتقلا حتي مات الملك الكامل ، فخرج من الاعتقال واتّصل بحماة فاحسن اليه الملك المظفر محمود صاحب حماة ، ثم سافر الملك المسعود الي الشرق واتّصل بالتتر فقتلوه * فلما تسلّم الملك الكامل امد وبلادها رتّب فيها النواب من جهته وجعل فيها ولده الملك الصالح ايوب بن الملك الكامل وجعل معه شمس الدين صوّاب العادلي ، وخرجت هذه السنة والملك الكامل بالشرق * ولما خرج الملك الكامل من مصر في هذه السنة خرج صحبته بنتاه فاطمة خاتون زوج الملك العزيز صاحب حلب وغازية خاتون زوجة الملك المظفر صاحب حماة ، وحملت كل واحدة منهما الي بعلها واحتفل لدخولهما حلب وحماة *

ولده / زوجة

وفي هذه السنة ظنّا توفي علي بن رسول النايب علي اليمن واستقرّ مكانه ولده عمر بن علي *

ثم دخلت سنة ثلثين وستماية ، وفيها رجع السلطان الملك الكامل من البلاد الشرقية بعد ترتيب امورها وسار الي ديار مصر ورجع كل ملك الي بلده *

ذكر استيلاء الملك العزيز محمد بن الظاهر صاحب حلب علي شيزر ، وكانت شيزر بيد شهاب الدين يوسف بن مسعود بن سابق الدين عثمان بن الداية ، وكان سابق الدين عثمان المذكور واخوته من اكابر امراء نور الدين محمود بن زنكي ، ثم اعتقل الملك الصالح اسماعيل بن نور الدين الشهيد سابق الدين عثمان بن الداية وشمس الدين اخاه ، فانكر السلطان صلاح الدين عليه ذلك وجعله حجّة لقصد الشام وانتزاعه من الملك الصالح اسماعيل ، فاتصل

اولاد

in custodiam mittebat, unde post huius obitum demum exivit. Libertati redditus ibat Hamatam, cuius dominus, Malec el-Modaffar Mahmud, eum benigne habebat. Inde tandem in orientem digressus incidebat Masud in Tataros, a quibus periit. Itaque nactus Amidam Camel, instruebat variis suo nomine praefectis, et filium, Salehum Eiubum, ibi residere iubebat, cui Schams-ed-dinum Savabum Adelicum attribuebat. Sic in oriente versanti Camelo finis anni huius obrepebat. Praeterea quoque ambas suas filias, quas Misra egrediens secum duxerat, sponso unamquamque suo in manus dabat, Fatimam Chatunam Malec el-Azizo, Halebi domino; alteram autem, Gaziam Chatunam, Malec el-Modaffaro, Hamateno; quarum urbium utraque adventum et nuptias illustrium feminarum grande festivaque laetitia concelebrabant.

Hoc anno propemodum coniicimus de vita decessisse Alin Ibn-Rasulum, Cameli apud Arabiam felicem Proregem. Cui filius, Omar, succedebat.

Anno DCXXX [qui die 17 Octobr. A. Chr. 1232 coepit] Schaizara potiebatur Malec el-Aziz, filius Malec ed-Daheri, dominus Halebi. Obtinuerat eam arcem hactenus Ibn-ed-Daiae gens, et eorum quidem tunc tenebat Schahab-ed-din Iusef, filius Masudi, filii Sabek-ed-dini Otmani, Ibn-ed-Daiae [seu filii nutricis]; quem Sabek-ed-dinum, eiusque fratres in aula Nur-ed-dini Schahidi [seu martyris], filii Zenkii, Emiros maximi momenti fuisse, supra vidimus. Ibidem quoque vidimus, qua ratione in famulitium Salah-ed-dini pervenerint. Scilicet (iuvat enim breviter repetere) post Nur-ed-dini mortem mittebat eius filius, Malec es-Saleh Ismaël, modo dictum Sabec-ed-dinum, eiusque fratrem, Schams-ed-dinum, in carcerem. Id arripiebat Salah-ed-din pro caussa suae istius in Syriam invasionis, qua provinciam illam Nur-ed-dini filio adimebat; et ea occasione perveniebant filii Nutricis in aulam et servitia Saladini, mune-

 ribusque

اولاد الداية بخدمة السلطان صلاح الدين وصاروا من اكبر امرايه ، وكانت شيزر اقطاع سابق الدين المذكور فاقرّه السلطان صلاح الدين عليها وزاده ابا قبيس لما قتل صاحبها خمارتكين ، ثم ملك سيزر بعد ولده مسعود بن عثمان حتي مات وصارت لولده شهاب الدين يوسف المذكور الي هذه السنة ، فسار الملك العزيز صاحب حلب بامر الملك الكامل وحاصر شيزر ، وقدم اليه وهو علي حصارها الملك المظفر محمود صاحب حماة مساعدا له ، فسلّم شهاب الدين يوسف شيزر الي الملك العزيز ونزل الي خدمته ، فتسلّمها في هذه السنة ، وهني الملك العزيز يحيي بن خالد ابن القيسراني بقوله ،

يا مالكا عمّ اهل الارض نايله وخصّ احسانه الداني مع v القاصي ،
لما رات شيزر رايات نصرك في ارجايها القت العاصي الي العاصي *

ثم ولّي الملك العزيز علي شيزر واحسن الي الملك المظفر محمود صاحب حماة ورحل كل منهما الي بلده *

وفيها استاذن الملك المظفر محمود صاحب حماة الملك الكامل في انتزاع بارين من اخيه قليج ارسلان ، لانه خشي ان يسلمها الي الفرنج لضعف قليج ارسلان عن مقاومتهم ، فاذن له الملك الكامل في ذلك ، فسار الملك المظفر من حماة وحاصر بارين وانتزعها من اخيه قليج ارسلان بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ، ولما نزل قليج ارسلان الي اخيه الملك المظفر احسن اليه x وساله في الاقامة عنده بحماة ، فامتنع وسار الي مصر ، فبذل له الملك الكامل اقطاعا جليلا واطلق له املاك جدّه بدمشق ، ثم بدا منه ما لا يليق من الكلام ، فاعتقله الملك الكامل الي ان مات قليج ارسلان في الحبس سنة خمس وثلثين وستماية قبل موت الملك الكامل بايام *
وفيها

ribusque apud ipſum defungebantur illuſtriſſimis; et is non tantum confirmabat Sabec-ed-dino Schaizaram, antiquum feudum, a Nur-ed-dino impertitum, ſed etiam addebat Abu-Cobais, poſtquam eius dominum, Chamardekinum, occidiſſet. Ab hoc Otmano Sabec-ed-dino perveniebat Schaizar ad eius filium, Maſudum, ab hoc ad huius filium, de quo ſermo iam nobis eſt, Schahab-ed-dinum Ioſefum, quem hoc anno ſua in arce obſeſſum ibat Malec el-Aziz, iuſſu Cameli. Ipſo iam in opere occupato illi adiutor accedebat Malec el-Modaffar Mahmud, Hamatae dominus, eoque adigebant ambo arcis dominum, ut ad Azizum deſcenderet et arcem ipſi dederet. Hanc victoriam Azizo gratulatus eſt Iahia, filius Chaledi Ibn-el-Caiſarani, carmine, cuius haec ſunt:

O rex, cuius dona toti quidem terrarum orbi communia ſunt, et cuius tamen beneficia particularia ſunt propinquis, prae remotis:

quum videbat Schaizar vexilla victoriae tuae ſuis in finibus, proiiciebat Aſium [ſeu rebellem] in Aſium [h. e. Orontem fluvium]..

Aziz porro praeficiebat arci ſic acquiſitae curatorem ſuo nomine, et digna referebat Modaffaro praemia, pro praeſtitis ſuppetiis et opera. Hic autem Hamatam ſe referebat, et a Camelo veniam rogabat, Barinam fratri ſuo, Malec en-Naſero Kilig Arſlano, adimendi; eamque nactus (cauſſabatur enim, vereri, ne frater eam, reſiſtendo impar, Francis tradat): obſidebat dictam arcem, et aliquanto poſt ſubigebat; exutoque fratri benefaciebat, et hoſpitium offerebat Hamatae, rogabatque, velit penes ſe manere. Sed Naſer nolebat, et Miſram potius abibat, ubi Sultan Malec el-Camel ipſi opimos fundos aſſignabat, et omnia, quae avus eius Damaſci poſſederat. Hic idem tamen ipſum tempore poſt, ob indecentes aliquos ſermones ab eo proditos, in carcerem dabat, ubi etiam exſpiravit, paucis ante mortem Cameli diebus.

وفيها توفي مظفر الدين كوكبوري بن زين الدين علي كجك، وقد تقدم ذكر ملكه اربل بعد موت اخيه نور الدين يوسف بن زين الدين علي في سنة ست وثمانين وخمسماية لما كانا في خدمة السلطان صلاح الدين في الجهاد بالساحل فبقي ملكها من تلك السنة الي هذه السنة، ولما مات مظفر الدين المذكور لم يكن له ولد، فوصي باربل وبلادها للخليفة المستنصر، فتسلمها الخليفة بعد موت مظفر الدين المذكور، وكان مظفر الدين ملكا شجاعا وفيه عسف في استخراج الاموال من الرعية، وكان يحتفل بمولد النبي صلعم وينفق الاموال الجليلة *

وفيها في شعبان توفي الشيخ عز الدين علي بن محمد y بن عبد الكريم بن عبد الواحد الشيباني المعروف بابن الاثير الجزري، ولد بجزيرة ابن عمر في رابع جمادي الاولي سنة خمس وخمسين وخمسماية ونشي بها، ثم صار الي الموصل مع والده واخوته وسمع بها من ابي الفضل عبد الله بن احمد الخطيب الطوسي ومن في طبقته، وقدم بغداد مرارا حاجّا ورسولا من صاحب الموصل وسمع من الشيخين يعيش بن صدقة وعبد الوهاب بن علي الصوفي وغيرهما، ثم رحل الي الشام والقدس وسمع هناك من جماعة، ثم عاد الي الموصل وانقطع في بيته للتوفير z علي العلم، وكان

m) الذي forte delendum. n) يحيي C. L. بن يحيي

o) النزواوي C. L. الرواوي

p) Aut قد نزل aut نزول legendum. r) ينسان Num سيان

s) قوادة *lena;* proprie *ductrix*, qui iumentum inceſſuro equiti adducit.

t) وهو C. L. وهي v) مع Forte دون x) اليه deerat in cod. L.

Eodem obiit anno Modaffar-ed-din Cucburi, filius Zain-ed-dini Alii Cuguc, dominus Arbelae, qua eum anno DLXXXVI potitum fuiſſe, poſt mortem fratris, Nur-ed-dini, ex conceſſione Salah-ed-dini, ibi diximus. Apud hunc enim Sultanum ambo fratres in bello ſacro contra Francos merebant tunc temporis in Palaeſtina. Ex eo inde tempore poſſederat ille hanc urbem; nunc autem moribundus legabat eam cum eo ſpectantibus Chalifae, Moſtanſaro, quum prole maſcula careret. Chalifa quoque poſt fata legatoris adibat haereditatem. Fuerat Modaffar-ed-din vir ſtrenuus, in exigendis tributis nonnihil ergo cives ſuos ſaevus. Die tamen, qui Muhammedi prophetae natalis fuit, et quem quotannis religioſe recolebat, erogabat in pauperes largiſſime.

Eiusdem anni octavo menſe obiit Schaich Azz-ed-din Ali, filius Muhammedis, filii Abd-el-Carimi, filii Abd-el-Vahedi, Schaibani, Gazari, vulgo ſub nomine Ibn-el-Atiri (276) celeber, quarto die quinti menſis anni DLV, natus in urbe Gezirat-Ibn-Omar, de qua, patria, quoque nomen Gazarenſis habet. Vrbs illa, quod liceat nobis in tranſitu monere, de auctore ſuo, Abd-el-Aziz, filio Omari, viro, qui oriundus erat ex Barcaid, oppido agri Mauſelenſis, nomen accepit. (277) Ibi ergo natus et adultus noſter Azz-ed-din, petebat deinceps Mauſelam cum patre fratribusque, audiebatque ibi Abu'l-Fadlum, filium Ahmedis, Chatib [ſeu concionatorem, aut et concionatoris] Thuſanum [vel Thuſani] aliosque doctos homines eiusdem aetatis et gradus. Bagdadum adibat aliquoties, tam ut peregrinator ſacer ex Meſopotamia Meccam tendens, quam ut legatus a domino Mauſelae ad Chalifam. In auguſta illa urbe, praeter alios, duo praecipue celebres audivit Schaichos, Iaïſchum filium Sadacae, et Abd-al-Vahhabum, filium Alii, Suficum. (278) Plures deinde Damaſci et Hieroſolymis frequentavit eruditos. Tandem redditus Mauſelae domi ſuae ſe continuit, quo litterarum ſtudiis incumberet, niſi quod anno DCXXVI Halebum veniret, ubi a

Tava-

وكان اماما في علم الحديث وحافظا للتواريخ المتقدّمة والمتاخّرة وخبيرا بانساب العرب واخبارهم، صنّف في التاريخ كتابا كبيرا سمّاه الكامل وهو المنقول منه غالب هذا المختصر ابتدي فيه من اول الزمان الي سنة ثمان وعشرين وستماية، وله كتاب اخبار الصحابة في ست مجلدات، واختصر كتاب الانساب للسمعاني وهو الموجود في ايدي الناس دون كتاب السمعاني، وورد الي حلب في سنة ست وعشرين وستماية ونزل عند الطواشي طغريل الاتابك بحلب فاكرمه اكراما زايدا، ثم سافر الي دمشق سنة سبع وعشرين ثم عاد الي حلب في سنة ثمان وعشرين ثم توجّه الي الموصل فتوفي بها في التاريخ المذكور، ونسبت الجزيرة الي ابن عمر وهو رجل من اهل برقعيد من عمل الموصل اسمه عبد العزيز بن عمر بني هذه المدينة فاضيفت اليه ☼

ثم دخلت سنة احدي وثلثين وستماية، وفيها في المحرم توفي شهاب الدين طغريل الاتابك بحلب ☼

ذكر مسير السلطان الملك الكامل من مصر الي قتال كيقباد صاحب بلاد الروم، وفي هذه السنة وقع من كيقباد بن كيخسرو صاحب بلاد الروم التعرّض الي بلاد خلاط، فرحل الملك الكامل بعساكره من مصر واجتمعت عليه الملوك من اهل بيته ونزل شمالي سلمية في شهر رمضان من هذه السنة، ثم سار بجموعه ونزل علي النهر الازرق في حدود بلاد الروم، وقد ضرب في عسكره سنة عشر دهليزا لستة عشر ملكا في خدمته منهم اخوته الملك الاشرف موسي صاحب دمشق والملك المظفر غازي صاحب ميافارقين والملك الحافظ ارسلانشاه صاحب قلعة جعبر والصالح اسماعيل اولاد الملك العادل،

Tavaſchio [eunucho] Togrilo, Atabeco, hoſpitio aliisque maximis honoribus exceptus fuit. Inde Damaſcum ibat a. DCXXVII, redibat Halebum anno DCXXVIII, et tandem hoc anno finiebat Mauſelae. Excellebat in ſcientia traditionum, et memoria complexus fuerat omnem hiſtoriam, tam veterem, quam novam, genealogias item et res geſtas Arabum; cuius rei fidem facit magnum eius hiſtoricum opus, quod Camel [ſeu completum] inſcripſit, et ex quo noſtrum hoc Compendium pro maxima parte deſumſimus. Decurrit illa hiſtoria, quod ſupra iam diximus, ab initio rerum usque ad a. DLXXVIII. (279) Enarravit quoque res geſtas Sahabae [ſeu ſodalium Muhammedis] ſex voluminibus. In compendium contraxit al-Anſab (280) [hoc eſt genealogias Arabum] auctore Samanico; quo effecit ut hic liber in tabernis perquam raro venalis conſpiciatur. Sed compendium ab Ibn-el-Atiro proditum verſatur omnium manibus.

Anno DCXXXI [qui die 6 Octobr. A. Chr. 1233 coepit] ineunte obiit Schahab-ed-din Togril Atabec Halebi.

Eodem collidebat bellum Malec el-Camelum et Caicobadum, Romaniae dominum, Caichoſrui filium; cui bello anſam dabat huius in agrum Challatenum invaſio (281), qui ex eo tempore, quo Aſchraf ditionem orientalem cum Damaſco permutaverat, ad Camelum pertinebat. Hic itaque Miſra cum militia egreſſus in agro ſubſiſtebat, qui ad Salamiae ſeptentrionem eſt, ibique adſcitis fratribus, et aliis affinibus, Eiubidis principibus, porro promovebat usque ad Nahr el-Azrac [ſeu fluvium coeruleum], ubi caſtra ponebat in Romaniae confiniis, curabatque ſedecim Dahlizos [ſeu grandia tentoria] pro totidem principibus Eiubidis, quot nempe ſecum habebat iſtius expeditionis ſocios, erigi. Ad illum numerum pertinebant Malec el-Aſchraf Muſa, Damaſci dominus, et Malec el-Modaffar Gazi, Maiiafarekinae, et Malec el-Hafet Arſalanſchah, Calaat Gabari, et Malec es-Saleh Iſmaël, quatuor fratres Cameli, filii Malec el-Adeli; tum

العادل ، والملك العزيز صاحب حلب مقدما علي عسكر حلب الي خدمة الملك الكامل ، والملك الزاهر صاحب البيرة داود بن السلطان صلاح الدين واخوه الملك الافضل موسي صاحب صميصات a بن السلطان صلاح الدين ، وكان قد ملكها بعد اخيه الملك الافضل علي ، والملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد b والملك الصالح احمد صاحب عينتاب ابن الملك الظاهر صاحب حلب والملك الناصر داود صاحب الكرك ابن الملك المعظم عيسي بن الملك العادل ، والملك المجاهد شيركوه صاحب حمص بن محمد بن شيركوه ، وكان قد حفظ كيقباد الدربندات بالرجال والمقاتلة ، فلم يتمكّن السلطان من الدخول الي بلاد الروم من جهة النهر الازرق ، وارسل عسكرا الي حصن منصور وهو من بلاد كيقباد ، فهدموه ، ورحل السلطان وقطع الفرات وسار الي السويدا وقدّم جاشنكيره تغدير الغين وخمسماية فارس مع الملك المظفر صاحب حماة ، فسار الملك المظفر بهم الي خرتبرت ، وسار كيقباد ملك الروم اليهم واقتتلوا وانهزم العسكر الكاملي وانحصر الملك المظفر صاحب حماة في خرتبرت مع جملة من العسكر ، وجدّ كيقباد في حصارهم والملك الكامل بالسويدا ، وقد احسّ من الملوك الذين في خدمته بالمخامرة والتقاعد ، فان

y) بن محمد geminatum erat in cod. L.

z) للنوفين C. L. للنوفير

a) صميصات Alias legitur سميساط

b) Poſt محمد forte deeſt صاحب حماة, item paullo ſuperius in fine pag. antec. poſt الصالح اسمعيل deeſſe videtur صاحب بصري

hi nepotes Cameli ex patruo Saladino, nempe Malec el-Aziz, Halebi dominus, dux copiarum Halebenſium, quas ad uſus et imperium Sultani paratas ex lege clientelae ſemper debebat habere; item huius Halebenſis frater, Malec es-Saleh Ahmed, filius Malec ed-Daheri, filii Saladini, dominus Aintabae; nec non horum duo patrui, Malec ez-Zaher Davud, Birae, et huius frater, Malec el-Afdal Muſa, Samiſatae ab eo tempore dominus, quo frater natu maior, et cognominis, Malec el-Afdal Ali, de vita deceſſerat. Aderant etiam Malec el-Modaffar Mahmud, filius Malec el-Manſuri, Hamatae dominus, et Malec en-Naſer Davud, filius Malec el-Moattami Iſae, dominus Carakae, hic Cameli ex fratre nepos, ambo eiusdem generi; tandem et in caſtris erat Malec el-Mogahed Schircuh, filius Muhammedis, filii Schircuhi, dominus Hemſae. Quia vero Caicobad omnes pylas et aditus ad Romaniam vigile vegetoque milite ſic obſtruxerat, ut protinus intelligeret Camel, illac perrumpi non poſſe, abſcedebat hic ultra Euphratem, contentus Heſn-Manſur, arcem, quae ad Caicobadi ditionem ſpectabat, per cohortem illuc ablegatam diruiſſe. Traiecto, quem modo nominabamus, fluvio, ponebat apud Sovaidaam (282) in agro Amideno caſtra, indeque praemittebat luſtrandae et explorandae regionis gratia bis mille circiter et quingentos equites, ſub Malec el-Modaffari, Hamateni, ducatu. Hos, ubi prope Chortbertam venerant, adoriebatur Caicobad armis, victosque commiſſa pugna et fugatos obſidebat eadem in arce, in quam ſe trepidi receperant, magnaque utebatur diligentia, quo illos in deditionem prius acciperet, quam Camel e Sovaidaa ſuccurrere poſſet. Nihilominus tamen ſuſtinebat Modaffar obſidionem ſatis diu, donec tandem, intelligens a Camelo fruſtra ſuppetias exſpectari, quem inteſtini ſuarum copiarum motus diſtringebant, Caicobado Chortbertam, ſub conditione liberi abitus, dederet. Scilicet non ſinebat Camelum e ſtatione ſua excedere ducum ſuorum non ceſſitatio tantum et ignavia, ſed etiam,

 quam

فان شيركوه صاحب حمص يسعي اليهم وقال ان السلطان ذكر انه مني ملك الروم فرّقه علي الملوك من اهل بيته عوض ما بايديهم من الشام وياخذ الشام جميعه لينفرد بملك الشام ومصر، فتقاعدوا عن القتال وفسدت نياتهم وعلم الملك الكامل بذلك فما امكنه التحرّك الي قتال كيقباد لذلك، ودام الحصار علي الملك المظفر صاحب حماة فطلب الامان، فامنه كيقباد واكرمه وخلع عليه ونادمه، وتسلّم كيقباد خرتبرت واخذها من صاحبها، وكان من الارتقية قرايب اصحاب ماردين وكان قد دخل في طاعة الملك الكامل، وصارت خرتبرت من بلاد كيقباد، وكان نزول الملك المظفر صاحب حماة من خرتبرت في يوم الاحد لسبع بقين من ذي القعدة واقام عند كيقباد يومين ثم اطلقه، فسار عنه لخمس بقين من ذي القعدة من هذه السنة (اعني سنة احدي وثلثين وستماية) ووصل بمن معه الي الملك الكامل وهو بالسويدا من بلد امد، ففرح به، وقوي نفرة السلطان الملك الكامل يوميذ من الناصر داود صاحب الكرك، فالزمه بطلاق بنته *d*، فطلّقها الناصر داود واثبت الملك الكامل طلاقها منه *

وفي هذه السنة استتمّ بناء قلعة المعرة، وكان قد اشار *e* سيف الدين علي بن ابي علي الهذباني علي الملك المظفر صاحب حماة ببنايها، فبناها وتمّت الان وشحنها بالرجال والسلاح، ولم يكن ذلك مصلحة، لان الحلبيين حاصروها فيما بعد واخذوها وخربت المعرة بسببها *

وفيها

c) Forte و ante والمقاتلة delendum. *d*) بنته C. L. بنتيه

quam in ipſis animadvertebat animorum a ſe alienatio tanta, ut, ſiniſtra quaedam ſuſpicantes et metuentes ſibi, coepta eius eo, quo par erat, ardore non ſecundarent. Nam Emeſſae dominus, Malec el-Mogahed Schircuh, ſuggerebat ipſis per familiares ſermones, Camelum alio nullo fine ſuſcepiſſe hanc adverſus Romaniam expeditionem, quam, ut eam, ſi contingat, nactus, inter ipſos diſtribuat, viciſſim vero ipſos ſuis per Syriam poſſeſſionibus exuat; quo nempe toti Syriae ſimul et Aegypto absque collega dominetur. Hinc ille caſtrorum in urgendis inſtitutis languor, hinc illae voluntatum erga Sultanum corruptio. Neque latebant ipſum hi ab Emeſſeno excitati igniculi, quos opprimere non valebat. Adeoque deſtitutus auxilio dedebat Modaffar Chortbertam, quod dicere inſtituebamus, die 24 menſis undecimi, Caicobado, et, poſtquam apud ipſum in ſummis honoribus et lautis omnibus biduum transegiſſet, ſplendidaque veſte donatus a Selgukida fuiſſet, abibat ad Camelum apud Sovaidaam, qui magno eum cum gaudio excipiebat. Itaque potiebatur Caicobad Chortberta, qui vero hactenus fuerat eius dominus ea excidebat, aliquis de illa Ortokidarum propagine, quae Maredinae imperavit. Per idem tempus incipiebat Camel magis magisque Malec en-Naſerum Davudum, Carakae dominum, generum ſuum et ex fratre nepotem, abhorrere, cogebatque ipſum uxorem ſuam, Cameli filiam, e thoro coniugale dimittere, curabatque, ad fidem publicam illi actui conciliandam, eius rei ſollemne inſtrumentum litteris et coram teſtibus conſignari.

Hoc anno perfecta fuit arcis Maarrenſis ſtructura, quam Malec el-Modaffar, Hamatenus, ex conſilio Saif-ed-dini Alii, filii Abu-Alii, Hodbanenſis, ſuſceperat, ſed eo pravo et noxio, quod eventus docuit. Halebenſes enim eam poſteriore tempore, viris licet et armis probe inſtructam, obſidione ceperunt, eoque ipſam urbem, Maarram, quoque ab Hamateno principatu avulſerunt.

وفيها توفي سيف الدين الامدي ، وكان فاضلا في العلوم العقلية والاصوليين وغيرها ، كان في مبتداء امره حنبليا ثم انتقل وصار فقيها شافعيا واشتغل في الاصول وصنف في اصول الفقه واصول الدين والمعقولات عدة مصنفات واقام بمصر مدة وتصدر في الجامع وفي المدرسة الملاصقة لتربة الشافعي ، وتحامل عليه الفقهاء وعملوا محضرا ونسبوه فيه الي انحلال العقيدة ومذهب الفلاسفة ، فعملوا f المحضر الي بعض الفقهاء ليكتب خطه حسبما وضعوا خطوطهم به ، فكتب

حسدوا الفتي ان لم ينالوا سعيه فالقوم اعداء له وخصوم ،

فلما جري ذلك استتر الامدي المذكور وسار الي حماة فاقام بها مدة ثم عاد الي دمشق g حتي توفي بها في هذه السنة ، وكانت ولادته في سنة احدي وخمسين وخمسماية *

وفيها توفي الصالح الاربلي ، وكان فاضلا شاعرا اميرا محظيا عند الملكين الاشرف والكامل ابني الملك العادل *

ثم دخلت سنة اثنين وثلثين وستماية والملك الكامل بالبلاد الشرقية وقد انثني عزمه عن قصد بلاد الروم للتخاذل الذي حصل في عسكره ، ثم رحل وعاد الي مصر وعاد كل واحد من الملوك الي بلده *

وفيها

e) اشار Cod. Leid. سار

f) فعملوا Forte فحملوا aut فارسلوا

g) Post دمشق deest واقام بها

Eodem obiit Saif-ed-din Ali, Amidenſis (283), vir in ſcientiis intellectualibus [ut logicis, metaphyſicis, mathematicis], item in utrisque Oſul [ſeu fundamentis] tam fidei, quam iuris civilis, et aliarum rerum doctrinis probe verſatus. Initio quidem Hanbalitis adhaerebat, deinceps autem verſa ſecta fiebat fakihus Schafiaeicus, et occupabatur potiſſimum in Oſul, et ſcribebat complura in illis argumentis, quae modo attigimus. Miſrae vixit aliquamdiu, ubi etiam Sadr [ſeu primicerius] evaſit, tam in templo, quam in illo collegio, quod Schafiaei tymbo adhaeret. Non bene tamen conveniebat ipſi cum Fakihis eius urbis, eoque procedebat diſcordia, ut hi libellum memorialem, Sultano exhibendum, conficerent, in quo aſſeverabant ipſum in fidei fundamentis vacillare, improbosque philoſophos affectari. Huic libello totum collegium fakihorum ſubſcribere debebat. Quod quum ceteri feciſſent, erat tamen unus eorum, qui circumlatum nactus libellum, quo et ipſe quoque ſubſcriberet, loco nominis conſenſusque ſui, verſiculum hunc adſcribebat:

> Invident viro, quia merita eius et eundem virtutis gradum aſſequi nequeunt. Ideoque exagitant ipſum odiis et contentionibus. (284)

Inter haec occultabat ſeſe Amidenſis, et abibat deinceps Hamatam ubi quum haeſiſſet aliquamdiu, revertebatur (285) Damaſcum, qua in urbe quoque vitam finiit. Natus fuerat a. DLI.

Eodem obiit Saleh Arbelenſis (286), egregii vir ingenii, excellens poëta, Emirus utrique Maleco, tam Camelo, quam Aſchrafo, percarus et acceptus.

Ineunte anno DCXXXII [qui die 24 Sept. A. C. 1234 coepit] agebat Malec el-Camel in terris orientalibus, in iſta, quam ſuperiore anno ſuſceperat, adverſus Romaniam expeditione bellica. Sed eam brevi poſt omittebat, ſentiens deſtinationes ſuas ab affinibus ducibusque ſuis deſtitui, dimiſſaque militia domum, hoc eſt Miſram, redibat; quo facto ceteri quoque ſocii ſuas quisque ſedes repetebant. (287)

Sed

وفيها توفي الملك الزاهد *h* داود صاحب البيرة ابن السلطان صلاح الدين ، وكان قد مرض في العسكر الكاملي ، فحمل الي البيرة مريضا وتوفي بها ، وملك البيرة بعده ابن اخيه الملك العزيز صاحب حلب ، وكان الزاهر المذكور شقيق الظاهر صاحب حلب *

وفيها توفي القاضي بهاء الدين بن شداد وكان عمره نحو ثلاث وتسعين سنة وصحب السلطان صلاح الدين وكان قاضي عسكره ، ولما توفي صلاح الدين كان عمر القاضي نحو خمسين سنة ، ونال القاضي بهاء الدين المذكور المنزلة *i* عند اولاد السلطان صلاح الدين وعند الاتابك طغريل لم ينلها احد ، ولم يكن في ايامه من اسمه شداد بل لعل ذلك في نسب امه فاشتهر به وغلب عليه ، واصله من الموصل ، وكان فاضلا دينّا وكان اقطاعه علي الملك العزيز ما يزيد علي ماية الف درهم في السنة *

وفيها لما سارت الملوك الي بلادهم من خدمة الملك الكامل وصل الملك المظفر صاحب حماة ودخلها لخمس بقين من ربيع الاول من هذه السنة واتفق مولد ولده الملك المنصور بعد مقدمه بيومين في الساعة الخامسة من يوم الخميس لليلتين بقيتا من ربيع الاول من هذه السنة (اعني سنة اثنين وثلثين وستماية) ، فتضاعف السرور بقدوم الوالد والولد ، قال الشيخ شرف الدين عبد العزيز بن محمد قصيدة طويلة في ذلك منها

غدي

h) الزاهد Ita hoc loco. Paullo post الزاهر quod melius.

i) المنزلة Melius منزلة

Sed Malec ez-Zaher Davud, Saladini filius, Birac dominus, eo aeger reportabatur e caſtris Camelicis, paulloque poſt exſpirabat. Nanciſcebatur illam ab eius obitu ex fratre nepos, Halebi dominus, Malec el-Aziz, filius Malec ed-Daheri, qui Daher germanus ex iisdem parentibus frater huius, de quo ſermo eſt, defuncti fuerat.

Eodem obiit Cadi Baha-ed-din Ibn-Schaddad (288), annos fere tres et nonaginta natus, olim Saladino familiaris, in cuius quoque militia Cadi el-Eſkeri [ſeu caſtrenſis iudicis] munere fungebatur, tum propemodum quinquagenarius, quum imperator ille glorioſae memoriae diem ſuum ſupremum obibat. Sed et apud eius filios deinceps tantum conſequebatur honoris et reverentiae gradum, item apud Atabecum Togrilum, quantum alios eius ordinis viros apud alium quempiam principem conſecutos fuiſſe, non proſtat. Stipendia, quae a Malec el-Azizo, Halebenſe, accipiebat, ſuperabant quotannis drachmarum [ſeu numorum argenteorum] centum millia. Origine Mauſelenſis erat. Ibn-Schaddadi nomen, quo vulgo citatur, videtur non tam] de patre, quam de materno quodam avo, nactus fuiſſe. (289) Rarum enim tum temporis erat inter viros Schaddadi nomen, neque notus eſt aliquis ipſi aequalis, qui id geſſerit. Patri noſtri nomen profecto id non fuit.

Tertio die poſtquam rediiſſet Malec el-Modaffar e caſtris Camelicis ad Hamatam ſuam (redibat autem is die vigeſimo ſexto tertii menſis huius anni) prodibat in lucem eius filius Muhammed, ille, qui deinceps titulum Malec el-Manſuri geſſit, die Iovis, vigeſimo octavo dicti menſis, ſub horam diei quintam. Hic igitur adventus filii geminabat Hamatenis gaudium, a patris recente adventu iam excitatum. Schaich Scharf-ed-din Abd-el-Aziz pronunciabat ea occaſione longum carmen, cuius quaedam ſpecimina dabimus, et primo quidem loco initium hoc:

غدي الملك محروس الذري والقواعد باشرف مولود لاشرف والد ،
جبينا *k* به يوم الخميس كانه خميس في شخص واحد ،
وسميته باسم النبي محمد وجدّيه ، فاستوفي جميع المحامد ☼

اي باسم جديه الملك الكامل محمد والد والدته والملك المنصور
محمد صاحب حماة والد والده ، ومنها

كانّي به في سدّة *l* الملك جالسا وقد ساد باوصافه كل سايد ،
ووافاك من ابنايه وبنيهم بانجم سعد نورها غير خامد ،
الا ايها الملك المظفر دعوتي سيوري *m* بها زندي ويشتدّ ساعدي ،
هنيا لك الملك الذي بقدومه ترحّل عنّا كلّ همّ معاود ☼

وفيها لما تفرّقت العساكر الكاملية قصد كيقباد بن
كيخسرو صاحب بلاد الروم حران والرها وحاصرهما واستولي عليهما ،
وكانا للملك الكامل ☼

وفيها توفي بالقاهرة القسم بن عمر بن علي الحموي المصري
الدار المعروف بابن الفارض ، وله اشعار جيّدة منها قصيدته
التي

k) جبينا Cod. Leid. حبينا

l) سدة C. L. سرة

m) سيوري *scintillas excutiet ignitabulum meum*, hoc eſt fortunae meae ſplendidae atque beatae fient. Ignitabulum, ignem concipiens et edens eſt Arabibus ſymbolum lautarum rerum: contra ignitabulum fallens et non concipiens ignem, eſt ſymbolum fortunae adverſae.

Iam evaſit dominatio [noſtra, vel Hamatena] tam vertice quam fundamentis munita per nobiliſſimum natum nobiliſſimo patri.

Venit ille ad nos die Chamis [quinto, vel Iovis] ac ſi eſſet integer Chamis [exercitus] in uno corpore.

Impoſuiſti [o pater] ipſi Prophetae nomen, Muhammed, quod idem eius quoque ambo avi geſſerunt: adeoque comprehendit infans omnis generis Mahamad [ſeu dotes praeclaros].

Deſignat poëta per utrumque avum patris et matris patres; illum quidem Malec el-Manſurum Muhammedem, hunc autem Malec el-Camelum, pariter quoque Muhammedem. Interiectis aliquibus pergit poëta ſic:

Quaſi coram hiſce meis oculis cernerem hunc, qui nunc infantulus eſt, in ſolio principale ſedentem, talem, ut rectores populorum omnes ad eius exemplar ſuos regant;

et adducentem praeſtantemque tibi ſua in ſobole, filiis et nepotibus, ſtellas felicitatis, quarum fulgor nunquam fatiſcat et exſtinguatur.

O mi Malec Modaffar, non dubito quin per hoc meum votum [quod tibi ſtatim dicam] ſuccendatur meum igniarium (290), et corroboretur meum brachium.

Proficiat tibi fauſtusque ſit et felix princeps, ad cuius adventum collectis ſarcinis abiit omnis cura, quae ad nos olim ſolebat identidem inviſere!

Digreſſis itaque, quomodo diximus Camelo eiusque copiis, adoriebatur Caicobad et rapiebat Roham et Harranam, ad Camelum pertinentes ambas, eoque ulciſcebatur illatam ab illo iniuriam.

Eodem obiit Cahirae Caſem, filius Omari, filii Alii, origine Hamatenus, Aegyptius incolatu, vulgo ſub Ibn-el-Faredi nomine notior, poëta nobilis; cuius inter carmina excellit illud

التي عملها علي طريقة الغغراء وهي مقدار ستماية بيت ❁

ثم دخلت سنة ثلاث وثلثين وستماية ، فيها سار الناصر داود من الكرك الي بغداد ملتجيا الي الخليفة المستنصر لما حصل عنده من الخوف من عمه الملك الكامل ، وقدّم الي الخليفة تحفا عظيمة وجواهر نفيسة ، فاكرمه الخليفة المستنصر وخلع عليه وعلي اصحابه ، وكان الناصر داود يظن ان الخليفة يستحضره في ملاء من الناس كما استحضر مظغر الدين صاحب اربل ، فلم يحصل له ذلك ، فالحّ في طلب ذلك من الخليفة ، فلم يجبه ، فعمل الناصر المذكور قصيدة يمدح المستنصر فيها ويعرّض بصاحب اربل واستحضاره ويطلب الاسوية *n* به ، وهي قصيدة طويلة منها

فانت امام *o* العدل والمعرّق الذي شرفت انسابه ومناصبه ،

جمعت شتيت المجد بعد افتراقه وفرّقت جميع المال فانهال كاثبه *p* ،

الا يا امير المومنين ومن غدت علي كاهل الجوزاء تعلو مراتبه ،

ايحسن في شرع المعالي ودينها وانت الذي تعزي اليك *q* مذاهبه ،

باني اخوض الدوّ والدوّ مقفر سباريته مغبرّة وسباسبه ،

وقد رصد الاعداء لي كل مرصد وكلهم نحوي تدبّ عقاربه *r* ،

ومنها

n) الاسوية Credo الاسوة

o) امام C. L. الامام Aut forte leg. الامام امام العادل

p) انهال كاثبه *diffuſum fuit eius aggeſtum.* هال proprie de arena aut farina dicitur, quae deorſum praeceps diffunditur. Femina, quae farinam e ſacco parumper inclinato in ſuppoſitam ſcutellam aut cratem vimineam (qualibus mulierculae noſtrae panem paraturae utuntur) effundit, manu leniter deverrens, ea dicitur هال deverrere farinam. Hinc

per ſexcentos verſus diductum, quo mores fakirorum [ſeu monachorum mendicantium], exagitat.

Anno DCXXXIII [qui die 15 Sept. A. Chr. 1235 coepit] evadebat Malec en-Naſer Davud Caraca Bagdadum, Chalifae Moſtanſari protectionem adverſus patruum, Camelum, a quo ſibi male metuebat, implorans. Quamvis autem maxima dona gemmasque pretioſiſſimas offerret, et honorifice viciſſim acciperetur a Chalifa, ſplendidaeque trabeae, tam in ipſum, quam in comitatum cumularentur: id tamen, quod ſperaverat, obtinere nullo modo poterat, ut nempe in pleno procerum coetu ad auguſtum admitteretur, qui honor tamen Arbelae domino contigerat. Multum ideo, ſed fruſtra, laborabat. Longum ſcribebat carmen in Moſtanſari laudes, in quo ſub velo quidem, non tamen absque aculeo, attingebat Arbelenſi habitum honorem, eundemque flagitabat etiam ſibi exhiberi. En eius quaedam.

Tu es Imam [ſeu antiſtes] Imam aequitatis et iuris, iudex, cuius et ſtirps, et munerum officia, ſunt excelſa.

Tu in te uno collegiſti varium et per alios diſperſum illuſtrium virtutum gregem, et conſtructas aliis opes tu largitionibus ita diſſipas, ut magni earum acervi penes te arenarum inſtar diffluant.

O princeps fidelium, o cuius gradus et dignitas eminet ſuper [aſtri] geminorum cervices,

pulchrumne eſt et decorum in tramite et regula celſitudinis, (ad te provoco iudicem et arbitrum, ad quem diverſae omnes ſemitae celſitudinis ſe referunt, et quaſi coëunt)

me, qui, ut ad te pervenirem, in deſertum, tanquam in vorticem, me immiſi, deſertum paupertinum, ſterile, vaſtum, absque fundo,

eo tempore, quo me hoſtes omnibus e ſpeculis obſervabant, et unius cuiusque ipſorum verſus me arrepebant ſcorpiones (292);

ومنـــــهـــــا

وتسمح لي بالمال والجاه يغتني وما الجاه الّا بعض ما انت واهبه ،
ويأتيك غيري من بلاد قريبة الامن ، فيها صاحب لا يجانبه ،
فيلقي دنوّا منك لم الق مثله ويحظي وما احظي بما انا طالبه ،
وينظر في لالاء قد شك t نظره فيرجع والنور الامامي صاحبه ،
ولو كان يعلوني في نفس ورتبة وصدق ولاء v لست فيه اصاقبه x ،
لكنت اسلّي النفس عمّا ارومه وكنت اذود العين عما تراقبه ،
ولكنه مثلي ولو قلت انني ازيد عليه لم اكن في ذاك عايبه ،
وما انا ممن يملاء المال عينه ولا بسوي التقريب تقضّي ماربه *

وكان الخليفة متوقفا عن استحضار الناصر داود رعاية لخاطـــر الملك الكامل ، فجمع بين المصلحتين واستحضره ليلا ، ثم عاد الملك الناصر الي الكرك *

وفيها

Hinc proverbium محسنة فهيلي "Euge bene; deverre modo!" quod ex Meidanio hic exponere, locus non patitur. Dicitur de ſepelientibus, qui arenam vel terram in ſepulcrum ſuper mortuum manibus aut inſtrumentis congerunt, ut in Hamaſa اقبلت اكفهم تحثي معا وتهيل "inſtituebant ipſorum manus ſimul aggerere tumulum et defundere arenam." Hinc المنهال *pulvis ſuper mortuum defuſus*, in illo apud Meidanium:

لقد كفن المنهال تحت ردائه فتي غير مبطان العشيات اروعا ،

"Tegit pulvis defuſus ſub pallio ſuo virum non ſaturum veſpere, ſed alacrem."

q) البك Forte البه

r) عقاربه *ſcorpiones eius repunt verſus me*, hoc eſt clandeſtinae eius obtrectationes me petunt, mihi minantur vulnus. Sunt nempe ſcorpiones Arabibus ſymbolum calumniatorum clam et per abſentiam innocenti nocen-

me talem, inquam, opibus quidem a te cumulari, quibus non careo, at dignitate et ſplendore, quae mihi deficiunt, deſtitui; quum tamen ſplendor ſit parva quaedam particula eorum, quae tu donare ſoles?

Iuſtumne eſt me talem id idem non pati, quod paſſus fuit alius aliquis, qui, e regione veniens proxime appoſita, in qua ſecuritatem habebat indivulſum comitem,

ad te admiſſus fuit? Ego vero non item; damnatus votis ſuis a te abiit; ego vero non item meis.

Fulgorem adſpexit cominus, qui eius oculos praeſtrinxit; rediit domum in comitatu lucis (293) Imami. [Ego non item.]

Ille alter ſi me ſuperaret aut animae praeſtantia, aut dignitatis gradu, aut obſequii et ſtudiorum ſinceritate; ita ut in his rebus pari paſſu cum ipſo non ambularem:

ſane conſolarer me, deleremque oblivione meum appetitum, et abigerem oculum meum ab eo, quod nunc devorat cupiditate.

Atqui alter ille mihi ſimilis eſt; quid quod, etiamſi dicerem me in his omnibus ipſi praeſtare, non vituperarem ipſum [ſed nudam veritatem profarer].

Ego non ſum in iis, quorum oculum implent opes, neque qui aliud quid quaerunt, quam ſolummodo [ad te] appropinquari [et in favorem tuum recipi].

Verum Chalifa nihilo magis feſtinabat ipſum ad publicam acroaſin admittere, metuens eo facto malevolentiae irarumque argumenta Camelo praebere, quem honoribus hoſti habitis offendi, facile iudicatu erat. Quo ergo neque hunc pungeret, neque illum prorſus irritum ablegaret, arceſſebat Naſerum de nocte. Quo facto is deinceps Caracam redibat.

Eodem

وفيها سار الملك الكامل من مصر الي البلاد الشرقية واسترجع حران والرها من يد كيقباد صاحب بلاد الروم وامسك اجناد كيقباد ونوّابه الذين كانوا بهما وقيّدهم وارسلهم الي مصر، فلم يستحسن ذلك منه، ثم عاد الملك الكامل الي دمشق واقام عند اخيه الملك الاشرف حتي خرجت هذه السنة *

وفيها توفي شرف الدين محمد بن نصر بن عنين الذرعي *y* الشاعر المشهور، وكان شاعرا مقلقا وكان يكثر هجو الناس، عمل قصيدة خمسماية بيت وسمّاها مقراض الاعراض *z* لم يسلم منها احد من اهل دمشق، ونفاه السلطان صلاح الدين الي اليمن، فمدح صاحبها طغتكين بن ايوب وحصل له منه اموال كثيرة حمل بها ابن عنين متجرا وقدم به الي مصر، وصاحبها حينئذ العزيز عثمان بن السلطان صلاح الدين، فلما اخذت من ابن عنين زكوة ما معه علي عادة التجار قال في العزيز

ما كل من يتسمي بالعزيز لها اهل وما كل برق سحبه غدقة *a*،
بين العزيزين فرق في فعالهما، هذاك يعطي وهذا ياخذ الصدقة *

ثم سار ابن عنين المذكور الي دمشق ولازم الملك المعظم عيسي صاحب دمشق وبقي عنده وتوفي بدمشق في هذه السنة، وديوانه مشهور *

ثم

nocentium; ideo quod ut ſcorpiones cauda et a tergo ictum inferunt, ita et hi quem vulnerant non a fronte ſed a tergo vulnerant. النمام يشبه بالعقارب، يقولون دبّت بينهم العقارب اي النمايم "Delator et propalator alienorum ſecretorum comparatur ſcorpionibus. Dicunt: ſerpunt inter eos ſcorpiones, pro, delationes inter ipſos commeant." Verba ſunt Tebrizii ad illud in Hamaſa كل عدو يتقي مقبلا

Eodem petebat Malec el-Camel e Miſra terras orientales, et adimebat Caicobado rurſus Roham atque Harranam, quas ille per abſentiam ſuam ſuffuratus fuerat; eiusque, quos utrobique reperibat, cum milites, tum quaeſtores, mittebat Miſram in compedibus. Quod facinus laudatum non fuit. In reditu Damaſcum deflectebat, et divertebatur apud fratrem, Aſchrafum, usque ad anni finem.

Eodem obiit Scharf-ed-din Muhammed, filius Naſri,* vulgo Ibn-Anin, Adraënſis, celeber ille atque admirabilis poëta, in ſatiris praecipue, auctor illius longi carminis quingentorum verſuum quod Macrad el-Arad [ſeu forfex bonae famae] inſcripſit, in quo vix unus eſt Damaſcenorum eius aetatis, qui arroſus non fuerit. Ille carpendi pruritus efficiebat ut Sultan Salah-ed-din hunc hominem in Arabiam felicem relegaret; cuius provinciae dominum, qui tum erat, Togtekinum, filium Eiubi, Saladini fratrem, noſter carmine, quod in eius laudes ſcripſerat, adeo ſibi conciliabat, ut magnis ab eo cumularetur opibus, quas in mercaturam elocabat; et ipſe mercaturam exercebat. Sic veniens Miſram cum mercibus, quo tempore Saladini filius, Malec el-Aziz, poſt patris obitum Aegypto imperabat, dicebat in eum hoc certe aculeatum epigramma, coactus ſcilicet, tanquam mercator, Sadacam* [ſeu eleemoſynam, vectigalis ſpeciem] ſolvere, quam mercatores omnes pro importatis oneribus ſolvere tenentur.

Non omnis, qui ſe Azizum [potentem et glorioſum] nominat,
is eſt: neque omnis fulguris nubes pluvia foetae ſunt.
Inter ambos cognomines Azizos immane diſcrimen intercedit.
Vnus enim (294) dat, et alter [Saladini filius] adimit.

Poſt haec repetebat Ibn-Anin Damaſcum, et adhaerebat eius domino, Malec el-Azizo, quoad is vivebat; et ipſe tandem ibi exſpirabat. Eius Divan [ſeu operum poëticorum collectio] eſt ſatis celebris.

ثم دخلت سنة اربع وثلثين وستماية ، فيها عاد السلطان الملك الكامل الديار المصرية *

ذكر وفاة الملك العزيز صاحب حلب ، في هذه السنة كان قد خرج الملك العزيز محمد بن الملك الظاهر غازي بن السلطان صلاح الدين يوسف بن ايوب الي حارم للصيد ورمي البندق واغتسل بماء بارد فحمّ ودخل الي حلب وقد قويت به الحمي واشتد مرضه فتوفي في ربيع الاول من هذه السنة ، وكان عمره ثلثا وعشرين سنة وشهورا ، وكان حسن السيرة في رعيتة ، ولما توفي تقرّر في الملك بعده ولده الملك الناصر يوسف بن الملك العزيز محمد وعمره نحو سبع سنين وقام بتدبير الدولة شمس الدين لولو الارمني وعزّ الدين عمر بن محجلي b وجمال الدولة اقبال الخاتوني والمرجع في الامور الي والدة الملك العزيز ضيفة خاتون بنت الملك العادل *

وفيها توفي علاء الدين كيقباد بن كيخسرو بن قليج ارسلان بن مسعود بن قليج ارسلان بن سليمان بن قطلمش بن ارسلان بن سلجوق *

وفيها قويت الوحشة بين الملك الكامل والملك الاشرف ، وكان ابتداوها ما فعله شيركوه صاحب حمص لما قصد الملك الكامل بلاد الروم ، فاتفق الملك الاشرف مع صاحبة حلب ضيفة خاتون اخت الملك الكامل ومع باقي الملوك علي خلاف الملك الكامل خلاء الملك المظفر صاحب حماة ، فلما امتنع تهدّده الملك الاشرف بقصد بلاده وانتزاعها منه ، فتقدم خوفا من ذلك الي دمشق وحلف للملك الاشرف ووافقه علي قتال الملك الكامل ، وكاتب الملك الاشرف كيخسرو صاحب بلاد الروم واتفق معه علي قتال الملك الكامل ان خرج من

Anno DCXXXIV [qui die 3 Septemb. A. C. 1236 coepit] redibat Malec el-Camel in Aegyptum.

Eodem obibat Halebi dominus, Malec el-Aziz Muhammed, filius Malec ed-Daheri Gazii, filii Salah-ed-dini Iosephi, filii Eiubi, menſe tertio; poſtquam viginti tres annos et aliquot menſes vivendo impleviſſet, ex acuta febre, quam contraxerat uſu frigidae lavationis corpore vehementer excalefacto, per venationem in agro Halebenſe inſtitutam et iaculationem arbaliſtariam. Optimus fuerat princeps et erga cives benigniſſimus. Sufficiebatur ipſi filius, Malec en-Naſer Iuſef, puer fere ſeptennis; eius autem nomine res adminiſtrabant Schams-ed-din Lulu Armenus, et Azz-ed-din Omar, filius Mogallii, et Gemal-ed-daula Acbal Chatunicus;* omnia tamen redibant ad Daifa-Chatunam, pueri aviam, defuncti matrem, filiam Malec el-Adeli, et ad eius imperium fiebant.

Hoc anno erumpebat in nervum ſimultas inter fratres, Camelum et Aſchrafum, iamdudum ſuborta ex illis a Schircuho Emeſſeno ſparſis per expeditionem Romanicam ſermonibus, de quibus ſupra diximus. Latuerant hactenus igniculi ſub cineribus. Nunc autem conſcribebat Aſchraf factionem adverſus Camelum, et huius ipſius ſororem, Daifa-Chatunam, ſuas in partes pertrahebat, ceterosque ibi terrarum principes Eiubides, praeter Modaffarum, Hamatae dominum, qui deficere a ſocero nolebat. Sed et hunc ipſum tamen eo minis adigebat, ut Damaſcum veniret, et obſequium Aſchrafo addiceret, ſi is adverſus Camelum educere vellet, metu nempe, ne, quod minatus fuerat, in ſe pervicacem ſtatueret, hoc eſt, ne ipſum patrimonio ſuo exueret. Quod apud hunc minae valebant, id pollicitationes ne lautiſſimae quidem valebant apud Malec en-Naſerum Davudum, Carakae dominum. Huic, quem inimiciſſimum Camelo norat, offere-

* *Chatunicus*, h. e. mamlucus, vel ad aulam pertinens Daifa-Chatunae.

من مصر، وارسل يقول للملك الناصر داود صاحب الكرك انك ان وافقتني جعلتك وليّ عهدي واوصيت لك بدمشق بابنتي، فلم يوافقه الناصر علي ذلك لسوء حظه ووصل الي الديار المصرية الي خدمة الملك الكامل وصار معه علي ملوك الشام، فسرّ به الملك الكامل وجدّد عقده علي ابنته عاشورا التي طلّقها منه واركب الناصر داود بسناجق السلطنة ووعده انه ينتزع دمشق من الملك الاشرف اخيه ويعطيه اياها، وامر الملك الكامل امراء مصر وولده الملك العادل ابا بكر فحملوا الغاشية بين يدي الملك الناصر داود وبالغ في اكرامه *

وفيها توجّه عسكر حلب مع الملك المعظم تورانشاه عم الملك العزيز فحاصروا بغراس، وكان قد عمّرها الداوية بعدما فتحها السلطان صلاح الدين وخرّبها، واشرف عسكر حلب علي اخذها، ثم رحلوا عنها بسبب الهدنة مع صاحب انطاكية، ثم ان الفرنج اغاروا

مقبلا وامكم سورتها بالعجان "omnis hostis metuitur ab antice; at mater vestra formidolosa est a podice suo." Hinc عقارب simpliciter pro calumniis, et virulentis dicteriis ponitur, ut in illo Hamasae minoris. — — يهدي عقاربه ليبعث بينكم داء "mittit scorpiones suos [calumnias] ut excitet inter vos morbum."

s) الامن Aliquid deest, nisi velis sic interpretari: "in qua regione securitas est socius non deserens."

t) شك *praestringit* scil. العين *oculum adspectus eius*, proprie transfigit, configit, velut hasta vel acus. Id enim proprie est شك. Sic apud Ibn-Doraidum est شك اثنين في رمح *configebat duos una hasta.* Habent Arabes proverbium سهم الحق مريش يشك عرض الحجة "sagitta veritatis [vel iuris] est alata; transfigit indumentum contentionis;"

offerebat Aſchraf, ſi ſuas ad partes accederet et communem cauſſam adverſus illum faceret, non tantum ſuam filiam in matrimonium, ſed etiam poſt fata ſua in principatum Damaſcenum ſucceſſionem. Verum tam invida contigerat huic viro et inimica ſors, tam perverſus animus, ut occoecatus oblatas opes non intelligeret ſpretaque maxima felicitate maximas in aerumnas praecipitem ſe daret. Nam ad Camelum Miſram ibat, eique ſolus ſe contra principes Syros adiungebat. Quod tam gratum accidebat Camelo, ut pactum matrimoniale cum filia ſua, Aſchura, quod ipſum reſcindere olim coëgerat, renovaret, ut produceret ipſum in equo ſub vexillis Sultanicis, ut ipſi Damaſcum rurſus promitteret, poſtquam Aſchrafo ademta fuerit, ut tandem omnes Aegyptiaci Emiri ex Cameli mandato, et vel ipſe huius filius atque ſucceſſor, Malec el-Adel, equi eius ſtragulam (295) coram ipſo portarent: ne ceteros dicam exquiſitos et ſummos quosque honores Naſero a Camelo exhibitos. At, ut valde ſpecioſus, ita parum ſolidus et prorſus vanus erat apparatus, quod e ſequentibus conſtabit. Praetereundem porro id non eſt, ab Aſchrafo in belli huius ſocietatem invitatum et pertractum fuiſſe Romaniae dominum, qui tum erat Caichoſru, Caicobadi filius. Hic enim, Caicobad, cuius aliquoties antea meminimus, paullo ante, quam haec contingerent, hoc ipſo anno vita exceſſerat. (296)

Hoc anno ibat exercitus Halebenſis, ſub ducatu Malec el-Moattami Turanſchahi, fratris Malec ed-Daheri, adeoque patrui nuper defuncti Azizi, Bagraſum obſeſſum, quam a Sultano Salah-ed-dino, huius Turanſchahi patre, expugnatam et deinceps dirutam, reſtauraverant Templarii. Et iam in eo erant Halebenſes, ut illam arcem vi ſubigerent, quum intercedentes cum Antiocheno induciae ipſos abſiſtere et retro movere iubebant. Neque tamen omnino fruſtranea erat haec expeditio. Nam dum domum remeant, incidebant in Francos, in partem agri Darab-

 ſakeni,

اغاروا علي بعض *e* دربساك وهو حينيذ لصاحب حلب ، فوقع *f* بهم عسكر حلب وولي الفرنج منهزمين وكثر فيهم القتل والاسر وعاد عسكر حلب بالاسري وروس الفرنج ، وكانت هذه الوقعة من اجلّ الوقايع *

وفيها استخدم الملك الصالح ايوب بن الملك الكامل (وهو بالبلاد الشرقية وهي امد وحصن كيفا وحران وغيرها نايبا عن ابيه) الخوارزمية عسكر جلال الدين منكبرني ، فانهم بعد قتله ساروا الي كيقباد صاحب بلاد الروم وخدموا عنده ، وكان فيهم عدّة مقدمين مثل بركب *g* خان وكشلو خان وصارو خان وقرخان وبردي *h* خان ، فلما مات كيقباد وتولي ابنه كيخسرو قبض علي بركب خان وهو اكبر مقدّميهم ، ففارقت الخوارزمية حينيذ خدمته وساروا عن الروم ونهبوا ما كان في طريقهم فاستمالهم الملك الصالح نجم الدين ايوب بن الملك الكامل واستاذن اباه في استخدامهم *

ثم دخلت سنة خمس وثلثين وستماية ، وقد استحكمت الوحشة بين الاخوين الكامل والاشرف ، وقد لحق الملك الاشرف الذرب وضعف بسببه وعهد بالملك الي اخيه الملك الصالح اسماعيل بن الملك العادل صاحب بصري *

ذكر وفاة الملك الاشرف ، وفيها توفي الملك الاشرف مظفر الدين موسي بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب ، وكان قد مرض بالذرب واشتدّ به حتي توفي في المحرم من هذه السنة ، وتملّك دمشق اخوه الملك الصالح اسماعيل بعهد منه ، وكان مدّة ملكه دمشق ثمان سنين وشهورا ، وعمره نحو ستين سنة ، وكان مفرط السخاء يطلق الاموال الجليلة النفيسة ، لم تنهزم له راية ،

وكان

ſakeni, tunc ad Halebenſem provinciam ſpectantis, incurrentes; quos impreſſione facta reprimebant et ingente numero tam caeſorum, quam captorum, minuebant, et ſic redibant victoria, eiusque teſtimoniis, vivis captorum corporibus, et caeſorum obtruncatis capitibus, conſpicui. Conflictus, ſi quis alius, glorioſus.

Hoc anno adſcribebat militiae ſuae Chovarezmicos Malec es-Saleh Eiub, filius Malec el-Cameli, nomine patris terrarum orientalium, hoc eſt Amidae, Heſn Caifae, Harranae et aliarum, gubernator. Hi quondam milites fuerant Gelal-ed-dini Mancbernii Chovarezimſchahi: poſt huius caedem ſe adiunxerant Caicobado, Romaniae domino, et ſub eo meruerant. Quum autem eius filius et ſucceſſor, Caichoſru, poſt iſtius mortem, tam eos benigne, quam pater, non haberet, ſed potius eorum ſupremum ducem, Borgah Chanum, comprehenſum in cuſtodiam daret, deſerebant ipſum reliqui magni duces, qui ſub Caicobado militaverant, ut Caſchtu Chan, Saru Chan, Far Chan, et Birdi Chan, egreſſique Romania depraedabantur quidquid in via offendebant. Hos itaque bonis verbis placatos, ne ſcilicet ditioni ſuae noxiam inferrent, poſt rogatam et impetratam a patre eius rei veniam, codicillis et caſtris ſuis inſerebat Malec es-Saleh Eiub.

Anno DCXXXV [qui die 23 Aug. A. C. 1237] incidebat fratrum, Aſchrafi, et Cameli, gemina mors, et illius quidem prior, huius poſterior, ipſorum inimica contra ſe molimina. Et illum quidem, Malec el-Aſchrafum Modaffar ed-dinum Muſam, filium Malec el-Adeli Abu-Becri Alii, abripiebat menſe huius anni primo diarrhoea; per quam admonitus inſtantis fati, viribus fractis, ſcribebat haeredem regni ſui ſuum fratrem, Malec es-Salehum Iſmaëlem, Boſrae dominum. Damaſco praefuerat annos octo cum aliquot menſibus: vixerat annos fere ſexaginta. Princeps erat nimis quam liberalis, qui maximi pretii donare ſolebat opes, et rariſſima cimelia; tam felix, ut hoſti nunquam dorſum monſtraverit, aut arena bellica conceſſerit. Sane contigerunt

وكان سعيدا وينفق له اشياء خارقة للعقل، وكان حسن العقيدة، وبني بدمشق قصورا ومتنزهات حسنة، وكان منهمكا في اللذات وسماع الاغاني، فلما مرض اقلع عن ذلك واقبل الي الاستغفار الي ان توفي، ودفن بتربته الي جانب الجامع، ولم يخلف من الاولاد الّا بنتا واحدة تزوّجها الملك الجوّاد يونس بن مودود بن الملك العادل، وكان سبب الوحشة بينه وبين الملك الكامل اخيه بعد ما كان بينهما من المصافاة ان الملك الاشرف لم يبق بيده غير دمشق وبلادها وكانت لاتفي بما يحتاجه وما يبذله وقت قدوم اخيه الملك الكامل الي دمشق، وايضا لما فتح الملك الكامل امد وبلادها لم يزده منها شيا، وايضا بلغه ان الملك الكامل يريد ان ينفرد بملك مصر والشام وينتزع دمشق منه، فتغيّر بسبب ذلك، ولما استقرّ الملك الصالح اسماعيل في ملك دمشق كتب الي الملوك من اهله والي كيخسرو صاحب بلاد الروم في

gerunt ipſi eventus tam praeter ſpem et probabilitatem ſecundi, ut humanum intellectum ſuperent. Pius etiam et ſincere Muſlemus erat. Delectabatur aedificationum occupatione. Damaſci plura condidit palatia villasque elegantes et amoenas, hilaritatem et muſicam deperdite amabat, dum valebat, ultima vero aegritudine correptus amovebat ea, deum rogans in his peccatorum veniam. Sepultus eſt in tymbo, quem ſibi vivus curaverat, Damaſci prope templum maius. Prolem maſculam non relinquebat; quapropter ex eius voluntate frater, es-Saleh Iſmaël, ipſi ſuccedebat. Vnicam eius filiam in matrimonium duxit Malec el-Gavvad Iunas, filius Maududi, filii Malec el-Adeli. Variis de cauſſis nata fuit illa ſimultas, quae ipſi ſub ultimam aetatem cum Camelo, fratre, cui olim amiciſſimus fuerat, interceſſit, quarum paucas aliquot memorabimus. Aſchraf omnes ſuas ampliſſimas poſſeſſiones Camelo pro una Damaſco permiſerat. Haec autem liberaliſſimo viro, ſplendidaeque et hilaris magnificentiae amantiſſimo, ad immanes, quos faciebat, ſumtus non ſufficiebat, praeſertim quum Camel ad ipſum aliquoties inviſeret, quali tempore ipſi excellenter expendendum erat. Neque tamen curabat Camel, ut erat tenacior, aliqua ratione illa damna compenſare; neque partem agri Amideni fratri tribuebat, quum eo potiretur ab ipſo fratre adiutus: quod erat alterum ſimultatis argumentum. Tandem etiam, ſive verus ille rumor, ſive vanus fuerit, audiverat tamen Aſchraf, et perſuaſerat ſibi, Camelum Syriae in- [illegible] Damaſcumque perinde ſibi adimere, eoque facto totam [illegible] pto ſuae adiungere velle. Quae ſuſpiciones non [illegible] eius animum non exulcerare. Qualem autem habitura [illegible] Aſchraf adverſus fratrem moliebatur, ſi [illegible] certum eſt, Came-

في اتفاقهم معه علي اخيه الملك الكامل ، فوافقوه علي ذلك الّا الملك المظفر صاحب حماة وارسل الملك المظفر رسولا الي الملك الكامل يعرفه انتماءه اليه وانه انما وافق الملك الاشرف خوفا منه ، فقبل الملك الكامل عذره وتحقّق صدق ولايه ووعده بانتزاع سلمية من صاحب حمص وتسليمها اليه *

ذكر مسير السلطان الملك الكامل الي دمشق واستيلايه عليها ووفاته وما يتعلّق بذلك ، لما بلغ الملك الكامل وفاة اخيه الملك الاشرف سار الي دمشق ومعه الناصر داود صاحب الكرك وهو لا يشكّ ان الملك الكامل يسلم اليه دمشق لما كان قد تقرّر بينهما ، واما الملك الصالح اسماعيل فانه استعدّ للحصار ووصل اليه نجدة الحلبيين وصاحب حمص ، ونازل الملك الكامل دمشق واخرج الملك الصالح اسماعيل النفّاطين فاحرق العقيبة جميعها وما بها من خانات واسواق ، وفي مدة الحصار وصل من عند صاحب حمص رجالة يزيدون علي خمسين راجلا نجدة للصالح اسماعيل ، وظفر بهم الملك الكامل فشنقهم عن اخرهم بين البساتين ، وحال نزول الملك الكامل علي دمشق ارسل توقيعا للملك المظفر صاحب حماة بسلمية ، فتسلمها

Non tantum de ſtudio alicuius in rebus politicis, ſed etiam in rebus ſacris, in religione, dicitur. Hinc الولاء religio vel ſecta, cui quis addictus eſt.

x) اصاقبه *appropinquarem ad ipſum.* صقب et سقب notat, *propinquum eſſe.* بلدة مصاقبة Abulfedae Geographo eſt *regio confinis.*

y) الذرعي Forte الاذرعي

z) مقراض الاعراض Elegans dictio, *forfex bonarum famarum* vel *reputatio-*

et ceteros ſuos per Syriam gentiles, praeter Hamatenum, litteris invitatos, nactus eſſet huius periculi ſocios, non tantum tamen eo non proficiebat, ſed etiam excidebat Damaſco, ut ſtatim audiemus. Nam Camel, ut de morte Aſchrafi apud Miſram cognoverat, protinus inde verſus Damaſcum movebat, cum Malec en-Naſero Davudo, Carakae domino, qui certo ſperabat iam fore, ut a Camelo promiſſorum memore Damaſcum accipiat. Sed eum ſpes fallebat, ut mox videbimus. Admovebat Camel urbi menſe quinto huius anni, media ſaevaque in hieme, obſidionem; cui ſuſtinendae ſe comparaverat es-Saleh Iſmaël, ſuppetiis Halebenſibus et Emeſſenis confirmatus: et videbatur ipſi quoque fortuna nonnihil favere. Facta enim eruptione cum Naphthariis [vel incendiariis] ignem iniiciebat in Ocaibam [ſeu colliculum, pagum forte vicinum, quem Camel occupaverat,] ut cum omnibus Chanis [diverſoriis], et foris caſtrenſibus conflagraret. Interea tamen premebat Camel urbem arctiſſime, ut nemini exeundi vel intrandi copiam faceret. Ita fiebat, ut manipulus quinquaginta virorum, quos Emeſſenus Damaſceno in ſupplementum mittebat, in cameli manus incideret, qui eos ad unum omnes in crucem agebat. Maxime enim iratus Emeſſeno erat, odioſorum de ipſo rumorum auctori, tabulasque ab ipſo Damaſcenae obſidionis exordio mittebat ad Malec el-Modaffarum, Hamatenum, quibus ipſi Salamiam antea iam promiſſam attribuebat, Emeſſeno emigrare iuſſo; idque meriti gratia. Nam ſtatim ab Aſchrafi morte accedebat Hamatenus ad eius partes, nolens cum altera factione rei quidquam commune habere, miſſaque Miſram legatione, deprecabatur apud ſocerum veniam eorum, quae paullo ante contigerant. (Iuraverat ſcilicet in Aſchrafi verba.) Id ſe non ſponte ſua, ſed invitum et minis Aſchrafi coactum feciſſe. Malec el-Camel itaque, bene gnarus, meram hanc eſſe veritatem, et certus de ſinceritate ſtudiorum Hamateni, non tantum acceptabat hanc eius excuſationem benigne, ſed

 etiam

فتسلمها الملك المظفر واستقرّت نوّابه بها ، وكان نزول الملك الكامل
علي دمشق في جمادي الاولي من هذه السنة في قوّة الشتاء ، ثم سلم
الملك الصالح دمشق الي اخيه الملك الكامل وتعوّض عنها بعلبك
والبقاع مضافا الي بصري ، وكان قد ورد من الخليفة المستنصر
محيي الدين يوسف بن الشيخ جمال الدين بن الجوزي رسولا
للتوفيق بين الملوك ، فتسلم الملك الكامل دمشق لاحدي عشرة
ليلة بقيت من جمادي الاولي ، وكان الملك الكامل شديد الحنق
علي شيركوه صاحب حمص ، فامر العسكر وبرزوا لقصد حمص ، وارسل
الي صاحب حماة يامره بالمسير اليها ، فبرز الملك المظفر من حماة
ونزل علي الرستن ، فاشتدّ خوف شيركوه صاحب حمص وتخضّع
للملك الكامل وارسل اليه نساءه ، فدخلن علي الملك الكامل ، فلم
يلتفت الي ذلك ، ثم بعد استقرار الملك الكامل بدمشق لم يلبث
غير ايام حتي مرض واشتدّ مرضه ، وكان سببه *i* لما دخل قلعة
دمشق اصابه زكام ، فدخل الحمام وسكب عليه ماء شديد
الحرارة فاندفعت النزلة الي معدته وتورّمت منها وحصل له
حمّي ، ونهاه الاطبّاء عن القيّء وخوّفوه منه ، فلم يقبل وتقيّء
فمات

tationum. قرض *secare.* Hinc proverbium جاء وقد قرض رباطه *venit, postquam resectum fuit lorum eius;* dicitur de eo qui effugit pernicitate et advenit anhelans atque fatigatus, ut cervus, qui effugit resecto aut rupto loro. Quantum ad vocem عرض *existimatio, fama,* attinet, est proprie *id quod occurrit ex transverso,* quod e regione stanti in oculos incurrit; hoc est externa species rei. Hinc vestes. المعرض الثوب الذي تعرض فيه الجارية ait Schol. Haririi ad Conf.

etiam promittebat ipſi Salamiam in fidei praemium; et nunc tandem promiſſis fidem faciebat. Malec el-Modaffar igitur eam in fidem recipiebat, ibique ſuo nomine praefectos conſtituebat. Sed redeamus ad Damaſcum. Hanc ut ſibi dederet cogebat Camel fratrem Salehum; cui eius loco, praeter Boſram, quam olim tenuerat, Balabacum (297) et Bacaas [ſeu campos editiores, tractum ſic dictum] permittebat. Videtur huic fratrum compoſitioni aliquid contuliſſe legatus a Chalifa, qui, dum haec geruntur, adveniebat, Schaich Mohii-ed-din Ioſef, filius Schaichi Gemal-eddini Ibn el-Guzii (298), quem Moſtanſer (299) eo fine mittebat, ut diſcordias fratrum componeret. Dedita fuit itaque Damaſcus Camelo die decimo nono quinti menſis. E ſententia peractis his convertebat Camel animum ad caſtigandum Schircuhum, Emesſenum, adverſus quem implacabile odium conceperat; et immittebat iam ipſi copias, iubebatque Modaffarum Hamata ad obſidendam Raſtanam ire [oppidum Emeſſenae ditionis]. Quod ille quum faceret, ſubmittebat ſe Schircuh, magno correptus terrore, ſummasque ad anguſtias adactus, et per trepidationem ablegabat uxores ſuas ad Camelum, Damaſcum, pro ipſo deprecatum. Has admittebat quidem Camel coram, at nihil tamen curabat, et remittebat infectis rebus. Et magna profecto imminebat Emeſſeno calamitas, niſi morbus Cameli, qui eum ab occupata Damaſco protinus invadebat, et, hoc porro invaleſcente, tandem eius ipſa mors interceſſiſſet. Morbi et mortis cauſſa erat haec. Quum victor Camel in arcem Damaſcenam inveheretur, obruebat ipſum, quandoquidem haec per hiemem contingebant, catarrhus; quem ut expugnaret, balneum ingreſſus, multa perfundebatur aqua praefervida. Sed ea ratione deturbata in ventriculum catarrhalis congeſtio inflammabat cum hoc inteſtina, et excitabat febrim. Quibus ut liberaretur incommodis, urgebat Camel vomitum, et obnitentibus nequicquam medicis, plenumque periculi medicationis exitum obteſtantibus, vomebat tamen.

فمات لوقته ، وعمره نحو ستين سنة ، وكانت وفاته لتسع بقين من
رجب من هذه السنة (اعني سنة خمس وثلثين وستماية) ، وكان
بين موته وموت اخيه الملك الاشرف نحو ستة اشهر ، وكانت مدة
ملكه من حين مات ابوه عشرين سنة ، وكان بها *k* نايبا قبل ذلك
قريبا من عشرين سنة ، فحكم في مصر نايبا وملكا قريبا من اربعين
سنة ، واشبه حاله حال معاوية بن ابي سفيان ، فانه حكم في الشام
نايبا عشرين سنة وملكها نحو عشرين سنة ، وكان الملك الكامل
ملكا جليلا مهيبا حازما حسن التدبير امنت الطرق في ايامه ،
وكان يباشر تدبير المملكة بنفسه ، واستوزر في اول امره وزير ابيه
صفي الدين بن شكر ، فلما مات بن شكر لم يستوزر احدا بعده ،
وكان يخرج الملك الكامل بنفسه فينظر في امور الجسور عند
زيادة النيل واصلاحها ، فعمرت في ايامه ديار مصر اتمّ العمارة ، وكان
محبّا للعلماء ومجالستهم ، وكانت عنده مسايل غريبة في الفقه
والنحو يمتحن فيها الفضلاء اذا حضروا في خدمته ، وكان كثير
السماع للاحاديث النبوية تقدّم عنده بسببها الشيخ عمر بن دحية
وبني له دار الحديث بين القصرين في الجانب الغربي ، وكانت
سوق الاداب والعلوم عنده نافقة *l* رحمه الله تعالى ،

وكان

Conſ. XI. et XXXIV. h. e. المعرض *eſt veſtis in quo proponitur* [producitur] *puella* [vel ſponſa marito, vel manceps emtori]. Iam ab hoc adſpectu *veſtis* poteſt *fama* hominis deduci. Nam ut a veſte agnoſcitur homo, ita quoque a fama agnoſcitur, et talis habetur qualis fertur, quamvis haud raro longe alius ſit. Et ſic eſt eius fama ipſius veſtis, et primum quaſi obiectum, in quod hominum oculi et

mentes

Sed ipso in opere, dum vires pharmacum exserit, peribat, ruptis procul dubio, quae a morbo turgebant, visceribus, annum aetatis agens ferme sexagesimum, die vigesimo primo septimi mensis huius anni, sexto fere mense post Aschrafi decessum. Aegyptum obtinuerat solus et ex arbitrio imperator a morte patris inde per viginti annos; vivo autem adhuc patre per alios totidem propemodum eam istius nomine gubernaverat. Qua in re ipsi eadem contigit fortuna cum Moavia. Hic enim postquam Syriam per viginti annos priores Chalifarum nomine curasset, regebat eandem deinceps per alios totidem posteriores sua ex auctoritate. Princeps erat Camel illustris, suis multum venerabilis, consiliorum prudens et firmus, artium bene regnandi callens, res ipse quasvis administrans. Vezirum, cui negotia curanda permitteret, non ferebat, nisi unum, quem a patre quasi haereditate relictum acceperat, Safi-ed-dinum Ibn-Schoccarum, cui dignitatem suam tueri permittebat quoad is viveret, defuncto autem alium non substituebat. Adeo rimabatur omnia, ut ipse foras in agrum egressus, increscente Nilo, pontes inspiceret, et curaret detrita reparari. Quo factum, ut per eius dies instructa fuerit Aegyptus pulcherrimis aedificiis, viaeque publicae ab insidiarum et latrociniorum metu repurgatae. Amabat eruditos et eorum consortium; et habebat in promptu asservabatque quasi quaestiones miras et impeditas, partim e fikha, partim e grammatica, depromtas, quibus doctos, si qui coram ipsum venerarentur, explorabat et vexabat. Libenter audiebat propheticas traditiones, ideoque magnam adeptus fuit apud ipsum gratiam Schaich Omar Ibn-Dahia, et tantam ut ipsi Dar el-Hadit [seu collegium pro docenda theologia traditionaria], Cahirae in Bani el-Casrain [seu vico, qui dicitur inter geminum palatium], et quidem in eius vici parte occidentale, conderet. Vt paucis complectar, forum humanitatis et doctrinarum fervebat apud ipsum et in eius aula, cuius inter praecipuos magnates erant filii Schaichi

Sadr-

وكان اولاد الشيخ صدر الدين بن حمويه من اكابر دولته ، وهم الامير فخر الدين ابن الشيخ واخوته عماد الدين وكمال الدين ومعين الدين اولاد الشيخ المذكور ، وكل من اولاد الشيخ المذكور حاز فضيلتي السيف والقلم فكان يباشر التدريس ويتقدم علي الجيش ، ولما مات السلطان الملك الكامل علي دمشق كان معه بها الملك الناصر داود صاحب الكرك ، فاتفق اراء الامراء علي تحليف العسكر للملك العادل ابي بكر بن الملك الكامل وهو حينيذ نايب ابيه بمصر ، فحلف له جميع العسكر واقاموا بدمشق الملك الجوّاد يونس بن مودود بن الملك العادل بن ايوب نايبا عن الملك العادل بن الملك الكامل ، وتقدّمت الامراء للملك الناصر داود بالرحيل عن دمشق وهدّدوه ان اقام ، فرحل الملك الناصر داود الي الكرك وتفرّقت العساكير وسار اكثرهم الي مصر وتاخّر مع الجواد يونس بعض العسكر ومقدّمهم عماد الدين بن الشيخ وبقي يباشر الامور مع الجواد ، ولما بلغ شيركوه صاحب حمص وفاة الملك الكامل فرح فرحا عظيما واتاه فرج ما كان يطمع نفسه به واظهر سرورا عظيما ولعب بالكرة خلاف العادة وهو في عشر السبعين *m* ، واما الملك المظفر صاحب حماة فانه حزن لذلك حزنا عظيما ورحل

mentes incurrunt. Sed ſupereſt etiam alia ratio derivandi. عرض eſt *id quod exſpirat ex homine ſuavis tetrive odoris.* Hinc dicta per metaphoram *fama* hominis, id nempe, quod ab eo tranſpirat boni maliive odoris.

n) غدقة *abundantes aquae.* Hinc غوادق *largae pluviarum*, epitheton nubium in illo proverbio: عرفطة تسقي من الغوادق "arbor ſpinoſa

Sadr-ed-dini Ibn-Hamuieh, quatuor fratres, Emir Fachr-ed-din, dein Emad-ed-din, tum Camal-ed-din, tandem Moïn-ed-din, omnes calamo pariter atque gladio praeſtantes, modo profeſſores litterarum, modo duces exercituum.

Mortuo ſic apud Damaſcum Camelo, adigebant Emiri commune conſenſu copias ad ſacramentum eius filio, Malec el-Adelo Abu-Becro, dicendum, illi, qui patris in Aegypto proregem agebat; Malec el-Gavvad (300) Iunaſum [vel Ionam] vero, generum Aſchrafi, filium Maududi, nepotem Malec el-Adeli ſenioris, conſtituebant iunioris Adeli nomine Damaſco praefectum, et tandem iubebant Malec en-Naſerum Davudum, Carakae dominum, qui obtinendae Damaſci ſpe cum Camelo ex Aegypto advenerat, eique finienti adfuerat, urbe protinus ad ſua decedere, et ni faceret ſponte ſua, minabantur violentiam. Illo igitur Caracam degreſſo, diſcedebant etiam copiae, pleraeque Miſram, pars Damaſci remanebat apud Gavvadum, una cum imperatore ſuo, modo laudato Emad-ed-dino, filió Schaichi, eodemque in curandis regni negotiis Gavvadi collega. Rerum haec tanta, tam ſubita et inſperata mutatio ut Schirculium, Emesſenum, ex anguſtiis in amplitudinem transferebat, quam votis et ſpe praecipere vix potuerat, ita effundebat eundem in laetitiam inſolentem profecto et abnormen, eiusque aetati non decoram. Vir enim iam ſeptuagenario maior non verecundabatur, ut Camelum audiverat fatum ſuum ſubiiſſe, tanquam florens annis et vegetus iuvenis, ſphaera ludere, eoque inimici quaſi ruinae illaetari. Pari modo gaudebant Halebenſes, virum de medio ſublatum eſſe, a quo ſibi vehementer metuebant. E contrario autem ferebat Malec el-Modaffar, Hamatenus, hunc caſum aegerrime. Neque ſine ratione. Deſtitutus enim protectore patebat iam adverſariis, a quibus undique ſeptus erat, et quibus aegre facere, in iſtius gratiam, ſtuduerat. Neque negligebat Emeſſenus ipſi aequas vices rependere. Vt primum enim abſceſſerat Hamatenus

ورحل من الرستن وعاد الي حماة واقام فيها للعزاء ، وارسل حينيذ n ارتجع سلمية من نواب الملك المظفر وقطع القناة الواصلة من سلمية الي حماة ، فيبست بساتينها ، ثم عزم علي قطع النهر العاصي عن حماة ، فسدّ مخرجه من بحيرة قدس التي بظاهر حمص ، فبطلت نواعير حماة والطواحين ، فذهب ماء العاصي في اودية بجوانب البحيرة ثم لما لم يجد له الماء مسلكا عاد فهدم ما عمله صاحب حمص وجري كما كان اولا ، وكذلك كان قد حصل لصاحبة حلب واعسكرها الخوف من الملك الكامل ، فلما بلغهم خبر موته امنوا من ذلك *

ذكر استيلاء الحلبيين علي المعرة وحصارهم حماة ، ولما بلغهم موت الملك الكامل اتفقت اراوهم علي اخذ المعرة من الملك المظفر صاحب حماة لموافقته الملك الكامل علي قصدهم ، ووصل عسكر حلب الي المعرة وانتزعوها من يد الملك المظفر صاحب حماة ، وخرجت المعرة حينئذ عن ملك الملك المظفر صاحب حماة ، ثم سار عسكر حلب ومقدّمهم المعظّم تورانشاه بن صلاح الدين الي حماة بعد استيلايهم علي المعرة ونازلوا حماة وبها صاحبها الملك المظفر ، ونهب العسكر الحلبي بلاد حماة واستمرّ الحصار علي حماة حتي خرجت هذه السنة *

وفيها عقدت لسلطان الروم غياث الدين كيخسرو بن كيقباد بن

nofa [quae] rigatur a nubibus pluviae largis;" ubi Meidanius: الغدق الماء الكثير وهو في الاصل مصدر ، يقال غدقت عين الماء اي غزرت ، ثم يوصف فيقال ماء غدق ويقال سحابة غادقة ، والغوادق

Raſtana ſuam in urbem, repetebat ille ſuam quondam Salamiam, huiusque ibi praefectos iniiciebat, et incidebat canales Hamatam e Salamia derivantes; quo facto marcebant a ſiccitate horti Hamateni. Moliebatur etiam ipſum Aſium [ſeu Orontem] Hamatae ſubtrahere. Id quod ipſi tamen ex voto non ſuccedebat. Quamvis enim obſtruendo fluvium, qua exit ex Emeſſeno lacu, Cadas dicto, efficeret ut Hamatenae ceſſarent aliquamdiu molae, tam illae, quae aquam de fluvio hauſtam in editiores agros eiaculantur, quales Nauras (301) appellant; quum quae frugibus inſerviunt comminuendis: attamen undae fluvii, quum intercepto curſu redundarent in vicinas lacui valles, ibi vero nihilo magis exitum invenirent, retorto impetu arietabant aggerem, a malignitate Schircuhi obiectum, tam violenter, ut eum ſternerent, in ripasque ſic evaderent conſuetas. Neque ſegnes erant ſua ex parte Halebenſes in poenis ab eodem Hamateno ſumendis iniuriae, quam ab illo acceperant, qui cum Camelo contra ipſos fecerat, et ipſos procul dubio, ſi diutius ſic ſuperfuiſſet, aggreſſurus fuerat. Itaque iam ſecuri calamitatis nuperrime imminentis, invadebant et rapiebant Maarram protinus a primo inſultu, et arcem deinceps poſt aliquam obſidionem. Haec eſt illa iactura quam in ſuperioribus ibi notabamus, Malec el-Modaffarum feciſſe, quum dicebamus arcem eius urbis ab ipſo conditam, ſed ſiniſtris avibus, fuiſſe. Non enim potuiſſent Halebenſes urbem diu tueri arce carentem; iam vero poterant, eius facti compotes. At non ſufficiebat illis tam proſperum exordium. Ipſum impetebant Modaffarum in capitale ſua, ſub ducatu Malec el-Moattami Turanſchahi, filii Salah-ed-dini. De qua obſidione quid factum ſit, dicemus ad ſequentem annum. Hic enim illa tenente finiebat. Interim depraedabatur hoſtis agrum noſtrum.

Hoc anno connectebatur duplex et reciprocum pactum matrimoniale inter Halebi et Romaniae dominos, eosdemque affines. Nimirum Gaiiat-ed-din Caichoſru, filius Caicobadi, filii

 Cai-

بن كيخسرو العقد علي غازية خاتون بنت الملك العزيز محمد صاحب حلب وهي صغيرة حينيذ، ونولي القبول عن ملك بلاد الروم القاضي دوقاب، ثم عقد للملك الناصر يوسف بن الملك العزيز صاحب حلب العقد علي اخت كيخسرو وهي ملكة خاتون بنت كيقباد بن كيخسرو بن قلبج ارسلان، وام ملكة خاتون المذكورة بنت الملك العادل بن ايوب، وكان قد زوجها الملك المعظم عيسي صاحب دمشق بكيقباد المذكور، وخطب لغياث الدين كيخسرو بحلب ❊

وفيها خرجت الخوارزمية عن طاعة الملك الصالح ايوب بعد موت ابيه الملك الكامل ونهبوا البلاد ❊

وفيها سار لولو صاحب الموصل فحاصر الملك الصالح ايوب بن الملك الكامل بسنجار، فارسل الملك الصالح واسترضي الخوارزمية وبذل لهم حران والرها، فعادوا الي طاعته واتفق مع بدر الدين لولو صاحب الموصل، فانهزم هو وعسكره هزيمة قبيحة، وغنم عسكر الملك الصالح منهم شيا كثيرا ❊

وفيها جري بين الملك الناصر داود وبين الملك الجواد يونس المستولي علي دمشق مصاف بين جينين ونابلس، وانتصر فيه الجواد يونس وانهزم الملك الناصر داود هزيمة قبيحة، وقوي الجواد بسبب هذه الوقعة وتمكن من دمشق ونهب عسكر الملك الناصر واثقاله ❊

وفي اواخر هذه السنة ولد والدي الملك الافضل نور الدين علي بن الملك المظفر صاحب حماة ❊

ثم

والغوادق السحاب الكثير الماء، يضرب للشر يكرم ويبجل

"Al-gadak eſt aqua multa. Proprie eſt infinitivus [exundare]. Nam fons

Caichosrui, desponsabat sibi Gaziia-Chatunam, filiam Malec el-Azizi, Halebensium nuper domini, puellam annis adhuc minorem, per procuratorem Cadium Ducabum. Vicissim desponsabat sibi huius sponsae frater, Malec en-Naser Iusef, Halebi dominus, Caichosrui sororem, Malica-Chatunam, e filia quadam Malec el-Adeli a Caicobado susceptam, quam ipsi frater eius, Malec el-Moattam Isa, filius Adeli, Damasci quondam dominus, conciliaverat. His ita pactis conventis fiebant Caichosruo, tanquam Sultano, vota publica per Halebi templa.

Hoc anno deserebant Chovarezmici servitium Malec el-Salehi Eiubi, filii Cameli, post huius obitum, et, qua pervadebant, depraedabantur omnia. Captabat eam oportunitatem Mauselae dominus, Bedr-ed-din Lulu, ibatque Salehum in urbe Sangar obsessum. Sed magno id cum suo malo. Nam Saleh, instituta cum Chovarezmicis tractatione, conciliabat eos sibi rursus, Roham et Harranam ipsis promittendo; itaque ad officium redactis auctus confligebat cum Mauselense, foedaque illum fuga pulsum opibus exuebat ingentibus.

Hoc anno contingebat pugna inter Malec el-Gavvadum Iunasum, Damasci proregem, et Malec en-Naserum Davudum, Carakae dominum, in campo, qui Gininam atque Neapolin intercedit: quo victor Iunas Davudum foedam in fugam actum impedimentis omnibus aliisque multis corporibus multabat, magnasque per hanc victoriam vires, et quietam Damasci possessionem, acquirebat. Huius enim caussa bellum illud exarserat, Nasero desiderium urbis non ferente, quam olim semel possederat, et cuius recuperandae spem conceperat certissimam.

Hoc anno ad finem vergente in lucem editus fuit pater meus, Malec el-Afdal Ali, filius Malec el-Modaffari, domini Hamatae, tenente ipsa huius urbis obsidione, per quam Halebenses avum meum magnas ad angustias, et faciendos ingentes sumtus cogebant. Paullo tamen post huius infantis nativitatem

 solve-

واستقر الملك الصالح ايوب المذكور في ملك دمشق وسار الجواد
يونس الي البلاد الشرقية المذكورة فتسلمها ، فلما استقر ملك الملك
الصالح بدمشق وردت عليه كتب المصريين يستدعونه الي مصر
ليملكها ، وساله الملك المظفر صاحب حماة في منازلة حمص واخذها
من شيركوه ، فبرز الي الثنية ، وكان قد نازلت الخوارزمية وصاحب
حماة حمص ، فارسل شيركوه مالا كثيرا وفرّقه في الخوارزمية ، فرحلوا
عنه الي البلاد الشرقية ورحل صاحب حماة الي حماة ، ثم كرّ الملك
الصالح عايد الي دمشق طالبا مصر ، وسار من دمشق الي خربة
اللصوص وعيّد بها عيد رمضان ووصل اليه بعض عساكير مصر
متغترين *p* ، ولما خرج الملك الصالح من دمشق جعل نايبه فيها
ولده الملك المغيث فتح الدين عمر بن الملك الصالح ، وشرع
الملك الصالح يكاتب عمه الملك الصالح اسماعيل صاحب بعلبك
ويستدعيه اليه ، وعمه اسماعيل المذكور يتحجج ويعتذر عن
الحضور ويظهر له انه معه ، وهو يعمل في الباطن علي ملك دمشق
واخذها من الصالح ايوب ، وكان قد سافر الملك الناصر صاحب
الكرك الي مصر واتفق مع الملك العادل ابي بكر بن الملك الكامل
علي قتال اخيه الملك الصالح ايوب ، ووصل ايضا محيي الدين بن
الجوزي رسولا من الخليفة ليصلح بين الاخوين العادل صاحب
مصر والصالح ايوب المستولي علي دمشق ، وهذا محيي الدين
هو

sam effundens pluviam. Quod autem hic habemus, istius plurale, notat nubem uberem pluviae. Proverbium dicitur de malo, qui magni fit et honoratur."

p) مجلي Forte محلي "ex Mahalla oriundus."

mafci deinceps firmum gradum pofuerat Saleh, transferebat fe Malec el-Gavvad Iunas in terras orientales fupra fcriptas, easque in fidem recipiebat. Paullo poft contingebat, ut Emiri Mifrenfes Malec es-Salehum ad fe adeundumque regnum Aegyptiacum invitarent. Quod iter antequam ingrederetur, putabat precibus Hamateni concedendum effe, qui auxilium eius contra Emeffenum imploraverat, veniamque rogaverat Emeffam ipfi adimendi. Procedebat itaque usque ad Taniam [feu collem, locum fic dictum] ibique ponebat caftra, quum interea Hamatenus una cum Chovarezmicis Emeffae obfidionem admovebat. Sed parum proficiebat in communione gentis tam avidae, quam infidae. Chovarezmici enim corrupti numis, quos bene multos Emeffenus in caftra miferat, et inter ipfis diftribui curaverat, deferebant et Hamatenum et obfidionem, neque redibant ad herum, fed in terras orientales revertebantur. Itaque in auras abibat iftud tentamen, et Hamatenus domum; Saleh autem Damafcum indeque fe ad expeditionem in Aegyptum accingebat, egreffusque contendebat ad Charbat el-Lofus, ubi feftum Ramadani celebrabat, et aliquot duces copiasque Mifrenfes clam transfugientes adfcifcebat. Interim Damafci reliquerat fuo nomine gubernatorem filium, Malec el-Mogit Fatah-ed-dinum Omarum, fed qui deinceps una cum urbe, finiftro fato, in poteftatem Malec es-Salehi Ifmaëlis, Balabakeni, pervenit. Hunc nempe Ifmaëlem, patruum fuum, invitabat Saleh Eiub, per litteras e caftris miffas, ad fe fuaeque huius expeditionis communionem. Verum Ifmaël, amicum fe ftudiofumque nepoti fimulans, veniam tamen praefentiae fibi fieri rogabat, alia cauffatus ex aliis. Sed clam inhiabat Damafco. Interea Caraca Mifram fe conferebat Malec en-Nafer Davud, ad Adelum, eique fua ftudia contra fratrem iftius, Salehum, addicebat. Turbas has in fratribus nafcentes componere, partium fuarum effe exiftimabat Chalifa Moftanfer, eoque mittebat eundem illum Mohii-ed-dinum

 Ibn-

هو الذي حضر ليصلح بين الكامل والاشرف ، فاتفق انه مات في حضوره في سنة اربع وثلثين وخمس وثلثين اربعة من السلاطين العظماء وهم الملك الكامل صاحب مصر واخوه الاشرف صاحب دمشق والعزيز صاحب حلب وكيقباد صاحب بلاد الروم ، فقال في ذلك ابن المسجف احد شعراء دمشق

يا امام الهدي ابا جعفر يا من له الفخار الاثيل ،

ما جري من رسولك لان محيي الدين في هذه البلاد قليل q ،

جاء والارض بالسلاطين تزهي r وعاد والديار منهم طلول ،

اقفر الروم والشام ومصر ، فهذا مغسل ام رسول ✡

ثم دخلت سنة سبع وثلثين وستماية ، فيها في صفر سار الملك الصالح اسماعيل صاحب بعلبك ومعه شيركوه صاحب حمص بجموعهما وهجموا دمشق وحصرا القلعة ونسلمها الملك الصالح اسماعيل وقبض علي المغيث فتح الدين عمر بن الصالح ايوب ، وكان الصالح ايوب بنابلس لقصد s الاستيلاء علي ديار مصر ، وكان قد بلغه سعي عمه اسماعيل في الباطن ، وكان للصالح ايوب طبيب يثق به يقال له الحكيم سعد الدين الدمشقي فارسله

c) جمال الدولة Inferius est جمال الدين

d) Ante بابنتي deest وزوجتك e) بعض Num recte?

f) فوقع Forte فاوقع g) بركب C. L. بركت et infra بركة

h) بردي C. L. بدري i) Post سببه deest انه

k) بها indicat, aliquid in praeced. deesse, post ملكه, forte ديار مصر

l) نافقة *forum litterarum penes eum fervebat;* nullus exponebat aliquod ingenii sui opus, quod non ab ipso principe eiusve aulicis cupide redimeretur

Ibn-el-Guzium, quem anno ſuperiore, quod ſupra vidimus, horum fratrum patri, Camelo, et eius fratri Aſchrafo, conciliatorem immiſerat. Verum hic poſterior eius in Syriam adventus tam erat infauſtus, ut interea dum adeſſet, quatuor magni Sultani obirent, Camel Miſrae, Aſchraf Damaſci, Aziz Halebi, et Caicobad Romaniae, domini. Vnde Ibn-el-Moſaggaf, Damaſcenus aliquis poëta, occaſionem ſumebat hoc in eum epigramma iaculandi:

O Imam al-Hoda [ſeu antiſtes verae religionis] Abu-Gafar,*
o qui gloria ſuperbis ſolide fundata!
Quid accidit legato tuo? Mohii-ed-din, rarus in his terris,
veniebat tum, quum terrae ſuperficies ambitioſa florebat Sultanis, ſed abibat tum, quum aedes ipſis erant vacuatae.
Deſolata eſt Romania, Syria et Aegyptus. Hic ergo Mohii-ed-din quis eſt? pollinctor, an legatus?

Anno DCXXXVII [qui die 2 Aug. A. Chr. 1239 coepit] obruebat Malec es-Saleh Iſmaël, Balabaki dominus, cum ſuis et Schircuhi, Emeſſeni, copiis, Damaſcum, et poſt aliquam obſidionem deditam nactus arcem, et in ea filium Eiubi, Malec el-Mogitum Fatah-ed-dinum Omarum, comprehendebat hunc et in carcere penes ſe attinebat. Pater enim eius apud Neapolin agebat in caſtris, Aegyptiacum regnum attentans. Et monitus ille quidem non ſemel, neque ab uno fuerat de patrui, Iſmaëlis, et Emeſſeni, inimicis molitionibus: ſed ſpreverat hoc rumores, aſtutiſſimis patrui ſtrophis circumventus. Quo nempe certior fieret, quid conſiliorum agitet patruus, et quam aut habere, aut negare, fidem vulgari de illo famae debeat, mittebat fidum hominem, medicum ſuum, vulgo Hakimum [ſeu Doctorem] Saad-ed-dinum Damaſcenum (303), Balabacum, una cum cavea columbarum Neapolitanarum; quo nempe is in Iſmaëlis Balabakeni

* Id praenomen erat Chalifae Moſtanſar, quem alloquitur.

فارسله الملك الصالح ايوب الي بعلبك ومعه قفص من حمام نابلس ليطالعه من اخبار الصالح صاحب بعلبك ، وحال وصول الحكيم المذكور علم به صاحب بعلبك ، فاستحضره واكرمه وسرق الحمام التي لنابلس وجعل موضعها حمام بعلبك ، ولم يشعر الطبيب المذكور بذلك ، فصار الطبيب المذكور يكتب ان عمك اسماعيل قد جمع وهو في نية قصد دمشق ، ويبطق فيقعد الطاير ببعلبك فياخذ الصالح اسماعيل البطاقة ويزوّر علي الحكيم ان عمك اسماعيل قد جمع ليعاضدك وهو واصل اليك ، ويشرجه علي حمام نابلس ، فيعتمد الصالح ايوب علي بطاقة الحكيم ويترك ما يرد اليه من غيره من الاخبار ، واتفق ايضا ان الملك المظفر صاحب حماة علم بسعي الصالح اسماعيل صاحب بعلبك باخذ دمشق مع خلوها ممن يحفظها ، فجهز نايبه سيف الدين علي بن ابي الي ومعه جماعة من عسكر حماة وغيرهم وجهّز معه من السلاح والمال شيا كثيرا ليصل الي دمشق ويحفظها لصاحبها ، واظهر الملك المظفر وابن ابي علي انهما قد

meretur et magnifieret. Dicitur de merce quae facile diſtrahitur, neque deſidet in taberna, inutilis ſarcina, نفقت proprie *exit*, non manet in taberna, ſed foras inter homines prodit. Paſſim utitur ea voce Haririus, ut Conſ. XLIX. اما حرف الصناعات فغير فاضلة عن الاقوات ولا نافقة في جميع الاوقات "Quod attinet ad artes mechanicas et *βαναύσους*, nihil ultra diurnum victum praeſtant, neque omni tempore inveniunt emtores" ubi Schol. نافقة per رايجة reddit. Opponi ſolent نفاق et كساد *calor* et *frigus* ſeu obhaeſitatio mercis, quum extundi ex taberna non valet.

m) السبعين C. L. التسعين   *n*) Ante حينيذ deſideratur شيركوه

o) Forte ante بقصة deeſt انسانا aut رجلا

bakeni machinationes cum cura inquireret, earumque certam notitiam litteris perſcriptam ſibi per iſtarum columbarum miniſterium impertiret. Sed vix venerat ille Hakim Balabacum, quum ſtatim norat Iſmaël, quis ille, et unde, et quare venerit. Ideoque arceſſitum hominem honore multo beneficiisque per ſpeciem proſequebatur, ſed clam ipſi Neapolitanas ſuas columbas ſuffurabatur, earumque loco ſubſtituebat Balabakenas. Quam fraudem quum Doctor non animadverteret, fiebat eo, ut litterae, quas ille ad herum perſcribebat, et quibus ipſi ſignificabat, eius patruum magnas conſcribere copias, quibuscum invadere Damaſcum atque rapere vacuam praedam meditetur, in manus Iſmaëlis inciderent. Columbae Balabakenſes enim domi manebant, neque de loco movebantur. Ipſe vero Iſmaël ſupponebat alias litteras ſub perſona et nomine doctoris, quibus nuntiabat, Iſmaëlem, patruum, magnam cogere militiam eo fine, ut ipſi, nepoti, ſe cum illis adiungat, eiusque expeditionem Aegyptiacam ſecundet. Has litteras alligabat columbis Neapolitanis, quae doloſum hoc onus in patriam referebant. Hac igitur admirabili fraude faciebat Iſmaël nepotem, Eiubum, tam ſecurum, ut, confiſus relationi, quam putabat a ſuo Saad-ed-dino profectum eſſe, rumores ceteros contemneret. Caſus Eiubo non parum damnoſus, ſed quem alius excipiebat non levior, qui et ipſi, et Hamateno, multum obfuit. Hic enim bene gnarus, Iſmaëlem Balabakenum Damaſco praeſidiis nudatae inſidiari, expediebat Naiebum ſuum, [hoc eſt Locumtenentem] Saif-ed-dinum Alin, filium Abu-Alii, Hodbanenſem, armis virisque et numis probe inſtructum, eo, ut Damaſcum iret, eamque legitimo ſuo domino, Saleho Eiubo, cuſtodiret. Sed quia illis Damaſcum tendentibus traiiciendum erat Emeſſeni territorium, qui, ut facile iudicatu fuit, transmiſſurus per ſuam ditionem non erat armatos viros ab Hamateno miſſos, cui et aliis de cauſſis iam infeſtus erat, et cuius hac in re deſtinationem voluntati ſuae adverſam

 facil-

قد اختصما وان ابن ابي علي قد غضب واجتمع معه هذه الجماعة وقد قصدوا فراق صاحب حماة لانه يريد ان يسلم حماة للفرنج ، كل ذلك خوفا من صاحب حمص شيركوه لئلّا يقصد ابن ابي علي ويمنعه ، فلم يخف عن شيركوه هذه الحيلة ، فلما وصل ابن ابي علي الي بحيرة حمص قصده شيركوه واظهر انه مصدّقه فيما ذكر وساله الدخول الي حمص ليضيفه فاخذ ابن ابي علي معه وارسل من استدعي باقي اصحاب ابن ابي علي الي الضيافة ، فمنهم من سمع ودخل الي حمص ومنهم من هرب فسلم ، فلما حصلوا عنده قبض علي ابن ابي عليّ وعلي جميع من دخل حمص من الحمويين واستولي علي جميع ما كان معهم من السلاح والخزانة وبقي يعذّبهم ويطلب منهم اموالهم حتي استصفاها ، ومات ابن ابي علي وغيره في حبسه بحمص ، والذي سلم وبقي الي بعد موت شيركوه خلص ، ولما جري ذلك ضعف الملك المظفر صاحب حماة ضعفا كثيرا ، واما الملك الصالح ايوب فلما بلغه قصد عمه اسماعيل دمشق رحل عن نابلس الي الغور فبلغه استيلاء عمه علي قلعة دمشق واعتقال ولده المغيث عمر ، فغسدت

p) مغغزين C. L. مغغرين q) Ante قليل forte deeſt مثله

r) تنزهي Eſt in verbo نزهي notio *nitendi, florendi, coruſcandi;* et notio *prae levitate in altum aſcendendi*, aut *in altum quaſſandi, vibrandi.* Huic loco utraque congruit. Hinc نزهو nitens et ad maturitatem ſpectans dactylus, et ازهي de dactylo, quando nitet. Et in fabella Arcubi apud Nuveirium, دعها حتي تصير زهوا فلما ازهت قال دعها حتي تصير رطبا Conf. cl. Lette ad Caabi Carmen verſ. 11. et pag. 116. De سراب ſeu humido fumo in deſertis fluctuante, et ſpecta-

facillime poterat aſſequi, propterea verſutia opus erat. Subiiciebat igitur Malec el-Modaffar, Hamatenus, iſti Naiebo ſuo id, ut fingeret, ſe ſuamque turbam herum cum indignatione deſeruiſſe propter iurgia quaedam, quae ſibi cum illo interceſſerint. Illum enim Francis Hamatam velle dedere. (304) Haec ſpargebant illi, ſtudentes Emeſſeno fucum facere, a quo metuebant intercipi. At illum dolus hic non latebat, non ſatis ſubtilis, neque ſatis efficax, quin Emeſſenus multo callidior eum altero vinceret. Nam ut venerant illi ad lacum Emeſſenum, egrediebatur Schircuh ad eos, et interrogabat, quid ſibi, et quorſum, velint, et, quum ipſi fumum ſuum venditaſſent, ſimulabat fidem ipſis adhibere, laetari etiam damnis inimici; ſimulque rogabat Saif-ed-dinum, velit ſecum Emeſſam venire, ſuoque ibi hoſpitio uti; et nolentem volentem ſecum rapiebat; ad reliquos eius commilitones mittebat familiarium ſuorum alios, qui pariter eos in urbem ad ſe ad benigna lautaque omnia invitarent. Erant qui lubentes ſecuti in rete incidebant. Alii quidam, nequitias ſubodorati, fuga ſalvi evadebant. Vix autem nactus eos erat Emeſſenus intus in poteſtate, quum ad unum omnes comprehendebat, totoque apparatu, quem ſecum ducebant, bellico et pecuniis ſpoliabat, tormentis quoque ſubiiciebat, ut ſi quas clam haberent abſconditas opes, etiam has emungeret; ſed tormentis tam crudelibus, ut quidam, quos inter quoque fuit ipſe Ibn-Abu-Ali Saif-ed-din, in carcere perirent. Qui perdurabant, et cum aerumnis vitam quoque Schircuhi ſuperabant, (nam paullo poſt contingebat illum tyrannum perire) hi liberabantur. Grave id Modaffaro inflictum vulnus fuit, et quod eum magnopere debilitavit. Sed redeamus ad Malec es-Salehum Eiubum. Is itaque, tandem aliquando certus factus, Malec es-Salehum Iſmaëlem, Balabakenſem, patruum ſuum, adverſus Damaſcum contendere, movebat ipſe quoque Neapoli, ſuae urbi, ſubventurus. At ſero veniebat. Nam illo ad Gaur appellente, appellebat quoque fama,

Bala-

فغسدت نيات عسكره عليه وشرعت الامــراء ومن معه من الملوك يحركون نغاراتهم ويرحلون مغارقين الصالح ايوب الي الصالح اسماعيل بدمشق ، فلم يبق عند الصالح ايوب بالغور غير مماليكه واستاذ داره حسام الدين ابن ابي علي ، واصبح الملك الصالح ايوب لا يدري ما يغعل ولا له موضع يغصده ، فغصد نابلس ونزل بها بمن بغي معه ، وسمع الناصر داود بذلك ، وكان قد وصل من مصر الي الكرك ، فنزل بعسكره وامسك الملك الناصر وارسله الي الكرك واعتغله بها وامر بالغيام في خدمته بكل ما يختاره ، ولما جري ذلك ارسل اخو الصالح الملك العادل ابو بكر صاحب مصر يطلبه من الملك الناصر داود ، فلم يسلمه الناصر داود ، فارسل الملك العادل وتهدد الملك الناصر داود باخذ بلاده ، فلم يلتغت الي ذلك *

وفيها بعد اعتغال الملك الصالح بالكرك قصد الناصر داود الغدس ، وكان الغرنج قد عمروا قلعتها بعد موت الملك الكامل ، فحاصرها وفتحها وخرّب الغلعة وخرّب برج داود ايضا ، فانه لما خربت الغدس اوّلا لم يخرب برج داود ، فخرّبه *t* في هذه السنة *

وفيها توفي الملك المجاهد شيركوه صاحب حمص بن ناصر الدين محمد بن شيركوه بن شادي ، وكانت مدة ملكه لحمص نحو ست وخمسين سنة ، لان صلاح الدين ملّكه حمص سنة احدي وثمانين وخمساية بعد موت ابيه محمد بن شيركوه ، وكان عمره يوميذ اثنتي عشرة سنة ، وكان شيركوه المذكور عسوفا لرعيته وملك حمص بعده ولده الملك المنصور ابراهيم بن شيركوه *

وفيها

· spectatores e longinquo specie aquae decipiente dicitur نزهي vibrat, iactat,

Balabakenſem arce Damaſcena potitum eſſe, filiumque ipſius, Mogitum, in cuſtodiam dediſſe. Quam ſubitam peperit ille rumor, quam immanem rerum Eiubi, caſtrorumque mutationem. Vix id audiverant Emiri, et qui forte principum Eiubidarum ipſi aderant, quum concepto adverſus imperatorem ſuum odio contemtuque, ſuis legionibus ſignum receptui pulſatis ahenotympanis dabant, turmatimque avolantes ad alterum iſtum Salehum, Iſmaëlem, Damaſci modo factum dominum, tranſibant. Ita fiebat unius diei momento, ut Eiubo, praeter mamlucos ſuos, et maiorem domus, Huſam-ed-dinum, filium Abu-Alii, de tantis copiis, nihil ſupereſſet. Quid iam ageret, aut quo ſe verteret, neſcius Eiub, Neapolin repetebat, ibique caſtra ponebat cum iis nempe paucis tantarum fortunarum naufragiis. Paullo poſt audiebat eum ibi agere Malec en-Naſer Davud, Carakae dominus, qui modo ex Aegypto domum redierat. Ibi enim fuerat apud huius Eiubi fratrem, Malec el-Adelum, cui Eiub Aegyptum adimere ſperabat, et communem cum eo cauſſam adverſus Eiubum fecerat, quemadmodum in ſuperioribus declaravimus. Protinus igitur ſe conferebat Naſer Neapolin, et correptum levi negotio (305) Eiubum mittebat Caracam in cuſtodiam, ſed eam honeſtam tamen et principe dignam, ita ut ſuis imperaret, Eiubi deſideriis omnibus ut ſatisfacerent. Audiebat Adel de caſu fratris; ideoque depoſcebat illum a Naſero, foederato. Hic autem negabat, neque curabat minas, quas alter ipſi, lata repulſa irritatus, intentabat perdendae poteſtatis atque ditionis. Potius Neapoli pergebat Hieroſolymam, eamque expugnatam devaſtabat, et evertebat turrim Davidis, quae ſub primam Sanctae Vrbis devaſtationem gradum tamen tuita fuerat.

Eodem obiit ille, de quo nobis hactenus ſermo toties incidit, Emeſſenus, Malec el-Mogahed Schircuh, Emeſſae per ſex et quinquaginta propemodum annos dominus. Nam poſt patrem eius Naſer-ed-dinum, filium Schircuhi, filii Schadii, prae-

وفيها استولي بدر الدين لولو صاحب الموصل علي سنجار واخذها من الملك الجواد يونس بن مودود بن الملك العادل *

ذكر خروج الملك الصالح ايوب من الاعتقال والقبض علي اخيه الملك العادل صاحب مصر وملك الملك الصالح ايوب ديار مصر ،

في هذه السنة في اواخر رمضان افرج الملك الناصر داود صاحب الكرك عن ابن عمه الملك الصالح ايوب واجتمعت عليه مماليكه وكاتبه البهاء زهير، وسار الناصر داود وصحبته الصالح ايوب الي قبة الصخرة وتحالفا بها علي ان يكون ديار مصر للصالح ودمشق والديار الشرقية للناصر داود ، ولما تملك الصالح ايوب لم يف للناصر داود بذلك ، وكان يتاول في يمينه انه كان مكرها ، ثم سارا *v* الي غزة ، فلما بلغ العادل ظهور امر اخيه الصالح عظم عليه وعلي والدته ذلك وبرز بعسكر مصر ونزل علي بلبيس لقصد الناصر داود والصالح اخيه وارسل الي عمه الصالح اسماعيل المستولي علي دمشق ان يبرز ويقصدهما من جهة الشام وان يستاصلاهما ، فسار الصالح اسماعيل بعساكره ونزل الغوار، فبينا الناصر داود والصالح ايوب في هذه الشدة وهما بين عسكرين قد احاطا بهما ان

iactat, corufcare facit fpecies rerum. زهي السراب الشي يزهاه اذا رفعه ait Meidanius. Ab ifta notione in altum elevandi, venit زهو *elatio*, fui nempe, *fuperbia, arrogantia.* ثم دخله زهو وبغي علي قومه eft apud Ibn-Nobata in hiftoria Colaibi Vaielidae: "dein fubibat ipfum arrogantia, et iniquum fe fuis gerebat." Et quia cum arrogantia coniuncta folet effe iactantia, quae fibi bona non fua tri-

fecerat eum huic urbi Salah-ed-din, anno DLXXXI puerum duodecennem. Erat vir ferox et ſaevus in ſuos. Filius ei ſuccedebat, Malec el-Manſur Ibrahim.

Hoc anno adimebat Bedr-ed-din Lulu, dominus Mauſelae, Sangaram Malec el-Gavvado Iunaſo, filio Maududi, filii Malec el-Adeli.

Eiusdem anni menſe nono ad finem vergente dimittebat Malec en-Naſer Davud, dominus Carakae, patrui ſui filium, Malec es-Salehum Eiubum, e cuſtodia. Quo facto redibant ad Eiubum eius mamluki, et Baha [ſive Baha-ed-din] Zohair eum in Aegyptum, regni capeſſendi gratia, invitabat. Prius vero, quam illuc iret, proficiſcebatur cum Davudo Hieroſolymam, ibique in Cübbat es-Sachrat [ſeu aedicula venerandi lapidis] mutuis ſeſe obligabant ſacramentis (306) in eam formulam, ut Eiubo Aegyptus, Davudo Damaſcus cum terris orientalibus cederent. Votis autem et ſumma rerum potitus Eiub praeſtabat horum nihil, excuſatione uſus, ius iurandum a ſe praeſtitum invito et coacto fuiſſe. Quo modo autem potitus Aegypto fuerit Eiub, id nunc dicemus. Pergebat nempe cum ſocio Davudo Hieroſolymis Gazam, deſtinata perfecturus. Haec enim via fert in Aegyptum. Interim audiebat eius frater, Adel, in Aegypto, ipſum rurſus in publica luce verſari, et vires maioribus rebus agendis acquiſiviſſe. Id quod Adelum eiusque matrem (307) vehementer ut terrebat, ita ſtimulabat. Miſra itaque prodibat Adel Belbaiſum, ibique ponebat caſtra, fratrem illinc, tanquam a foribus regni ſui, depulſurus. Simul etiam rogabat patruum, Iſmaëlem Damaſcenum, velit illos novarum rerum ſtudioſos et foederatos a tergo urgere, adeoque indagine clauſos eradicare. Quod ille non illibenter faciens, tendebat in Favvar. Sic intercepti noſtri foederati, geminoque exercitu, tanquam gemino igni, utrinque vallati, magnas inciderant in anguſtias, quum ſubito, paene iam deſperantibus, amplitudo ſuperveniebat inſperata.

ان ركبت جماعة من المماليك الاشرفية ومقدمهم ايبك الاسمر واحاطوا بدهليز الملك العادل ابي بكر بن الملك الكامل وقبضوا عليه وجعلوه في خيمة صغيرة وعليه من يحفظه وارسلوا الي الملك الصالح ايوب يستدعونه ، فاتاه فرج لم يسمع بمثله ، وسار الملك الصالح ايوب والناصر داود الي مصر وبقي في كل يوم يلتقي الملك الصالح فوج بعد فوج من الامراء والعسكر ، وكان القبض علي الملك العادل ليلة الجمعة ثامن ذي القعدة من هذه السنة ، فكانت مدة ملكه نحو سنتين ، ودخل الملك الصالح ايوب الي قلعة الجبل بكرة الاحد لستّ بقين من الشهر المذكور وزينت له البلاد وفرح الناس بقدومه وحصل للملك المظفر صاحب حماة من السرور والفرح بملك الملك الصالح مصر ما لا يمكن شرحه ، فانه ما زال علي ولايه حتي انه لما امسك بالكرك كان يخطب له بحماة وبلادها ، ولما استقر الملك الصالح ايوب في ملك مصر وصحبته الناصر داود وحصل عند كل واحد منهما استشعار من صاحبه فخاف الناصر داود ان يقبض عليه ، فطلب دستورا وتوجّه الي بلاده الكرك وغيرها *

ذكر وفاة صاحب ماردين ، في هذه السنه وقيل في سنة ست وثلثين توفي ناصر الدين ارتق ارسلان بن ايلغازي بن البي

tribuit, hinc زهو quoque *mendacium*, vel *vanam iactantiam* notat; ut in illo Divani Hudeilici: متي ما اشا (غير زهو الرجال) اجعلك وهطا علي حيّض ، "Quando volo (quod absque vana iactantia aliis consueta dictum existimes) possum te facere [tam foedum et contemptum, atque est] succinctorium menstruatarum." Dicitur quoque de aliis

Mamluki (308) enim aliquot Aſchrafici, cum magiſtro ſuo, Ibeco Aſmaro [ſeu furvo] clandeſtina et furtiva in equis facta incurſione rapientes oportunitatem, quum Adel minus diligenter ab excubiis cuſtodiretur, obruebant cingebantque ipſum in ipſo praetorio ſuo, indeque ſecum abreptum, in anguſto quodam deponebant tentorio, appoſitae commendantes cuſtodiae; interea per legatos arceſſebant Malec es-Salehum Eiubum. Prorſus inauditum exemplum moeroris tam repente diſcuſſi et gaudio mutati. Sic Miſram abibant Eiub et Davud; ubi dies non praeteribat, quin Emirorum et militum turba, gratulantium Eiubo ſuaque ſtudia deferentium, turbam alteram, velut unda undam, non pelleret. Comprehenſus fuit Malec el-Adel die Veneris, octavo undecimi menſis huius anni, poſtquam fere per biennium regnaverat. Saleh Eiub autem aſcendebat in Calaat el-Gabal [arcem montis, palatium imperiale] mane diei Solis, vigeſimi quinti eiusdem menſis. Propter hunc caſum panegyrice ornatae et illuſtratae fuerunt urbes Aegypti, civesque privatim publiceque laetitiam de novi domini adventu teſtabantur. Pariter Hamatae dominus, Malec el-Modaffar, audiens de proſpera fortuna amici et protectoris ſui, gaudio tentabatur incredibile et vix verbis deſignando. Nunquam enim deſierat Eiubi ſincero animo favere, et vel illo ipſo tempore, quum is apud Caracam captivus, expers omnis poteſtatis, ſui ſpiritus non compos, in rebus paene deſperatis, haerebat, nihilominus tamen curaverat ipſi, tanquam ſummo et regenti domino, per ditionem ſuam vota fieri. Quum itaque firmum gradum poſuiſſet Eiub in Aegypti poſſeſſione, incipiebat Carakae dominum, Davudum, ſuſpectum habere atque revereri; et hic viciſſim illum. Quo fiebat, ut Davud, veritus ne comprehendatur, veniam rogaret domum abeundi, eaque impetrata etiam abiret.

Hoc anno, aut, ut alii perhibent, anno DCXXXVI, obiit Malec el-Manſur Naſer-ed-din Ortoc Arſlan, filius Ilgazii, filii

البي بن تمرتاش بن ايلغازي بن ارتق صاحب ماردين ، وكان يلقب المنصور، وملك المذكور ماردين بعد اخيه حسام الدين بولوق ارسلان حسبما تقدّم ذكره في سنة ثمانين وخمسماية ، وبقي ارتق ارسلان الي سنة احدي وستماية واستقلّ ارتق ارسلان بملك ماردين حتي توفي في هذه السنة ، ولما مات الملك المنصور ارتق ارسلان ملك بعده ابنه الملك السعيد نجم الدين غازي بن ارتق ارسلان المذكور حتي توفي في سنة ثلاث وخمسين وستماية ظنا ، ثم ملك بعده في السنة المذكورة.ابنه الملك المظفر قرا ارسلان حتي توفي y المذكور سنة احدي وتسعين وستماية ظنا ، ثم ملك بعده ولده الاكبر شمس الدين داود بن قرا ارسلان سنة وتسعة اشهر ، ثم توفي وملك بعده اخوه الملك المنصور نجم الدين غازي بن قرا ارسلان في سنة ثلاث وتسعين وستماية ظنا ، ونقلت وفيات المذكورين حسبما هو مشروح من تقويم حل ماردين ذكر فيه تواريخ بني ارتق ولم اتحقق صحة ذلك ، وسنذكر وفاة الملك المنصور غازي المذكور في سنة اثنتي عشرة وسبعماية ان شاء الله تعالي ۞

ثم دخلت سنة ثمان وثلثين وستماية ، فيها قبض الملك الصالح ايوب بعد استقراره في ملك مصر علي ايبك الاسمر مقدّم المماليك الاشرفية وعلي غيره من المماليك والامراء الذين قبضوا علي اخيه واودعهم الحبوس ، واخذ في انشاء مماليكه ، وشرع الملك الصالح ايوب في بناء قلعة الجيزة في هذه السنة واتخذها مسكنا لنفسه *

وفيها نزل الملك الحافظ ارسلانشاه بن الملك العادل ابي بكر عن قلعة جعبر وبالس وسلّمهما الي اخته ضيفة خاتون صاحبة حلب وتسلّم.

Alpii, filii Timurtaſchi, filii Ortoki, dominus Maredinae, ex quo frater eius, Huſam ed-din Buluc Arſlan deceſſerat, de quo vid. ad ann. DLXXX. Sed initio quidem ſolo nomine princeps erat, auctoritatis expers, et pendebat a Bacaſchi arbitrio, donec illo ſublato, quod anno DCI contigit, ipſe rerum ſuarum moderamen capeſſeret. Primus hic eſt ſuae gentis, qui titulum Maleki, et quidem Manſuri, aſſumſit. Suffectus ipſi fuit Malec es Saïd Nagm-ed-din Gazi, cui defuncto circa annum, ut coniicimus, DCLIII ſuccedebat filius, Malec el-Modaffar Cara Arslan. Huic anno propemodum DCXCI mortuo ſucceſſit filius natu maior Schams-ed-din. Illum uno anno novemque menſibus poſt e vivis egreſſum excipiebat eius frater natu minor, Malec el-Manſur Nagm-ed-din Gazi, anno DCXCIII circiter. Aſſignavimus his fatales annos ad edictum Tacvim Hall Maredin [hoc eſt Canonis redituum legitimorum (309) principatus Merdinenſis], quem inſpeximus, cuius auctor principum ſuorum annos et res geſtas ſimul quoque litteris conſignavit. Exploratam tamen harum rerum ſcientiam non habeo. Quando mortuus ſit Manſur Gazi poſterior, dicam ad a. DCCXII.

Anno DCXXXVIII [qui die 22 Iulii A. C. 1240 coepit] comprehendebat Malec es-Saleh Eiub, iam ſtabilitus in Aegyptiaco regno Ibecum Aſmarum, magiſtrum Mamlucorum Aſchrafìcorum, aliosque tam Emiros quam Mamlucos, qui fratrem Adelum comprehenderant, eosque diverſos dabat in carceres. Inde inſtituebat ſuos mamlucos tanquam ſeminarium virorum fortium et fidorum alere, atque ad dignitates et opes evehere; unde illi deinceps tam potentes evaſerunt, ut Eiubidas ipſos ex Aegypto primum, et tum porro e Syria, exegerint et deleverint. Inſtituebat etiam arcem Gizae condere, in qua porro reſidebat.

Eodem cedebat Malec el-Hafet Arſlanſchah, filius Malec el-Adeli, dominus arcis Gabari et Baleſae, his arcibus ſuis ſuae ſorori, Daifa Chatunae, dominae Halebi, et ab ea iſtarum in

vicem

وتسلّم عوضها اعزاز وبلادا غيرها تساوي ما نزل عنه ، وكان سبب
ذلك ان الملك الحافظ المذكور اصابه فالج ، فتخشي من اولاده
وتغلّبهم عليه ، ففعل ذلك لانه اذا كان قريبا من حلب لا يمكنهم
التعرّض اليه *

وفيها كثر عبث الخوارزمية وفسادهم بعد مفارقة الملك
الصالح ايوب البلاد الشرقية وساروا الي قريب حلب ، فخرج اليهم
عسكر حلب مع الملك المعظّم تورانشاه بن صلاح الدين ووقع بينهم
القتال ، فانهزم الحلبيون هزيمة قبيحة وقتل منهم خلق كثير
منهم الملك الصالح بن الملك الافضل بن السلطان صلاح الدين
واسر مقدّم الجيش الملك المعظم المذكور ، واستولي الخوارزميون
علي اثقال الحلبيين واسروا منهم عدة كثيرة ثم كانوا يقتلون بعضهم
ليشتري غيره نفسه منهم بماله ، فاخذوا بذلك شيا كثيرا ، ثم نزل
الخوارزميون بعد هذه الوقعة علي جبلان z وكثر عبثهم وفسادهم
ونهبهم في بلاد حلب ، وجفل اهل الحواضر والبلاد ودخلوا مدينة
حلب واستعدّ اهلها للحصار ، وارتكب الخوارزمية من الزنا
الفواحش والقتل ما ارتكبوه التتر ، ثم سارت الخوارزمية الي منبج
وهجموها

aliis affectibus, ut de *metu* in illo, quod cl. Schultens in Excerpt. Hamaf. p. 346. lin. 1. protulit, ubi vid.

s) لغصد Forte يغصد

t) Forte poſt فخرّبه deeſt الناصر داود

v) سارا C. L. سار

x) الي سنة C. L. في سنة Forte plura deſunt.

y) حتي توفي decrant C. L. *z*) جبلان C. L. حيلان

nd .. not to be
in any Lexicon.
... to answer
hebrew
חצריכ
... the plural of
حاضر

vicem accipiebat Azazum, et alia, quae conceſſis aequivalebant; ut adeo non lucrum ſpectarent in hac permutatione partes contrahentes. Verum haec erat ratio, quae Hafetum ad iſtum permutationem impellebat. Acciderat ipſi nervorum reſolutio, per quam quum res peragere ſuas, corpusque regere et ab iniuriis defendere nequiret, metuebat, ne filii, iam natu grandes, leges ipſi praeſcribere, et in ſervi loco ſe habere audeant. Propterea malebat propius Halebo et ſorore abeſſe, reputans, filios in ſuperiorum et inſpectorum vicinia non aeque impune ſibi turbas creare poſſe, quam in illis remotioribus locis. (310)

Eodem graſſabantur Chovarezmici (311) foedum in modum, et, qua veniebant, perdebant omnia, poſtquam Malec es-Saleh Eiub terras orientales reliquerat. Ad ipſam usque Halebum excurrebant, quibus obviam foras progreſſi Halebenſes cum ſuo duce, Malec el-Moattamo Turanſchaho, filio Salah-ed-dini, pugnam, ſed ſiniſtram, conſerebant. Turpem enim in fugam converſi, iacturam faciebant ingentem cum caeſorum, quos inter erat Malec es-Saleh, filius Malec el-Afdali, filii Salah-eddini; tum captorum, quos inter erat ipſe imperator, Turanſchah; et impedimentorum omnium. Chovarezmici quoque captivis non parcebant, ſed occidebant eorum aliquos, quo nempe ceteri ſuperſtites, iſtorum exemplo territi, tanto carius animas ſuas redimerent. Vnde immanem pecuniarum vim cogebant. Poſt hanc illatam Halebenſibus cladem ponebant Chovarezmici caſtra in Gablan, unde in ſubiectum agrum evagantes graſſabantur et latrocinabantur ultra omnem petulantiae et libidinis modum. Quapropter agrorum et ceterorum minorum urbium incolae ſe trepidi Halebum recipiebant, et obſidioni ſuſtinendae comparabant. Eo tamen res non devenit. Chovarezmici enim poſt perpetratas caedes, ſtupra, ſcelera quaevis, tam immane cum libidine, ut facile Tataros aequaſſe viderentur, reflectebant curſum Manbegam, quam die Iovis, vigeſimo quinto tertii menſis huius

 anni

وهجموها بالسيف يوم الخميس لسبع بقين من ربيع الاول من هذه السنة وفعلوا من القتل والنهب مثلما تقدّم ذكره ، ثم رجعوا الي بلادهم وهي حران وما معها بعد ان اخربوا بلد حلب *

ذكر عود الخوارزمية الي بلاد حلب وغيرها ، ثم ان الخوارزمية رحلوا من حران وقطعوا الفرات من الرقة ووصلوا الي الجبول ثم الي تل اعزاز ثم الي سرمين ثم الي المعرة وهم ينهبون ما يجدونه ، فان الناس جفلوا من بين يديهم ، وكان قد وصل الملك المنصور ابراهيم بن شيركوه صاحب حمص ومعه عسكر من عسكر الصالح اسماعيل المستولي علي دمشق نجدة للحلبيين ، فاجتمع الحلبيون مع صاحب حمص المذكور وقصدوا الخوارزمية واستمرّت الخوارزمية علي ما هم عليه من النهب حتي نزلوا علي شيزر ونزل عسكر حلب علي تل سلطان ، ثم رحلت الخوارزمية الي جهة حماة ولم يتعرضوا النهب لانتماء صاحبها الملك المظفر الي الملك الصالح ايوب ، ثم سارت الخوارزمية الي سلمية ثم الي الرصافة طالبين الرقة ، وسار عسكر حلب من تل سلطان اليهم ولحقهم العرب ، فارمت الخوارزمية ما كان معهم من المكاسب وسيّبوا الاسري ، ووصلت الخوارزمية الي الفرات في اواخر شعبان من هذه السنة ولحقهم عسكر حلب وصاحب حمص ابراهيم قاطع صفين ، فعمل لهم الخوارزمية ستاير ووقع القتال بينهم الي الليل ، فقطع الخوارزمية الفرات وساروا الي حران ، وسار عسكر حلب الي البيرة وقطعوا الفرات منها وقصدوا الخوارزمية واتقعوا قريب الرها لتسع بقين من رمضان من هذه السنة ،

فولي

a) وجفل Cod. Leid. وجعل

anni gladio perfringebant, et eadem crudelitate, qua fuperiores, tractabant. Tandem perdito prorfus et peffum dato tractu Halebenfe, domum, hoc eft Harranam, redibant; magis illuc depofituri coactam praedam, quam ibi diu quieti haefuri. Aliquot enim menfibus poft rurfus exibant, fed fcaevis avibus, traiectoque apud Raccam Euphrate primum Gabul, tum Tall-Azaz, dein Sarminam, denique Maarram invadebant, loca ad Halebenfem ditionem fpectantia, rapientes, quidquid in manus veniret, nemine prohibente. Locum enim incolae furiofis fecerant. Neque terrebat latrones adventus exercitus Halebenfis, cum quo Malec el-Manfur Ibrahim, Schircuhi filius, Emeffae dominus, fuas copias, et partem copiarum Salehi Damafceni, iunxerat. Tam prope concedebant partes, ut Chovarezmici in Tall Schaizar, Halebenfes in Tall Sultan refiderent. Absque pugnae tamen commiffione difcedebant hoftes verfus Hamatam, quam eparchiam ideo non vexabant, quia dominus eius Malec es-Saleho Eiubo, domino quondam fuo, fideliter adhaerebat. Inde per Salamiam pergebant usque ad Rufafam, cupientes Raccam tranfire (312), unde venerant; (id fub finem octavi menfis contigit) et, quia Halebenfes e Tall Sultan ipfas perfecuti fuerant, una cum Arabibus Scenitis, qui fe Halebenfibus per viam adiunxerant, quo illos morarentur et declinarent, effetque traiectus levior et expeditior, abiiciebant rapinam omnem, et dimittebant captivos. Nihilominus tamen affequebatur eos Halebenfis exercitus eiusque dux Ibrahim Emeffenus, per planitiem Seffinenfem accurrens, et committebat pugnam, quam Chovarezmici partim eludebant obiectis celeriter vallis, pone quae latebant, et Halebenfibus infidiabantur, partim trahebant usque ad feram noctem, cuius beneficio Eufratem traiiciebant eoque facto Harranam evadebant. Verum Halebenfes tranfibant apud Biram eundem fluvium, et perfecuti Chovarezmicos adoriebantur eos apud Edeffam die vigefimo noni menfis, inftructaque victos acie atque

 fufos

فولي الخوارزمية منهزمين وركب صاحب حمص وعسكر حلب
اقفيتهم يقتلون ويأسرون الي ان حال الليل بينهم ، ثم سار عسكر
حلب الي حران فاستولوا عليها ، فهرب الخوارزمية الي بلاد عانة ،
وبادر بدر الدين لولو صاحب الموصل الي نصيبين ودارا ، وكانتا
للخوارزمية ، فاستولي عليهما وخلص من كان بهما من الاسري ،
وكان منهم الملك المعظم تورانشاه ابن السلطان صلاح الدين اسيرا
في بلدة دارا من حين اسروه في كسرة الحلبيين ، فحمله بدر
الدين لولو الي الموصل وقدّم له يثابا وتحفا وبعث به الي عسكر
حلب ، واستولي عسكر حلب علي الرقة والرها وسروج وراس عين
وما مع ذلك ، واستولي صاحب حمص المنصور ابراهيم علي بلد
الخابور ، ثم سار عسكر حلب ووصل اليهم نجدة من الروم وحاصروا
الملك المعظم بن الملك الصالح ايوب بآمد وتسلّموها منه وتركوا
له قلعة الهيثم وحصن كيفا ، ولم يزل ذلك بيده حتي توفي ابوه
الملك الصالح بمصر وسار اليها المعظم المذكور علي ما سنذكره ان
شاء الله تعالي ، وبقي ولدا المعظم وهو الملك الموحّد عبد الله
بن المعظم تورانشاه بن الصالح ايوب بن الملك الكامل محمد
بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب مالكا لحصن كيفا الي ايام
التتر وطالت ايامه بها *

we not read
ثياب

ذكر ما كان من الملك الجواد يونس ، وفي هذه السنة كان
هلاك الملك الجواد يونس بن مودود بن الملك العادل ، وصورة ما
جري له انه كان قد استولي بعد ملك دمشق علي سنجار وعانة ،
فباع عانة من الخليفة المستنصر بمال تسلّمه منه ، وسار لولو صاحب
الموصل

fuſos perſequebantur ferro et catenis, donec nox intercedens quietem ipſis imponeret. Redeuntes igitur Harranam Halebenſes occupabant eam; Chovarezmici autem Anam ſe recipiëbant. Non deerat ſibi tam oportuno tempore, neque ignorabat Mauſelae dominus, Bedr-ed-din Lulu, ipſorum damnis in commodum ſuum abuti. Niſibinam enim et Daraam propere occupabat, quas hactenus obtinuerant praeſidia Chovarezmica, et in quas comportaverant omnes Halebenſes in illa ſuperiore clade captos. Quos omnes Bedr-ed-din liberabat, et inter hos quoque Malec el-Moattamum Turanſchahum, quem Dara extractum ſecum Mauſelam ducebat, indeque digno decoratum habitu, et ſplendidis dotatum muneribus remittebat Halebenſibus. Hi porro poſt Harranam Racca potiebantur, et Roha, et Saruga, et Ras-Ain, aliisque illuc pertinentibus; Emeſſenus autem ſibi provinciam Chabur vindicabat. Sic diribebant inter ſe ſpolia Chovarezmicorum, vel potius Malec es-Salehi Eiubi; cuius etiam filium, Malec el-Moattamum Turanſchahum, Amidae obſeſſum ibant, eoque adigebant, ut hanc urbem ipſis traderet. Relinquebant tamen ipſi Calaat Haitam et Heſn-Caifa, quas etiam obtinuit, donec poſt patris obitum in Aegyptum abiret, vocatus in regnum ſucceſſor; qua de re poſtea dicetur. Ipſe quoque filius eius, Malec el-Auhad Abdalla, filius Malec el-Moattami Turanſchahi, filii Malec es-Salehi Eiubi, filii Malec el-Cameli Muhammedis, filii Malec el-Adeli Abu-Becri, filii Eiubi, diu tenuit Heſn-Caifam, donec Tatari irrumperent.

Hoc anno periit Malec el-Gavvad Iunas, filius Maududi, filii Malec el-Adeli, hac ratione. Diximus in ſuperioribus, eum Damaſcum Malec es-Saleho Eiubo dedidiſſe, et ab hoc viciſſim Sangaram et Anam accepiſſe; quarum poſtremam quidem Chalifae, Moſtanſaro, vendebat, illam vero ſubripiebat ipſi, aliquando abſenti, dominus Mauſelae, Bedr-ed-din Lulu; qua de re iam in ſuperioribus memoravimus. Quum itaque nihil ipſi

 in

الموصل وحاصر سنجار ويونس المذكور غايب عنها واستولي عليها ، ولم يبق بيد يونس من البلاد شي ، فسار علي البرية الي غزة وارسل الي الملك الصالح ايوب صاحب مصر يساله في المصير اليه ، فلم يجبه الي ذلك ، فسار حينيذ ودخل الي عكا واقام مع الفرنج ، وارسل الملك الصالح اسماعيل صاحب دمشق حينيذ وبذل مالا للفرنج ، وتسلّم الملك الجوّاد يونس من الفرنج واعتقله ثم خنقه ❊

وفيها ولّي الملك الصالح ايوب الشيخ عز الدين عبد العزيز بن عبد السلام القضاء بمصر والوجه القبلي ، وكان عز الدين المذكور بدمشق ، فلما قوي خوف الصالح اسماعيل صاحب دمشق من ابن اخيه صاحب مصر سلّم الصالح اسماعيل صفد والشقيف الي الفرنج ليعضدوه ويكونوا معه علي ابن اخيه الصالح ايوب ، فعظم ذلك علي المسلمين واكثر الشيخ عز الدين ابن عبد السلام التشنيع علي الصالح اسماعيل بسبب ذلك ، وكذلك جمال الدين ابو عمرو بن الحاجب ، ثم خافا من الصالح اسماعيل ، فسار عز الدين ابن عبد السلام الي مصر وتولّي بها القضاء كرها ، وسار جمال الدين ابو عمرو بن الحاجب الي الكرك واقام عند الملك الناصر داود صاحب الكرك ونظم له مقدمته في النحو ، ثم بعد ذلك سافر ابن الحاجب الي الديار المصرية ❊

ثم دخلت سنة تسع وثلثين وستماية والصالح اسماعيل صاحب دمشق والمنصور ابراهيم بن شيركوه صاحب حمص وصاحبة حلب متفقون علي عداوة الملك الصالح ايوب صاحب مصر ، ولم يوافقهم صاحب حماة علي ذلك واخلص الانتماء الي صاحب مصر ❊

وفيها

in oriente supereſſet, emigrabat illinc Gazam per deſertum; unde a Malec es-Saleh Eiubo veniam ad ipſum eundi rogabat. Hoc autem permittere nolente, ad Francos Acconenſes ſe adiungebat; a quibus eum pro conſtituta mercede deditum nactus Malec es-Saleh Iſmaël, Damaſcenus, in carcere laqueo exſtinxit.

Hoc anno mandavit Malec es-Saleh Eiub Cadii Miſrenſis munus et الوجه القبلي (313) Schaicho Azz-ed-dino (314) Abd el-Azizo, filio Abd es-Sallami. Hactenus quidem fuerat ille Damaſci, ſed neceſſitas quaedam ipſi perſuadebat Miſram ire. Nimirum, quum timor Malec es-Salehi Iſmaëlis Damaſceni a nepote ſuo et cognomine Eiubo magis magisque invaleſceret, tradebat Saphedum et Schakifum (315) Francis eo pacto, ut ſibi amicam praeſtarent operam contra Miſrenſem. Id indignum accidebat Muſlemis et deteſtabile facinus, ideoque inſectabantur Iſmaëlem modo laudatus Azz-ed-din, et Gemal-ed-din Abu-Amru, filius Hagebi, convitiis acerrimis: timentes autem ipſi procacis linguae poenas dare, aufugiebant, Azz-ed-din quidem Miſram, ubi Eiub eum, quod modo dicebamus, Cadium, quamvis invitum, conſtituebat; Ibn el-Hageb autem Caracam, ubi verſatus aliquamdiu apud Malec en-Naſerum Davudum fuit, cui etiam ſuam Mocaddamam (316) ſeu inſtitutiones grammaticas dedicavit; tempore tamen poſt et ipſe quoque in Aegyptum commigrabat.

for whom he composed his ... of Gram

Anno DCXXXIX [qui die 11 Iul. A. C. 1241 coepit] inibant Malec es-Saleh Iſmaël, Damaſcenus, et Malec el-Manſur Ibrahim, Emeſſenus, et Halebi domina, foedus contra Eiubum Miſrenſem. Cui tamen non accedebat Malec el-Modaffar, Hamatenus, qui potius Miſrenſi fideliter addictus manebat.

Eodem confligebant* Chovarezmici cum Malec el-Modaffaro Gazio, filio Malec el-Adeli, domino Maiiafarekinae.

Eodem

* Id ſonat verbum Arabicum أتفقن. Verum ex iis quae ad a. 640 initio ſtatim narrantur patet legendum eſſe, أتفقن *conſentiebant, in ſocietatem belli coibant.*

وفيها اتفقت الخوارزمية مع الملك المظفر غازي بن الملك العادل صاحب ميافارقين *

وفيها اصاب جدّي المظفر صاحب حماة الفالج وهو جالس بين اصحابه في قلعة حماة وبقي اياما لا يتكلم ولا يتحرّك ، وكان ذلك في اواخر فصل الشتاء ، وارجف الناس بموته وقام بتدبير المملكة مملوكه واستاذ داره سيف الدين طغريل ، ثم خفّ مرض الملك المظفر وفتح عينيه وصار يتكلم باللفظة واللفظتين لا يكاد يفهم الخاطب الجانب الايمن منه ، وبعث اليه الصالح صاحب مصر طبيبا حاذقا نصرانيا يقال له النفيس ابن طليب ، فلم ينجع فيه المداواة ، واستمرّ علي ذلك الي ان توفي بعد سنتين وكسر علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفي هذه السنة في ذي الحجة توفي الملك الحافظ نور الدين ارسلان شاه بن الملك العادل بن ايوب باعزاز وهي التي عوّضها عن قلعة جعبر ونقل الي حلب ودفن في الفردوس وتسلّم نواب الملك الناصر يوسف صاحب حلب قلعة اعزاز واعمالها *

وفيها في شعبان توفي الشيخ العلامة كمال الدين موسي بن يونس بن محمد بن منعة بن ملك الفقيه الشافعي ، كان امام وقته في مذهب الشافعي وغيره وكان يشتغل الحنفيون عليه علي مذهب ابي حنيفة ويحلّ الجامع في مذهب ابي حنيفة ، وكان متقنا علم المنطق والطبيعي والالهي وكان

b) اسروه في Cod. Leid. اسروه من

Eodem anno accidebat ſub hiemis exitum avo meo, Malec el-Modaffaro Hamateno, apoplexia, ſedenti ſuos inter familiares, in arce ſua, derepente, tam violenta, ut per aliquot dies loquelae motusque facultate careret, rumoresque iam de ipſius obitu per vulgum increbreſcerent; quo tempore loco principis res adminiſtrabat eius mamlucus et maior domus, Saif-ed-din Togril. Deinde tantillo quidem miteſcebat morbus, ut aeger aperiret rurſus oculos, et vocem unam alteramve profari eniteretur, tam tamen impedite, ut intelligi nequiret: tandem decumbebat morbi vis in dextrum latus. Mittebat ipſi quidem amicus eius, Malec es-Saleh Eiub, Miſra medicum expertum, Chriſtianum, Naſiſum [ſeu pretioſum et magni aeſtimandum] Ibn-Talibum dictum. At eius tamen medicatio nihil proficiebat. Itaque trahebat avus meus per biennium, et quod excurrit, donec exſpiraret, ut ſuo loco dicemus.

Eodem obibat Malec el-Hafet Nur-ed-din Arſlanſchah, filius Malec el-Adeli, filii Eiubi, Azazae, quam ipſum cum ſua quondam Calaat Gabar permutaſſe ſupra diximus. Cadaver Halebum translatum et ibi in Firdus [ſeu horto*] tumulatum fuit. Malec en-Naſer eius poſſeſſiones in fidem accipiebat.

Eiusdem anni octavo menſe obiit Schaich el-Allama [ſeu polyhiſtor] Camal-ed-din Muſa, filius Iunaſi, filii Muhammedis, filii Mannaae, filii Maleki, fakihus Schafiita, in cuius ſectae ſuae rerumque aliarum ſcientia excellebat ſuo tempore. Nam etiamſi Schafieo adhaereret, Hanafitici tamen nihilominus ſub eius inſtitutione theologiae ſecundum mentem ſui Abu-Hanifae ſtudebant, et audiebant ab ipſo librum Game dictum e ſui doctoris ſententia reſolvi et explicari. Perfecte quoque callebat logicam, phyſicam, metaphyſicam, matheſin, Almageſtum [hoc eſt την μεγιςην Ptolemaei], Eucliden, muſicam, arithmeticam eiusque genera

* Forte hortus principis Halebenſis intelligitur.

فقبل ابن الصلاح اشارته وترك قراته ، وكان الشيخ كمال الدين بن
يونس المذكور يتّهم في دينه لكون العلوم العقلية غالبة عليه وكانت
تعتريه غفلة لا ستيلاء الفكرة عليه ، فعمل بعضهم فيه

اجدك e ان قد جاد بعد التعبيس d غزال بوصل لي واصبح مونسي ،
واعطيته e صهباء من فيه مزجها كرقّة شعري او كدين ابن يونس *

وكانت ولادته في صفر سنة احدي وخمسين وخمساية بالموصل وبها
توفي في التاريخ المذكور رحمه الله *

ثم دخلت سنة اربعين وستماية ، فيها كانت بين الخوارزمية
ومعهم الملك المظفر غازي صاحب ميافارقين وبين عسكر حلب
ومعهم المنصور ابراهيم صاحب حمص مصافّ قريب الخابور عند
المجدل في يوم الخميس لثلاث بقين من صفر من هذه السنة ،
فولي المظفر غازي والخوارزمية منهزمين اقبح هزيمة ونهب منهم
عسكر حلب شيا كثيرا ، ونهبت وطاقات الخوارزمية ونساوهم ايضا ،
ونزل الملك المنصور في خيمة المظفر غازي واحتوي علي خزائنه
ووطاقه ، ووصل عسكر حلب وصاحب حمص الي حلب في مستهلّ
جمادي الاولي مويدين منصورين *

ذكر

c) اجدك Cod. Leid. اجدل

d) التعبيس Aut النعبيس leg. pro النعاس aut التعريس

e) واعطيته Forte وعاطيته

omitteret. Vera enim afferebat Camal-ed-din, et quae vel proprium eius exemplum confirmabat. Ideo enim levitatis et errorum in religione ſuſpectus ipſe habebatur a vulgo, quod ſcientiae intellectuales ipſum totum occupabant. Et ſane, quia ſemper acerrimis intendebat animum meditationibus, fiebat interdum, ut ipſi quaedam haud prorſus orthodoxa non animadvertenti exciderent; quae dicacibus oportunitatem ipſum pungendi dabant. Vnus eorum aliquis hoc in eum iſto ex capite iactabat.

Ita vivam atque valeam, venit ad me interdum poſt provectam noctem hinnulus,* qui ſe mihi aſſociavit amicum et confabulatorem usque ad auroram.

A cuius ore poculum vini ** accepi tam tenuis et pellucidae mixturae, atque eſt poëſis mea, aut religio filii Iunaſi.***

Natus fuerat ſecundo menſe anni DLI Mauſelae, ubi defunctus etiam eſt hoc anno, cuius deum miſereatur.

Anno DCXL [qui die 30 Iunii A.C. 1242 coepit] die quodam Iovis, vigeſimo ſexto ſecundi menſis, confligebant Chovarezmici, ducem atque foederatum ſuum, Malec el-Modaffarum Gazium, dominum Maiiafarekinae, ſecum habentes, cum exercitu Halebenſe, quem ducebat Malec el-Manſur Ibrahim, Emesſae dominus, prope [urbem aut fluvium] Chabur apud Magdal [ſeu turrim, locum ſic dictum], ſed infeliciter. Foedam enim in fugam verſos Chovarezmicos expilabant et caſtris exuebant Halebenſes; Manſur ipſe deſcendebat in tentorium Modaffari Gazii, quod cum omnibus ibi depoſitis pecuniis, apparatu bellico et ſupellectile capiebat. Ab hac expeditione redibant Halebum ineunte menſe quinto, victores novisque viribus aucti.

* Id eſt pulchra et amica facies obtulit ſe mihi ſomnianti.

** Comparat ſalivam cum vino.

*** Laudat poëſin ſuam ut puram et perſpicuam, carpit fidem Camal-ed-dini, ut rarae quaſi texturae, λιτην.

ذكر وفاة الملكة ضيفة خاتون صاحبة حلب وهي والدة الملك العزيز، وفي هذه السنة في ليلة الجمعة لاحدي عشرة ليلة خلت من جمادي الاولي توفيت ضيفة خاتون بنت الملك العادل ابي بكر بن ايوب، وكان مرضها قرحة في مراق البطن وحمي، ودفنت بقلعة حلب، وكان مولدها سنة احدي (او اثنين) وثمانين وخمسماية بقلعة حلب حين كانت حلب لابيها الملك العادل قبل ان ينتزعها منه اخوه السلطان صلاح الدين ويعطيها ابنه الظاهر غازي، فاتفق مولدها ووفاتها بقلعة حلب، ولما ولدت كان عند ابيها الملك العادل ضيف، فسمّاها ضيفة، وكانت مدة عمرها نحو تسع وخمسين سنة، وكان الملك الظاهر غازي صاحب حلب قد تزوّج قبلها باختها غازية فتوفيت، فلما توفيت غازية تزوّج باختها ضيفة خاتون المذكورة، وكانت ضيفة خاتون قد ملكت حلب بعد وفاة ابنها الملك العزيز وتصرّفت في الملك تصرّف السلاطين وقامت بالملك احسن قيام وكانت مدة ملكها نحو ست سنين، ولما توفيت كان عمر ابن ابنها الملك الناصر يوسف بن الملك العزيز نحو ثلاث عشرة سنة، فاشهد عليه انه بلغ وحكم *f* واستقل بمملكة حلب وما هو مضاف اليها والمرجع في الامور الي جمال الدين اقبال الاسود الخصي *g* الخاتوني ٭

ذكر وفاة المستنصر بالله، في هذه السنة توفي المستنصر بالله ابو جعفر المنصور ابن الظاهر محمد بن الامام الناصر احمد بكرة الجمعة لعشر خلون من جمادي الاخرة، وكانت مدة خلافته سبع عشرة سنة الا شهرا، وكان حسن السيرة عادلا في الرعية *h*، وهو الذي بني المدرسة ببغداد المسماة بالمستنصرية علي شط دجلة من الجانب

Sed haud diu poſt, eiusdem quinti menſis, undecimo die obibat Halebi domina, Daifa-Chatun, filia Malec el-Adeli Abu-Becri, filii Eiubi, ex ulcere in iliis, et inde nata febre, in arce Halebenſe, in qua ſepulta quoque fuit; ſed et nata ibidem fuerat, anno DLXXXI aut DLXXXII, quum pater eius adhuc Halebum tenebat, antequam ſcilicet frater eius, Salah-ed-din, ipſum inde revocabat, ſucceſſorem ipſi mittens ſuum filium, Malec ed-Daherum Gazium. Patet hinc, eam, quum vita decederet, annum aetatis LIX egiſſe. Nominis quod illa geſſit, haec eſt ratio. Eo ipſo tempore, quo illa hanc in lucem prodibat, habebat eius pater penes ſe Daifum [hoc eſt, hoſpitem, qui ad ipſum inviſerat, amicum]. In eius caſus memoriam appellabat ipſam pater Daifa [quaſi dicas Hoſpitam]. Maritus eius, Malec ed-Daher Gazi, dominus Halebi, priusquam illam in matrimonium duceret, habuerat penes ſe iſtius ſororem, Gazia Chatunam. Illi vero defunctae ſufficiebat hanc coniugem. Adminiſtrabat haec poſt filii ſui, Malec el-Azizi, fata, per ſex fere annos, principatum Halebenſem magna cum prudentia, neque minore cum auctoritate, quam fuit unquam Sultanorum maximi nominis. Agebat ſub hoc tempus eius nepos, Malec en-Naſer Iuſef, filius Malec el-Azizi, annum aetatis ferme decimum tertium: quapropter illum annos pubertatis et ſapientiae iam attigiſſe publice declarabant, et dominum ſalutabant. Interea redibat cura rerum ad Gemal-ed-dinum Acbalum, nigrum ſpadonem, Chatunicum.

Altero inde menſe, hoc eſt, ſub auroram diei cuiusdam Veneris, decimi de ſexto menſe huius anni, decedebat Moſtanſar billah Abu-Gafar Manſur, filius Daheri Muhammedis, poſt geſtum per ſeptendecim annos minus uno menſe Chalifatum in magna laude, iuſtitiaeque atque benignitatis in commune demonſtratione. Hic eſt ille, qui collegium, de ipſo Moſtanſericum dictum, in ripa Tigridis orientale, haud procul ab auguſto palatio, condidit, et opimis dotavit reditibus, ſecundum eius diſpo-

الجانب الشرقي مما يلي دار الخلافة وجعل لها اوقافا جليلة علي انواع البرّ، ولما مات المستنصر اتفق اراء ارباب الدولة مثل الدوادار والشرابي علي تقليد الخلافة ولده ولقبوه المستعصم بالله، وهو سابع ثلاثينهم واخرهم وكنيته ابو احمد بن المستنصر بالله منصور، وكان عبد الله المستعصم ضعيف الراي، فاستبدّ كبراء دولته بالامر وحسّنوا له قطع الاجناد وجمع المال ومداراة التتر، ففعل ذلك وقطع اكثر العسكر ۞

ثم دخلت سنة احدي واربعين وستماية، فيها قصدت التتر بلاد غياث الدين كيخسرو بن كيقباد بن كيخسرو بن قليج ارسلان السلجوقي صاحب بلاد الروم، فارسل واستنجد بالحلبيين، فارسلوا اليه نجدة مع ناصح الدين الفارسي وجمع العساكر من كل جهة والتقي مع التتر، فانهزمت عساكر الروم هزيمة قبيحة وقتل التتر واسروا منهم خلقا كثيرا وتحكّمت التتر في البلاد، واستولوا ايضا علي خلاط وامد وبلادهما، وهرب غياث الدين كيخسرو الي بعض المعاقل، ثم ارسل الي التتر وطلب الامان ودخل في طاعتهم، ثم توفي غياث الدين كيخسرو بعد ذلك في سنة اربع وخمسين حسبما نذكره ان شاء الله تعالي، وخلف صغيرين وهما ركن الدين وعز الدين، ثم هرب عز الدين الي القسطنطينية وبقي ركن الدين في الملك تحت حكم التتر والحاكم

f) وحكم Forte وحلم

g) النخصي C. L. الحظي Forte rectius النخصي الاسود الخاتوني

h) Forte sic transponenda: السيره في الرعية عادلا

diſpoſitionem e vario genere piarum largitionum percipiendis. Illi mortuo conſentiebant eo magnates aulae, quales erant Davadar [ſeu Cancellarius] et Scharab [ſeu primus princerna], ut eius filius Abu-Ahmed Abdalla in Chalifatum ſufficeretur, cum titulo Moſtaſem-billah [notat ille titulus eum, qui ſe deo, tanquam tuto et invicto praeſidio, munit]. At is erat homo imbecillis conſilii; unde facile magnatibus erat omnem auctoritatem ad ſe contrahere, illique conſilium, ſed id peſſimum, ut ab eventu conſtitit, approbare, ſcilicet copiarum militarium numerum deminuendo fiſcum locupletandi, et Tataris blandiendi, ne regnum, praeſidiis non ſatis firmatum, invadant. Id ipſum vero alliciebat Tataros Bagdadum, et efficiebat, ut cum urbe Chalifatum et gentem Abbaſidarum, in qua is princeps numero trigeſimus ſeptimus et idem ultimus eſt, exſcinderent.

Anno DCXLI [qui die 20 Iun. A. C. 1243 coepit] invadebant Tatari ditionem Gaiiat-ed-dini (320) Caichoſrui, filii Caicobadi, filii Caichoſrui, filii Kilig Arſlani, Selgukidae, domini Romaniae. Is ergo ab Halebenſibus opem rogabat et impretrabat. [Nam ut ſupra vidimus ſororem ſuam Halebenſi coniugem deſtinaverat, et huius viciſſim acceperat ipſe.] Ducebat Halebenſes Naſeh-ed-din Perſa. Quibus Caichoſru ſuas adiungebat undecunque contractos. Itaque confligebat cum Tataris, at ſiniſtro marte. Nam Tatari foedam in fugam coniectos Romanicos ingente multabant caeſorum captorumque numero, terrarum ubique dominos faciebant, Challatam occupabant Amidamque, ſubiectosque illis agros, et cogebant Caichoſruum in aliquam ſuarum arcium ſe recipere, unde leges a Tataris accipiebat, eorumque arbitrio ſeque ſuumque imperium ſubiiciebat. Quum deinceps anno DCXLV (321) vita defungeretur, et filiorum, quos geminos aetate minores relinquebat, unus, Azz-ed-din ſcilicet, Conſtantinopolin auffugeret, ſufficiebant Tatari alterum, Rocn-ed-dinum, Romaniae dominum, ſed nomine tenus. Ipſi enim

والحاكم البرواناه معين الدين سليمان ، والبرواناه لغبة وهو اسم الحاجب بالعجمي ، ثم ان البرواناه قتل ركن الدين واقام في الملك ولدا له صغيرا *

وفيها كانت المراسلة بين الصالح ايوب صاحب مصر والصالح اسماعيل صاحب دمشق في الصلح وان يطلق الصالح اسماعيل المغيث فتح الدين عمر بن الملك الصالح ايوب وحسام الدين ابن ابي علي الهذباني ، وكانا معتقلين عند الملك الصالح اسماعيل ، فاطلق حسام الدين ابن ابي علي وجهّزه الي مصر واستمرّ الملك المغيث ابن الصالح ايوب في الاعتقال واتفق الصالح اسماعيل مع الناصر داود صاحب الكرك واعتضدا بالفرنج وسلّما اليهم ايضا *i* القدس بما فيه من المزارات ، قال القاضي جمال الدين بن واصل وصرت اذ ذاك بالقدس متوجّها الي مصر ورايت القسوس وقد جعلوا علي الصخرة قناني الخمر للقربان *

ثم دخلت سنة اثنين واربعين وستماية ، ذكر المصاف الذي كان بين عسكر مصر ومعهم الخوارزمية وعسكر دمشق ومعهم الفرنج وصاحب حمص ، في هذه السنة وصلت الخوارزمية الي غزة باستدعاء الملك الصالح ايوب لنصرته علي عمه الصالح اسماعيل وكان مسيرهم علي حارم والروج الي *k* اطراف بلاد دمشق حتي وصلوا الي غزة ووصل اليهم عدّة كثيرة من العساكر المصرية مع ركن الدين بيبرس مملوك الملك الصالح ايوب ،

وكان

i) ايضا Sufpicionem facit lacunae.

k) الي Forte علي

valebant et agebant omnia pro arbitrio, ſub conductione Hakemi [ſeu Commendantis] Barvana Moin-ed-dini Solaimani. Barvana titulus officii eſt, et vox Perſica, tantundem notans atque vox Arabica Hageb [cubicularius, ianitor (322)]. Tempore poſt tollebat hic Barvana iſtum Rocn-ed-dinum, eique filium ipſius parvulum ſubrogabat, et tandem prorſus exſtinguebat etiam horum Selgukidarum in Romania poteſtatem, poſtquam altera illa huius gentis propago, quae in Perſide dominabatur, iamdudum deſierat. Sed de his poſtea ſuo loco dicetur.

Eodem agitabatur compoſitionis negotium inter Malec es-Salehum Eiubum, Miſrae, et Malec es-Salehum Iſmaëlem, Damaſci, dominos. Poſtulabat ille ab hoc filium ſuum, Malec el-Mogitum Fath-ed-dinum et Huſam-ed-dinum, filium Abu-Alii, Hodbanenſem, libertati ſibique reddi. Poſteriorem quidem remittebat Iſmaëll Eiubo Miſram; at non item huius filius. Idem porro foedus inibat cum Naſero Davudo, Carakae domino, et Francorum ambo ſe muniebant viribus et amicitia, quibus commune de conſilio Hieroſolymam, cum omnibus locis, quae ibi religioſe coluntur et frequentantur a peregrinis, ne fano quidem petrae excepto, permittebant. Tunc, ait Gemal-ed-din Ibn-Vaſel, tranſibam ego, Miſram e Syria petens, per Hieroſolymam, et devotione mea defungebar apud Cobbat es-Sachra [ſeu fanum petrae] et videbam ſacerdotes Chriſtianorum lagenas vino plenas iſti venerandae petrae impoſuiſſe, quod nempe ad ſuum Corban [vel oblationem, aut euchariſtiam] adhibebant. (323)

Anno DCXLII [qui die 8 Iun. A. C. 1244 coepit] erumpebat in apertum bellum ſimultas, quae ambo Salehos, Miſrenſem et Damaſcenum, hactenus dirimerat. Conſcribebant ambo undique copias. Chovarezmici a Miſrenſe, ſuo quondam hero, ex oriente arceſſiti, tendebant per Harem, Rug, et extremas oras territorii Damaſceni Gazam; ubi ſe ipſis copiae Miſrenſes adiungebant, a Rocn-ed-dino Bibarſo adductae, mamluco quodam Eiubi,

وكان من اكبر مماليكه وهو الذي دخل معه الحبس لما حبس في الكرك ، وارسل الملك الصالح اسماعيل عسكر دمشق مع الملك المنصور ابراهيم بن شيركوه صاحب حمص جريدة ودخل عكا واستدعي الفرنج علي ما كان قد وقع عليه اتفاقهم ووعدهم بجزء من بلاد مصر ، فخرجت الفرنج بالفارس والراجل ، واجتمعوا ايضا بصاحب حمص عسكر دمشق والكرك ولم يحضر الناصر داود ذلك ، والتقي الفريقان بظاهر غزة ، فولي عسكر دمشق وصاحب حمص ابراهيم والفرنج منهزمين وتبعهم عسكر مصر والخوارزمية فقتلوا منهم خلقا عظيما ، واستولي الملك الصالح ايوب علي غزة والسواحل والقدس ووصلت الاسري والروس الي مصر ودقت بها البشاير عدة ايام ، ثم ارسل الملك الصالح صاحب مصر باقي عسكر مصر مع معين الدين ابن الشيخ واجتمع اليه من بالشام من عسكر مصر والخوارزمية وساروا الي دمشق وحاصروها وبها صاحبها الملك الصالح اسماعيل وابراهيم بن شيركوه صاحب حمص ، وخرجت هذه السنة وهم محاصروها *

ذكر وفاة صاحب حماة ، وفي هذه السنة توفي جدّي الملك المظفر صاحب حماة تقي الدين محمود بن الملك المنصور ناصر الدين محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب يوم السبت ثامن جمادي الاولي من هذه السنة (اعني سنة اثنين واربعين وستماية) ، وكانت مدة مملكته لحماة خمس عشرة سنة وسبعة اشهر وعشرة ايام كان منها مريضا بالفالج سنتين وتسعة اشهر واياما ، وكانت وفاته وهو مفلوج بحمّي حادّة عرضت له ، وكان عمره ثلثا واربعين سنة ، لان مولده سنة تسع وتسعين وخمسماية ،

وكان

et facile ceterorum collegarum maximo, eodem illo, qui cum ipſo cuſtodiam Carakenſem toleraverat. Ex altera vero parte mittebat Saleh Iſmaël Damaſcenas copias cum Malec el-Manſuro Ibrahimo, filio Schircuhi, Emeſſae domino, eiusque uno et altero manipulo, Ptolemaidem, quo Francos excitabat ad opem ex pacto et condicto ferendam; quibus etiam, quo alacriores eſſent, partem quandam Aegypti, poſtquam ſubacta fuerit, pollicebatur. Hi ergo pedites equitesque accurrebant. Accedebant praeterea copiae Carakenſes, absque domino tamen. Coactis itaque partibus pugna committebatur in agro Gazaeo. Sed protinus (324) in fugam ruebant Damaſceni cum ſociis, tergoraque caedenda praebebant Aegyptiis et Chovarezmicis, profecto non parcentibus. Captivi cum caeſorum capitibus Miſram venientes tantum excitabant gaudium, ut aliquot per dies eius ſigna tubis tympaniſque proderentur. Sic non Gaza tantum, ſed etiam tota Palaeſtina cum Hieroſolyma, potiebatur Saleh Eiub, qui porro Miſrenſes reliquas copias in Syriam ſuperioribus ibi iam agentibus et Chovarezmicis ſubmittebat, cum duce Moïn-ed-dino filio Schaichi; cum quo coniuncti ceteri omnes Eiubici porro adverſus Damaſcum procedebant, et obſidionem cum urbis, tum in ea Damaſceni atque Emeſſeni, usque ultra fines huius anni producebant.

Eodem obibat avus meus, Hamatae dominus, Malec el-Modaffar Taki-ed-din Mahmud, filius Malec el-Manſuri Naſer-ed-dini Muhammedis, filii Malec el-Modaffari Taki-ed-dini Omari, filii Schahinſchahi, f. Eiubi, die Sabbati, octavo quinti menſis, poſtquam quindecim annos, ſeptemque menſes et decem dies Hamatae praefuiſſet, de quibus biennium cum novem menſibus et aliquot diebus aeger ex nervorum reſolutione transegit. Cui morbo accedens acuta febris ipſum exſtinguebat anno aetatis XLIII; natus enim anno DXCIX fuerat. Erat vir alacer, fortis, ſagax, acer ingenio, amabat homines eruditos et elegantes.

 Inter

وكان شهما شجاعا فطنا ذكيا ، وكان يحبّ اهل الفضايل والعلوم ، استخدم الشيخ علم الدين قيصر المعروف بتعاسيف *l* ، وكان مهندسا فاضلا في العلوم الرياضية ، فبني للملك المظفر المذكور ابراجا بحماة وطاحونا علي النهر العاصي ، وعمل كرة من الخشب مذهوبة رسم فيها جميع الكواكب المرصودة وعملت هذه الكرة بحماة ، قال القاضي جمال الدين بن واصل وساعدت الشيخ علم الدين علي عملها وكان الملك المظفر يحضر ونحن نرسمها ويسالنا عن مواضع دقيقة فيها ، ولما مات الملك المظفر صاحب حماة ملك بعده ولده الملك المنصور محمد بن الملك المظفر محمود المذكور وعمره حينيذ عشر سنين وشهر واحد وثلثة عشر يوما ، والقايم بتدبير المملكة سيف الدين طغريل مملوك الملك المظفر وشاركه الشيخ شرف الدين عبد العزيز بن محمد المعروف بشيخ الشيوخ والطواشي مرشد والوزير بهاء بن التاج ، ومرجع الجميع الي والدة المنصور غازية خاتون بنت الملك الكامل *

وفيها بلغ الملك الصالح ايوب وفاة ابنه الملك المغيث فتح الدين عمر في حبس الصالح اسماعيل صاحب دمشق ، فاشتدّ حزن الصالح ايوب عليه وحنقه علي الصالح اسماعيل *

وفيها توفي الملك المظفر شهاب الدين غازي بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب صاحب ميافارقين ، واستقر بعده في الملك ولده الملك الكامل ناصر الدين محمد بن غازي *

وفيها سيّر من حماة الشيخ تاج الدين احمد بن محمد بن ناصر الله المعروف بينه ببني المغيزك *m* رسولا الي الخليفة ببغداد وصحبته تقدمة من السلطان الملك المنصور صاحب حماة *

وفيها

Inter ceteros operibus ſuis exſequendis adhibebat Schaichum Alm-ed-dinum Kaiſarum, vulgo Taaſiſum dictum, geometram, in mathematicis exercitatiſſimum, qui plures ipſi turres Hamatae condidit, et molam frumentariam ad Orontem, et ſphaeram ligneam inauratam, in qua ſtellas omnes, quae aut ſolent, aut poſſunt, obſervari, deſignaverat. Ego, ait Cadi Gemal-ed-din Ibn-Vaſel, ſolebam ipſum in ea fabricanda adiuvare, coram Malec el-Modaffaro, qui nos ſtellarum loca deſignantes identidem de minutis hinc illinc locis interrogabat. Haec ille. Succedebat Malec el-Manſur, filius, puer decennis, et quod excedit unius menſis atque tredecim dierum ſpatium, ſub moderamine paterni mamluki, Saif-ed-dini Togrili, cui collegae appoſiti erant Schaich Scharf-ed-din Abd-el-Aziz, filius Muhammedis, vulgo ſub nomine Schaich es-Schoiuch [ſeu ſupremi Schaichi] notus; item Tavaſch [vel eunuchus] Morſched, et Vezir Baha [vel Baha-ed-din] Ibn-et-Tagi [vel Tag-ed-dini]. Res tamen omnes ad Manſuri matrem, Gaziia Chatunam, redibant, filiam Malec el-Cameli.

Eodem accipiebat Malec es-Saleh Eiub de filii ſui, Malec el-Mogit Fath-ed-dini Omari obitu nuncium. Obierat in carcere Damaſceni. Qui nuncius, ut maximum in patris animo dolorem excitabat, ſic augebat eius odium adverſus Damaſcenum.

Eodem obiit Malec el-Modaffar Schahab-ed-din Gazi, filius Malec el-Adeli, filii Eiubi, dominus Maiiafarekinae. Succedebat ipſi filius Malec el-Camel Naſer-ed-din Muhammed.

Eodem ibat Hamata Bagdadum Schaich Tag-ed-din Ahmed, filius Muhammedis, filii Naſrallae, de familia quae vulgo Banu [ſeu liberi] Mogairek appellari ſolet, legatus a Sultano Malec el-Manſuro, Hamatae domino, ad Chalifam (325), cum ſplendidis muneribus.

Qui

وفيها توفي القاضي شهاب الدين ابراهيم بن عبد الله بن عبد المنعم بن علي بن محمد الشافعي عرف بابن ابي الدم قاضي حماة ، وكان قد توجّه في الرسيلة الي بغداد فمرض في المعرة وعاد الي حماة مريضا فتوفي بها ، وهو الذي الّف التاريخ الكبير المظفري وغيره ☼

ثم دخلت سنة ثلث واربعين وستماية ، فيها سيّر الملك الصالح اسماعيل وزيره امين الدولة الذي كان سامريا واسلم الي العراق مستشفعا بالخليفة ليصلح بينه وبين ابن اخيه ، فلم يجب الخليفة الي ذلك ، وكان امين الدولة غالبا علي الملك الصالح اسماعيل بحيث لا يخرج عن رايه ☼

ذكر استيلاء الملك الصالح ايوب علي دمشق ، وفيها تسلّم عسكر الملك الصالح ايوب ومقدّمهم معين الدين ابن الشيخ دمشق من الصالح اسماعيل بن الملك العادل ، وكان محصورا معه بدمشق صاحب حمص ابراهيم بن شيركوه ، فتسلّم دمشق علي ان يستقرّ بيد الصالح اسماعيل بعلبك وبصري والسواد ويستقر بيد صاحب حمص حمص وما هو مضاف اليها ، فاجابهما معين الدين ابن الشيخ الي ذلك ، ووصل الي دمشق حسام الدين ابن ابي علي بمن كان معه من العسكر المصري ، واتفق بعد تسليم دمشق ان معين الدين ابن الشيخ مرض وتوفي بها ،

وبقي

l) بتعاسيف Num rectum?

m) المغيرك Cod. Leid. المغيرل

Qui prius huic legationi deſtinatus eamque iam ingreſſus fuerat, Cadi [Hamatenus nempe] Schahab-ed-din Ibrahim, filius Abdallae, filii Abd el-Monemi, filii Alii, filii Muhammedis, Schafiita, vulgo ſub nomine Ibn-Abu'd Dammi notior, auctor illius magni operis hiſtorici, quod Modaffaricum (326) de principe dicitur, cui inſcriptum eſt, illo ſcilicet Malec el-Modaffaro, quem paullo ante laudavimus, et aliorum praeter id: is, inquam correptus morbo apud Maarram, inde domum redire coactus fuerat, et obierat hoc ipſo anno.

Anno DCXLIII [qui die 28 Maii A. C. 1245 coepit] mittebat Malec es-Saleh Iſmael, Damaſcenus, Vezirum ſuum, Amin-ed-daulam, qui olim Samaritanus fuerat, deinde vero tranſierat ad Iſlamiſmum, et tantam adeptus fuerat auctoritatem in herum, ut huic non liceret ab eius conſilio ulla in re deſciſcere; hunc hominem mittebat Iſmael ad Chalifam, rogatum, velit interponendo ſua ſtudia et maieſtatem efficere, ut ſibi cum nepote ſuo, Eiubo Miſrenſe, pax et amicitia coëat. Sed Chalifa nolebat ſe rebus iſtis immiſcere. Neceſſe igitur erat Damaſceno conditionibus, non quibus optabat, ſed quibus poterat, iniquis etiamſi, tranſigere. Coaleſcebat pax in hunc modum. Offerebat Iſmaël Eiubi copiis earumque duci Moïn-ed-dino, filio Schaichi, Damaſcum, et reſervabat ſibi, quae iam antea poſſederat, Balabacum, Boſram et Savad [Syriaca nempe]. Pariter retinere cupiebat Emeſſam ſuam Malec el-Manſur Ibrahim, Schircuhi filius, qui cum Damaſceno, ut ſuperiorem belli fortunam, ſic et hanc ſuſtinuerat obſidionem. Salamia tamen excidebat, per legatos Malec el-Manſuri Hamateni, qui eam ſtatim a Damaſci deditione, recuperabant, et quo pertinuerat olim, eodem reducebant. Sed redeamus ad conditiones ab obſeſſis propoſitas. Vt itaque Moïn-ed-din Ibn-es-Schaich ſubſcripſerat ſupra ſcriptis conditionibus, ibat Huſam-ed-din Ibn-Abu-Ali cum ſuis Miſrenſibus urbem occupatum; qui, quum paullo poſt Moïn-ed-dino contingeret

وبقي حسام الدين ابن ابي علي نايبا بدمشق للملك الصالح
ايوب ، ثم ان الخوارزمية خرجوا عن طاعة الملك الصالح ايوب ،
فانهم كانوا يعتقدون انهم ان اكسروا الصالح اسماعيل وفتحوا
دمشق يحصل لهم من البلاد والاقطاعات ما يرضي خاطرهم ، فلما
لم يحصل لهم ذلك خرجوا عن طاعة الملك الصالح ايوب وصاروا
الي الملك الصالح اسماعيل ، وانضمّ اليهم الملك الناصر داود صاحب
الكرك وساروا الي دمشق وحصروها ، وغلت بها الاقوات وقاسي
اهلها شدة عظيمة لم يسمع بمثلها ، وقام حسام الدين بن ابي علي
الهذباني في حفظ دمشق اتمّ قيام ، وخرجت هذه السنة
والامر علي ذلك *

وفيها قصدت التتر بغداد ، فخرجت عساكر بغداد للقايهم ،
ولم يكن للتتر بهم طاقة ، فولّوا التتر منهزمين علي اعقابهم * *n*

وفيها توفيت ربيعة خاتون بنت ايوب اخت السلطان صلاح
الدين بدمشق بدار العقيقي ، وكانت قد جاوزت ثمانين سنة ،
وبنت مدرسة الحنابلة بجبل الصالحية *

وفيها توفي الشيخ تقي الدين عثمان بن عبد الرحمان بن
عثمان بن الصلاح الفقيه المحدّث *

وفيها توفي علم الدين علي بن محمد بن عبد الصمد السخاوي
وشرح قصيدة الشاطبي في القرات وشرح المفصّل للزمخشري وسمّي شرحه
المفضل في شرح المفصل ، وله مجموع سماه سفر السعادة وسفير الافادة
ذكر

n) Totus hic articulus in margine codicis fcriptus erat, unde factum ut علي اعقابهم et ولم praefecta fuerint bibliopegi cultro.

ex morbo diem ſuum ſupremum obire, ſolus itaque Locumtenens Eiubi apud Damaſcum reſtitabat. Et huius viri certe praeſentia maxime opus erat Damaſco, quae paullo poſt, hoc ipſo anno, ad ſummum diſcrimen, ne novo domino rurſus periret, recidebat, Chovarezmicorum maxime culpa, qui, poſt contuſum opera ſua Iſmaëlem ſubactamque Damaſcum, luculentas et aviditati ſuae ſufficientes acceſſiones ad ſtipendia, urbes et fundos, ſpe praeceperant. Ea vero quum intelligerent ſe falſos fuiſſe, deſerebant Eiubum (327), et transibant ad eius hoſtem et patruum, Iſmaëlem. Quibus quum acceſſiſſet quoque Carakae dominus, Malec en-Naſer Davud, ibant, mutata vice, ipſi Damaſcum obſeſſum, tantaeque implicabant oppidanos annonae et rerum omnium inopiae, et aerumnis tantis, quantae vix alibi cognitae fuerunt. Quas tamen animoſe pertulit ultra finem huius anni Huſam-ed-din, curavitque ne hero detrimentum accederet, donec ex inſperato contingeret id, quod ad proximum annum dicemus.

Eodem impetebant Tatari Bagdadum. Praeſidia vero foras egreſſa retundebant eos, ut, qua venerant, via rurſus abirent.

Eodem obiit Rabia Chatun, filia Eiubi, ſoror Sultani Salah-ed-dini, Damaſci, in ea domo, quae vulgo Dar-el-Akiki appellatur, plus octogenaria. Condidit collegium Hanbaliticis in Gabal es-Salehiiat. (328)

Eodem obiit Schaich Taki-ed-din Otman, filius Abd-er-Rahmani, filii Otmani, Ibn es-Sallah, fakihus, traditionarius. (329)

Eodem obiit Alm-ed-din Ali, filius Muhammedis, filii Abd-es-Samadi, Sachavenſis, auctor commentarii in carmen Schatibenſis (330) de lectionibus Corani, item alterius in Mofaſſalum Zamachſcharii, quod ſuum opus inſcripſit Mofaddal fi Scharh el-Mofaſſal. Conſarcinavit etiam Magmu [ſeu Collectionem, Adverſaria] ſub titulo Safr es-Saadat va Safir el-Ifadat [iter

 felici-

نكر فيه مسايل مشكلة في النحو وعدّة من ابيات المعاني ولغة عربية *

وفيها لما تسلّم دمشق الملك الصالح ايوب تسلمت نواب الملك المنصور صاحب حماة سلمية وانتزعوها من صاحب حمص واستقرّت سلمية في هذه السنة في ملك المنصور صاحب حماة *

translation three lines c. 481

وفيها توفي الشيخ موفّق الدين ابو البقاء يعيش بن محمد بن علي الموصلي الاصل الحلبي المولد والمنشي النحوي يعرف بابن الصايغ o، وكان ظريفا حسن المحاضرة، شرح المفصل شرحا مستوفيا ليس في الشروح مثله، وله غير ذلك، وولد في رمضان سنة ثلث وخمسين وخمسماية بحلب وتوفي بها في التاريخ المذكور ودفن بالمقام *

ثم دخلت سنة اربع واربعين وستماية، ذكر كسرة الخوارزمية علي القصب واستيلاء الصالح ايوب علي بعلبك، كنّا قد ذكرنا اتفاق الخوارزمية مع الصالح اسماعيل والناصر داود محاصرتهم دمشق وبها حسام الدين ابن ابي علي، ولما وقع ذلك اتفق الحلبيون والملك المنصور ابراهيم صاحب حمص وساروا مع الملك الصالح ايوب بن الملك الكامل وقصدوا الخوارزمية، فرحلت الخوارزمية عن دمشق وساروا الي نحو الحلبيين وصاحب حمص، والتقوا علي القصب في p هذه السنة، فانهزمت الخوارزمية هزيمة قبيحة تشتّت شملهم بعدها وقتل مقدّمهم حسام الدين بركة خان وحمل راسه الي حلب، ومضت طايفة من الخوارزمية مع مقدمهم كشلوخان الخوارزمي فلحقوا

o) الصايغ C. L. الصانع

p) Forte deest dies proelii.

felicitatis et proxeneta commodi]; quem multis difficilibus quaestionibus grammaticis, ut et verſiculis idearum elegantium plenis et elocutionibus Arabicis rarioribus referſit.

Eodem obibat Schaich Movaffac-ed-din Abu'l-Baca Iaïſch, filius Muhammedis, filii Alii, Mauſelenſis, ſi paternam ſpectes et avitam originem, ſed, ſi nativitatem atque educationem, Ḥalebenſis, grammaticus, vulgo Ibn-es-Saieg (331) [ſeu filius aurifabri] dictus, vir elegans forma et moribus atque conſuetudine, auctor commentarii in eundem, quem modo commemorabamus, Zamachſcharii librum grammaticum Mofaſſalum, ſed illius tam numeris omnibus abſoluti, ut ei ſimilis alter in alium auctorem non proſtet. Praeter hunc alios quoque libros edidit. Natus fuerat anni DLIII menſe nono Halebi, ubi etiam obiit hoc anno, et ſepultus fuit in Macamo.*

Anno DCXLIV [qui die 18 Maii A.C. 1246 coepit] fracti ſunt Chovarezmici apud Caſab [ſeu arundinetum], et Eiub potitus eſt Balabaco. Dicebamus nempe ſuperius Chovarezmicos, Eiubo dêſerto, ad eius hoſtem Iſmaëlem, Balabaki dominum, huiusque foederatum, Naſerum Davudum, tranſiiſſe, atque cum horum copiis Damaſcum obſediſſe. Id videntes Halebenſes, et Emeſſenus, Iſmaëlis quondam amici, iam praeferebant partes Eiubi, odio maxime Chovarezmicorum, a quibus olim acceptas iniurias et damna quamvis ulti iam ſatis ſuperque fuiſſent, nolebant tamen hanc ulterius proſequendae vindictae oportunitatem praetermittere. Itaque procedebant adverſus eos et Damaſcum. Hi contra, miſſa Damaſco, adverſus illos educebant, et concurrebant apud Caſab, ſed, poſt caeſum ducem ſuum, Huſam-eddinum Barca Chânum (332), cuius caput Halebum tanquam in triumpho deportatum fuit, foedam in fugam coniecti et quaquaverſum diſſipati ſunt. Pars enim eorum aliqua, cum duce, Caſchluchano, ſe Tataris adiungebat; avulſa ab his alia in Syria,

 reſti-

* Nomen coemeterii Halebenſis.

فلحقوا بالتتر وصاروا معهم ، وانقطعت منهم جماعة وتفرّقوا في الشام وخدموا به ، فكفي الله الناس شرّهم ، ولما وصل خبر كسرتهم الي الملك الصالح ايوب بديار مصر فرح فرحا عظيما ودقّت البشاير بمصر وزال ما كان عنده من الغيظ علي ابراهيم صاحب حمص وحصل بينهم التصافي بسبب ذلك ، واما الصالح اسماعيل فانه سار الي الملك الناصر يوسف صاحب حلب واستجار به ، فارسل الصالح ايوب يطلبه ، فلم يسلمه الملك الناصر اليه ، ولما جري ذلك رحل حسام الدين بن ابي علي الهذباني بمن عنده من العسكر بدمشق ونازل بعلبك وبها اولاد الصالح اسماعيل وحصرها وتسلّمها بالامان وحمل اولاد الصالح اسماعيل الي الصالح ايوب بديار مصر ، فاعتقلوا هناك ، وكذلك بعث بامين الدولة وزير الملك الصالح اسماعيل واستاذ داره ناصر الدين يغمور ، فاعتقلا بمصر ايضا ، فزيّنت القاهرة ومصر ودقّت البشاير بهما لفتح بعلبك ، واتفق بهذه الايام وفاة صاحب عجلون وهو سيف الدين قليج ، فتسلّم الملك الصالح ايوب عجلون ايضا ، ولما جري ما ذكرناه ارسل الملك الصالح ايوب عسكرا مع الامير فخر الدين يوسف بن الشيخ ، وكان فخر الدين قد اعتقله الملك العادل بن الملك الكامل ، ثم لما ملك الصالح ايوب مصر افرج عنه وامره بملازمة بيته ، فلازمه مدة

ثم

reſtitans variorum ibi principum tranſibat in ſtipendia. Et ſic comprimebat deus hanc terrarum peſtem, ne latius ſerperet, ſolidumque ſuggerebat Eiubo gaudium, qui, ut hac de clade Chovarezmicorum comperiit, publica iubebat Miſrae ſigna laetitiae prodi; odiumque et malevolentiam adverſus Emeſſenum, quibus hactenus turgebat eius pectus, extergebat, ſinceraque permutabat amicitia, quae deinceps ambos iunxit, et cuius ſemina Emeſſenus tam praeclaro beneficio ſparſerat. Detracto itaque ſibi hoc, quo maxime confidebat Iſmaël, praeſidio, Chovarezmicis puta, quum ſe porro ſuſtinendo Eiubo cerneret imparem eſſe, confugiebat ad Halebenſem, Malec en-Naſerum Ioſefum, eiusque ſub protectionem ſe recipiebat. Et ſane negabat eum Iuſef Eiubo depoſcenti tradere. Nihilominus tamen excidebat Iſmaël provinciis, et opibus, et cariſſimis ſuis. Nam qui duram hactenus ab ipſo Damaſci toleraverat obſidionem, Huſam-ed-din Ibn-Abu-Ali Hodbanenſis, recuperata libertate viarum, impetebat cum Damaſcenis ſuis copiis Balabakum; et accipiebat eandem, poſt admotam aliqualem vim, in deditionem, et in poteſtatem, qui tum intus agebant, Iſmaëlis liberos, et maiorem domus, Naſer-ed-dinum Iagmurum, et Vezirum, Amin-ed-daulam illum, olim Samaritanum; quos omnes Eiubo mittebat Miſram; quae urbs cum vicina Cahera ob eventus tam ſecundos publicam teſtabatur laetitiam, ornatu illuſtrata panegyrico, laetoque reſonans tympanorum clamore. Captivi autem Miſrae in cuſtodia deponebantur, luebantque patris et heri ſui, quam ſupra notavimus, inhumanitatem et in ſecundis rebus inſolentiam. Is enim Eiubi nactus filium paſſus fuerat in carcere perire; hunc autem ipſum Huſam-ed-dinum, cui poenas iam dabat, vix dimiſerat precibus expugnatus. Praeter Balabacam accedebat Eiubo hoc anno quoque arx Eglun, per obitum Saif-ed-dini Kiligi, qui eam hactenus tenuerat.

Iam

ثم قدّمه في هذه السنة علي العسكر وجهّزه الي حرب الملك الناصر داود صاحب الكرك ، فسار فخر الدين المذكور واستولي علي جميع بلاد الملك الناصر وولّي عليها وسار الي الكرك وحاصرها وخرّب ضياعها ، وضعف الملك الناصر ضعفا بالغا ولم يبق بيده غير الكرك وحدها *

وفيها حبس الملك الصالح ايوب مملوكه بيبرس ، وهو الذي كان معه لما اعتقل في الكرك ، وسببه ان بيبرس المذكور مال الي الخوارزمية والي الناصر داود وصار معهم علي استاذه لما جرّده الي غزة كما تقدم ذكره ، فارسل استاذه الصالح ايوب واستماله ، فوصل اليه ، فاعتقله في هذه السنة ، وكان اخر العهد به *

وفيها ارسل الملك المنصور ابراهيم صاحب حمص بن شيركوه وطلب دستورا من الملك الصالح ايوب ليصل الي بابه وينتظم في سلك خدمته ، وكان قد حصل بابراهيم المذكور السلّ ، وسار علي تلك الحالة من حمص متوجها الي الديار المصرية ووصل الي دمشق فقوي به المرض فتوفي في دمشق ، فنقل الي حمص ودفن بها ، وملك بعده ابنه الملك الاشرف مظفر الدين موسي بن الملك المنصور ابراهيم المذكور *

وفيها

Iam ſupererat adhuc debellandus Malec en-Naſer Davud, Carakae dominus. Cuius rei curam Eiub Emiro Fachr-ed-dino Ioſefo, filio Schaichi, demandabat; illi, quem antea quidem Eiubi frater, Malec el-Adel, in cuſtodiam dederat; Eiub autem, Aegypto potitus liberabat, ſic tamen ut illum domi ſuae contineri iuberet. Cui mandato quum paruiſſet Fachr-ed-din aliquamdiu, tandem illum Eiub hoc anno expediebat imperatorem cum exercitu adverſus Naſerum. Huius itaque terras occupabat, et praefectis quasque ſuis commendabat omnes, praeter unam Caracam; quam obſeſſum ibat, et quamvis non expugnaret, ſummas tamen ad anguſtias, et Davudum ad ultimum adigebat languorem, ſubiectum omnem agrum devaſtando.

Eodem dabat Eiub in carcerem mamlucum ſuum, Rocn-ed-dinum Bibarſum, illum, qui ſe, quod ſupra iam diximus, ipſi ſocium captivitatis in arce Carakena praeſtiterat, paene ſolus de tanta Mamlucorum turba, qui omnes in illa memorabile Neapolitana clade ſeiuncti ab hero fuerant. Tempore autem poſt demutabat Bibars ab illa fidei conſtantia, et miſſus ab hero cum parte copiarum Gazam, qua de expeditione ſuperiora docent, deſerebat ipſum una cum Chovarezmicis, et Davudo ſe adiungebat. Norat tamen Eiub eum aliquanto poſt inde blandis verbis et ſplendidis pollicitationibus abſtrahere atque Miſram pellicere; ubi eum ſecurum opprimebat hoc anno, et deportabat aliquo, unde nunquam rurſus cuiquam in conſpectum venit.

Eodem rogabat Malec el-Manſur Ibrahim, Emeſſae dominus, a Malec es-Saleh Eiubo per litteras et legatos veniam in eius aulam veniendi, cultumque ſuum ipſi coram exhibendi, ſiloque ceterorum eius procerum ſeſe inſerendi; eaque impetrata dabat ſe in viam verſus Aegyptum. Sed ut Damaſcum venerat exſtinguebat ipſum phthiſis, iamdudum ipſi domeſtica et familiaris. Itaque relatum Emeſſam cadaver et ibi ſepultum fuit. Succedebat filius, Malec el-Aſchraf Modaffar-ed-din Muſa.

وفيها بعد فتوح دمشق وبعلبك استدعي الملك الصالح ايوب حسام الدين بن ابي علي الي مصر وارسل موضعه نايبا بدمشق الامير جمال الدين بن مطروح، ولما وصل حسام الدين بن ابي علي الي مصر استنابه الملك الصالح بها وسار الملك الصالح ايوب الي دمشق، ووصل الي خدمة الملك الصالح ايوب بدمشق الملك المنصور محمد صاحب حماة والملك الاشرف صاحب حمص، فاكرمهما وقربهما ثم عطاهما الدستور، فعادا الي بلادهما، واستمر الملك الصالح بالشام حتي خرجت هذه السنة ☼

وفيها توفي عماد الدين داود بن موشك بالكرك وكان جامعا لمكارم الاخلاق ☼

ثم دخلت سنة خمس واربعين وستماية، وفيها فتح فخر الدين ابن الشيخ قلعتي عسقلان وطبرية والملك الصالح بالشام بعد محاصرتهما مدة، وكنا قد ذكرنا تسليمهما الي الفرنج في سنة احدي واربعين وستماية فعمروهما واستمرتا في ايدي الفرنج حتي فتحتا في هذه السنة ☼

وفيها سلم الاشرف صاحب حمص شميميس q الي الملك الصالح ايوب، فعظم ذلك علي الحلبيين لئلا يحصل الطمع للملك الصالح في ملك باقي الشام ☼

وفيها توفي الملك العادل ابو بكر بن السلطان الملك الكامل بالحبس، وامه الست السودا تعرف ببنت الفقيه نصر، وانما كان مسجونا من حين قبض عليه ببلبيس الي هذه السنة، فكان مدة مقامه بالسجن نحو ثمان سنين، وكان عمره نحو ثلثين سنة، وخلف ولدا صغيرا وهو الملك المغيث فتح الدين عمر وهو الذي ملك الكرك فيما بعد ثم قتله الملك الطاهر بيبرس علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ☼

وفيها

Eodem evocabat Eiub e Syria Mifram, illum, qui Damafcum ipfi atque Balabacum acquifiverat, Hufam-ed-dinum, filium Abu-Alii, eiusque loco mittebat Damafcum gubernatorem Emirum Gemal-ed-dinum filium Matruhi; Hufam-ed-dinum autem, ut advenerat, conftituebat Naïebum [feu Locumtenentem] fuum per abfentiam fuam e regno. (333) Eiub enim Damafcum petebat, ubi fe ipfi cultumque honoris exhibebat Malec el-Manfur Muhammed, Hamatae dominus, et Emeffenus, Malec el-Afchraf: quos ambos Eiub honorifice acceptos in pretio et amore et prope a fe habebat; deinde venia donabat abeundi, ipfe in Syria manens usque ad anni finem.

Eodem obiit apud Caracam Emad-ed-din Davud Ibn-Mufchek, vir morum elegantia et nobilitate confpicuus.

Anno DCLXV [qui die 5 Maii A. C. 1247 coepit] eripiebat Fachr-ed din Ibn-es-Schaich Francis utramque arcem, Afcalonenfem et Tiberiadenam, Eiubo adhuc in Syria haerente, poft aliqualem obfidionem, quas arces quomodo adepti fuerint, ad annum DCXLI diximus. (334)

Eodem tradebat Afchraf Emeffenus Eiubo Schamimifchum; quod Halebenfes aegerrime tulerunt factum, veriti, ne fic Eiubo faliva moveretur etiam reliquae Syriae auferendae.

Eodem obiit (335) Malec el-Adel Abu-Becr, filius Malec el-Cameli ex Sitt es-Sauda [feu domina nigra], alias vulgo filia Fakihi Nafri dicta, aetatis anno fere trigefimo, in carcere, quem per octo fere annos incoluerat, ex quo nempe Belbaifae comprehenfus a fuis ipfe fuerat ducibus, ut fupra narravimus. Relinquebat filium parvulum, Malec el-Mogitum Fath-ed-dinum Omarum, qui poftea tenuit Caracam, et peremtus fuit a Malec ed-Dahero Bibarfo, ut infra exponemus.

Eodem petebant Tavafchi Morfched Manfuricus, et Mogahed-ed-din Emir Gandar, Halebo Gazia Chatunam, filiam Malec el-Azizi, filii Malec ed-Daheri, dominorum Halebi; et

وفيها توجه الطواشي مرشد المنصوري ومجاهد الدين امير جندار من حماة الي حلب واحضروا بنت الملك العزيز بن الملك الظاهر صاحب حلب وهي عايشة خاتون بنت الملك الكامل بن الملك العادل، ووصلت الي حماة في العشر الاوسط من رمضان من هذه السنة (اعني سنة خمس واربعين وستماية) ووصلت في تجمّل عظيم واحتفل للقايها بحماة احتفالا عظيما *

وفيها توفي علاء الدين قرا سنقر الساقي العادلي احد مماليك الملك العادل بن ايوب، وصارت مماليكه بالولاء للملك الصالح، ومنهم سيف الدين قلاوون الصالحي الذي صار له ملك مصر والشام علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

وفيها توفي عمر بن محمد المعروف بالشلوبيني باشبيلية وكان فاضلا اماما في النحو شرح الجزولية r وصنف في النحو غير ذلك، وكان فيه مع هذه الفضيلة التامّة بله وغفلة، وكنيته ابو علي، والشلوبيني نسبة الي شلوبين وهي حصن منيع من حصون الاندلس من معاملة سواحل غرناطة علي بحر الروم منه عمر الشلوبيني المذكور، هذا ما نصّ عليه ابن سعيد المغربي في كتابه الكبير المسمي بالمغرب في اخبار المغرب في المجلدة الخامسة عشر بعد ذكر غرناطة، قال وقد وصف حصن شلوبين المذكور ومنه الشيخ ابو علي عمر الشلوبيني، قال وقرات عليه النحو وكان امام نحاة اهل المغرب فكان في طبقة ابي علي الفارسي * ومن هنا يتحقق ان الذي نقله القاضي شمس الدين بن خلكان ومن تابعه ان الشلوبيني هو الابيض الاشقر بلغة اهل الاندلس وهم محض لعدم وقوفهم علي كتاب المغرب في حلي اهل المغرب المذكور *

ثم

Gazia Chatunae, filiae Malec el-Cameli, filii Adeli. Veniebat haec ſponſa Hamatam in media dierum noni menſis decuria, maxima cum pompa; neque minus ſplendida panegyri excipiebatur ab Hamatenis.

Eodem obiit Ala-ed-din Cara Soncor es-Saki [ſeu pincerna] Adelicus, hoc eſt, Mamlucorum Malec el-Adeli, filii Eiubi, unus. Inter huius ipſius Cara Soncori mamlucos, qui poſt heri mortem dominii pacto (336) in fidem et familiam Malec es-Salehi Eiubi tranſibant, erat etiam ille Saif-ed-din Calavun, qui deinceps Aegypti Syriaeque Sultanus evaſit, et noſtri partem operis implebit.

Eodem obiit apud Hiſpalin Abu-Ali Omar, filius Muhammedis, vir vulgo ſub Schalubinenſis (337) nomine celeber, in artis grammaticae ſcientia praeſtans, ut declarat eius, praeter alia ſcripta, commentarius in Gozvalicam. (338) Sed ab hac praeclara laude ſi diſceſſeris, reliquum erat ſtupidus et ſocors. Schalubinenſis appellatur de patria, Schalubin (339), forti quodam caſtro Hiſpanico in litore maris mediterranei Granadeno. Sic tradit Ibn-Saïd (340) volumine decimo quinto magni ſui libri, quem Mogreb (341) fi achbar ahl el-magrab [ſeu librum admirabilia tradentem de hiſtoriis occidentalium] inſcripſit, et quidem ſub voce *Garnata:* quo loco ſubiungit praemiſſae notitiae huius arcis Schalubin haec verba: "Inde fuit Abu-Ali Omar Schalubinenſis, meus in grammaticis magiſter, grammaticorum occidentalium Imamus [ſeu anteſignanus], aequalis gradu Abu-Alio Perſae [apud orientales]." Haec illae. Vnde clare patet, merum commentum eſſe id, quod Cadi Schams-ed-din Ibn-Challecan, et qui eum auctorem hac in re ſequuntur, perhibent, noſtrum grammaticum gentile hoc nomen ab Hiſpana quadam voce Schalubin, quae candidum, ruffum ſignificet, accepiſſe. Scilicet non inſpexerant modo laudatum Ibn-Saïdi librum.

ثم دخلت سنة ست واربعين وستماية، فيها ارسل الملك الناصر صاحب حلب عسكرا مع شمس الدين لولو الارمني، فحاصروا الملك الاشرف موسي بحمص مدة شهرين، فسلّم اليهم حمص ويعوّض عنها بتل باشر مضافا الي ما بيده من تدمر والرحبة، ولما بلغ الملك الصالح نجم الدين ايوب ذلك شقّ عليه وسار الي الشام لارتجاع حمص من الحلبيين، وكان قد حصل له مرض وورم في مآبطه *s* ثم فتح وحصل منه ناصور *t* ووصل الملك الصالح الي دمشق وارسل عسكرا الي حمص مع حسام الدين ابن ابي علي فخر الدين بن الشيخ، فنازلوا حمص وحاصرها ونصبوا منجنيق مغربيا يرمي بحجر زنتها ماية واربعون بالشامي مع عدة مناجنيق اخري، وكان الشتاء والبرد قويا واستمرّ عليها الحصار، واتفق حينئذ وصول الخبر الي الملك الصالح وهو بدمشق بوصول الفرنج الي جهة دمياط، وكان ايضا قد قوي مرضه، ووصل ايضا نجم الدين البادرايي رسول الخليفة وسعي في الصلح بين الملك الصالح والحلبيين وان يستقرّ حمص بيد الحلبيين، فاجاب الملك الصالح الي ذلك وامر العسكر فرحلوا عن حمص بعد ان اشرفوا علي اخذها، ثم رحل الملك الصالح عن دمشق في محفّة لقوة مرضه واستناب بدمشق جمال الدين بن يغمور وعزل ابن مطروح وارسل حسام الدين ابن ابي علي قدامه ليسبقه علي *v* مصر وينوب عنه بها *

وفيها

q) Num شيبيش ?

r) الجزولية Supra الجرولية utroque modo fcribitur.

s) مآبطه Cod. Leid. مابضه

Anno DCXLVI [qui die 26 April. A. Chr. 1248 coepit] mittebat Malec en-Naſer Iuſef, Halebi dominus, copias, cum Schams-ed-dino Luluo Armeno, adverſus Emeſſam, cuius illi dominum, Malec el-Aſchrafum, obſidione duorum menſium eo adigebant, ut urbem ſuam ipſis traderet, et eius loco Tall-Baſcher acciperet; et, quae praeterea iam olim habuerat, Tadmoram et Rahabam, retineret. Id factum audiens Malec es-Saleh Eiub aegre ferebat, ideoque ibat in Syriam (342), Emeſſam ab Halebenſibus repetitum, et, non moratus, quod ipſi contigerat, ex inflammatione axillarum ulcus clauſum primo, dein ruptis integumentis manans et fiſtuloſum, Damaſcum veniebat, unde copias adverſus Emeſſam emittebat cum Huſam-ed-dino, filio Abu-Alii, et Fachr-ed-dino, filio Schaichi, ducibus. Hi tormentis urbem quatiebant, et uno praeſertim occidentale, quod lapides centum et quadraginta librarum Damaſcenarum eiaculabatur. Verum quia Eiub graviter decumbebat, et ſaevo in gelu inſtituebatur haec obſidio [anno ſcilicet ad finem vergente], intereaque ad Eiubum ex Aegypto quidem rumor Damaſcum appellebat, Francos in tractu Dimiatae conſpici; ex oriente autem, ſeu Bagdado, legatus a Chalifa Moſtaſamo, Nagm-ed-din Baderaiaënſis, cui mandatum erat Eiubum et Halebenſes in concordiam conciliare et curare, ut Halebenſes Emeſſam porro retinerent: propterea omnia fiebat, ut Eiub deproperans pacem Halebenſibus Emeſſam permitteret, copiasque ſuas inde tum revocaret, quum paene iam in manibus urbem habebant; eoque facto Damaſco protinus excederet Aegyptum verſus in lectica propter aegritudinis invaleſcentem vim portatus, relicto Damaſci curatore Gemal-ed-dino Iagmuro, (Matruhi enim filium amoverat) Huſam-ed-dino autem, filio Abu-Alii, ad Aegyptum praemiſſo, vices ibi ſuas, quoad ipſe venerit, expleturo, et regnum ab hoſtibus defenſuro.

Eiusdem

وفيها في يوم الخميس السادس والعشرين من شوال من السنة المذكورة (اعني سنة ست واربعين وستماية) توفي ابو عمرو عثمان بن عمر بن ابي بكر بن يونس المعروف بابن الحاجب الملقب جمال الدين، وكان والده عمر حاجبا للامير عز الدين ابن موسك x الصلاحي، وكان كرديا، واشتغل ولده المذكور بالقاهرة في صغره بالقران والفقه علي مذهب مالك بن انس والعربية وبرع في علومه واتقنها، ثم انتقل الي دمشق ودرّس بجامعها واكبّ الخلق علي الاشتغال عليه، ثم عاد الي القاهرة ثم انتقل الي الاسكندرية فتوفي بها، وكان مولد ابي عمرو المذكور في اواخر سنة سبعين وخمسماية باسنا بليدة بالصعيد، وكان الشيخ ابو عمرو والمذكور متفنّنا في علوم شتّي، وكان الاغلب عليه علم العربية واصول الفقه، صنّف في العربية مقدمته الكافية واختصر كتاب الاحكام للامدي في اصول الفقه، وطبق ذكر هذين الكتابين اعني الكافية ومختصره في اصول الفقه جميع البلاد خصوصا بلاد العجم واكبّ الناس علي الاشتغال بهما الي زماننا هذا، وله غيرهما عدّة مصنفات *

وفيها (اعني سنة ست واربعين وستماية) توفي عز الدين ايبك المعظمي في محبسه بالقاهرة، وكان المذكور قد ملك صرخد في سنة ثمان وستماية حسبما تقدم ذكره في السنة المذكورة، وقال ابن خلكان انه ملكها في سنة احدي عشرة وستماية لان استاذه الملك المعظم حج في السنة المذكورة واخذ صرخد من صاحبها ابن قراجا واعطاها مملوكه

ايبك

t) ناصور Recte sit an prava haec scriptio, non dixerim. Interdum س et ص permutantur. Golius sub نسر exhibet. Est *ulcus manans, fistula*. Supra habuimus نسر pro *recruduit vulnus*.

Eiusdem anni DCXLVI menſe decimo, die Iovis, vigeſimo ſexto dicti menſis, obiit Gemal-ed-din Abu-Amru Otman, filius Omari, filii Abu-Becri, f. Iunaſi, vulgo ſub Ibn-el-Hagebi nomine notus: pater enim eius, gente Curdus, fuerat Hageb [ianitor, introductor] apud Emirum Azz-ed-dinum, filium Muſchek, Salahicum [ſeu mamlucum Salah-ed-dini quondam]. Natus fuerat noſter exeunte anno DLXX in Aſnaa, oppido Saïdi [ſeu Thebaidis]. Cahirae deinceps incumbebat iuvenis Corani ſtudio, et fikhae, ſecundum mentem Maleki, filii Anaſi; nec non Arabicae linguae; quibus in rebus omnibus excellentem ſolideque doctum ſe monſtravit. Inde Damaſcum concedebat, cuius in magno templo publice praelegebat, magno cum applauſu conferti nunquam non auditorii. Tum redibat Cahiram, et denique pergebat Alexandriam, in qua fatum ſuum obiit. Variis in generibus doctrinarum probe verſatus erat. Maxime tamen occuparunt ipſum duo ſtudiorum genera, unum quod circa linguam Arabicam, alterum, quod circa Oſul [ſeu radices, vel fundamenta] Fikhae, verſatur. In illo genere compoſuit et edidit celebrem illam Cafiam [ſeu ſufficientem]; in hoc Mochtaſar el-Ahcam [ſeu Compendium Decretorum], libri, quem Amidenus (343) ſcripſit. Huius utriusque operis, tam Cafiae, quam Mochtaſari, fama totum implet terrarum orbem, at praecipue tamen Perſicas provincias. Ibi enim vel hodienum ſolet adhuc ſtudioſis diligenter tractari et in academiis exponi. Praeterimus cetera eius ſcripta.

Eodem obiit Azz-ed-din Ibek Moattamicus Cahirae in carcere, ille, quem ſupra diximus anno DCVIII Sarchoda potitum fuiſſe. Quod tamen Ibn-Challacan ad annum DCXI refert. Tum enim, ait, donabat eam ipſi herus eius, Malec el-Moattam Iſa, filius Adeli, poſtquam eam per ſacrum, quod Meccam faciebat, iter priori domino, Ibn-Caragao, ademiſſet. Permanſit ex eo tempore Sarchod in huius Ibeki poteſtate usque ad a. DCXLIV,

وقد اشتدّ مرضه وهو السلّ والقرحة التي كانت به وقد ايس منه *

ذكر استيلاء الملك الصالح ايوب علي الكرك ، وفيها سار الملك الناصر داود بن الملك المعظم عيسي بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب من الكرك الي حلب لما ضاقت عليه الامور مستجيرا بالملك الناصر صاحب حلب ، وكان قد بقي مع الملك الناصر من الجوهر شي كثير، قال كان يساوي ماية الف دينار انا بيع بالهوان ، فلما وصل الي حلب سيّر الجوهر المذكور الي بغداد واودعه عند الخليفة المستعصم ووصل اليه خط الخليفة بتسليمه ، فلم تقع عينه بعد ذلك عليه ، فلما سار الناصر داود عن الكرك استناب عليها ابنه عيسي ولقبه الملك المعظّم ، وكان له ولدان اخران اكبر y من عيسي المذكور هما الامجد حسن والظاهر شاذي ، فغضب الاخوان المذكوران من تقديم اخيهما عيسي عليهما ، وبعد سفر ابيهما قبضا علي اخيهما عيسي وتوجّه الامجد حسن الي الملك الصالح ايوب وهو مريض علي المنصورة وبذل تسليم الكرك علي

x) موسك Supra erat موشك

y) اكبر Forte اكبران

graviſſimo afflictus et gemino morbo, phthiſi et ulcere ſuo, et extra ſpem ſalutis iam poſitus.

Inter haec adverſa offerebat ſe ipſi tamen aliquid, quod impenſe ipſum exhilarabat; ſponte ſua, quod dudum, ſed fruſtra, cupiverat, et magno, ſed irrito, molimine tentaverat. Nimirum veniebat ipſi Caraca in deditionem, hoc modo. Dominus eius, Malec en-Naſer Davud, filius Malec el-Moattami Iſae, filii Malec el-Adeli, filii Eiubi, redactus ad incitas; (Eiub enim ipſi terras omnes, praeter Caracam, reliquas ademerat, et huius ipſius agrum ferro flammisque devaſtaverat:) redactus itaque ad incitas, perfugiebat ad Malec en-Naſerum Ioſefum, Halebi dominum, protectionem eius imploratum: afferebat ſecum reliquias opum ſuarum, gemmas, numero plures, quas ipſe non minus centum millibus aureorum, etiamſi vili vaeneant, aeſtimabat. Hoc ultimum fortunae ſuae praeſidium ne ſibi caſu aut fraude amicorum, aut potentiorum violentia periret, exiſtimans in tuto collocandum eſſe, mittebat Bagdadum ad Chalifam Moſtaſemum, eiusque fidei et cuſtodiae, donec repeteret, commendabat. Princeps undecunque infelix. Nam accipiebat quidem Chalifae autographam ſchedam, qua is teſtabatur gemmas integras numero ſalvasque ſibi exhibitas fuiſſe; ipſas autem nunquam recuperavit, et ne revidit quidem. Qua de re infra dicemus. Nunc autem ad id redimus, de quo ſermonem inſtituebamus, dicturi, qua ratione iacturam Carakae fecerit. Scilicet excedens ex arce ſua, commendabat eam ſervandam filiorum, quorum tres habebat, natu minimo, Malec el-Moattamo Iſae. Videntes itaque ceteri duo maiores, quorum uni Malec el-Amgad Haſan, alteri Malec ed-Daher Schadi nomen erat, minorem fratrem ſibi praeferri, proptereaque indignati, comprehendebant Iſam ſtatim a diſceſſu patris, fidaeque mandabant cuſtodiae. Tum pergebat natu maximus, Amgad Haſan, in Aegyptum ad Salehum Eiubum, eique offerebat Caracam dedere, ſi alios in Aegypto dignos

علي اقطاع له ولاخيه بديار مصر ، فاحسن اليه الصالح ايوب واعطاهما اقطاعا ارضاهما وارسل الي الكرك وتسلمها يوم الاثنين لاثنتي عشرة ليلة بقيت من جمادي الاخرة من هذه السنة ، وفرح الملك الصالح بالكرك z فرحا عظيما مع ما هو فيه من المرض لما كان في خاطره من صاحبها *

ذكر وفاة الملك الصالح ايوب ، في هذه السنة توفي الملك الصالح نجم الدين ايوب بن الملك الكامل محمد بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب في ليلة الاحد لاربع عشرة ليلة مضت من شعبان هذه السنة (اعني سنة سبع واربعين وستماية) ، وكانت مدة مملكته للديار المصرية تسع سنين وثمانية اشهر وعشرين يوما ، وكان عمره نحو اربعين سنة ، وكان مهيبا عالي الهمة عفيفا طاهر اللسان والذيل a شديد الوقار كثير الصمت ، وجمع من المماليك الترك ما لم يجتمع لغيره من اهل بيته حتي كان اكثر امراء عسكره مماليكه ، ورتّب جماعة من المماليك الترك حول دهليزه وسمّاهم البحرية ولم يجسر احد ان يخاطبه الّا جوابا ولا يتكلم احد بحضرته ابتداء ، وكانت القصص توضع بين يديه مع الخدام فيكتب بيده عليها وتخرج للموقّعين ، وكان لا يستقلّ احد من اهل دولته بامر من الامور الّا بعد مشاورته بالقصص ، وكان

z) بالكرك Forte بملك الكرك

a) الذيل Vel ftricte ad litteram poteft accipi, quod ego quidem malim, purus veftis, vel fyrmatis, qui veftes fuas impura venere non maculat; vel poteft accipi pro *anima, purus animae* vel *mentis*. Solent enim

agros in eius vicem ſibi ſuoque fratri, Schadio, aſſignare velit. Cupide laetusque acceptabat Eiub oblata, bene faciebat offerenti, lautas ipſi fratrique aſſignabat provincias, et quae ambobus arridebant; et viciſſim accipiebat per legatos Caracam, die Lunae, decimo ſexto ſexti menſis. Quam gratus illi acciderit hic inopinatus eventus, ille aeſtimet, qui, dulcedinem triumphi de hoſte; vehementem vindictae cupidinem et odium, quo Eiub adverſus Davudum flagrabat ſecum reputet, et illud denique, hanc Caracam eandem eſſe, in qua Eiub olim cuſtodiam toleraverat.

Solidum tamen id Eiubo gaudium atque diuturnum non fuit. Paullo enim poſt e rebus humanis emigrandum ipſi erat, die Solis, decimo quarto menſis octavi huius anni DCXLVII, poſtquam Aegypto per novem annos et octo menſes cum viginti diebus imperaſſet, annos autem fere quadraginta vivendo impleviſſet. Erat Malec es-Saleh Eiub, filius Malec el-Cameli Muhammedis, filii Malec el-Adeli Abu-Becri, filii Eiubi, princeps auctoritate maxima pollens, celſorum ſpirituum, ſobrius et modeſtus, linguae purus et veneris,* gravitate venerabilis, admodum taciturnus. Mamlucorum Turcicorum, quorum tantum coëgerat numerum (344); quantum Eiubitarum nullus alius; plurimi ſane ducum eius militarium erant ipſius mamluki:) horum mancipiorum, quos excubare ante tentorium [vel aulaeum] ſuum ordinabat, et Baharia nominabat, audebat ipſum nullus alloqui non interrogatus, et ad reſponſum non provocatus ab ipſo principe: neque aliis licebat coram ipſo ſermocinationem ordiri. (345) Sed eunuchi libellos ſupplices et memoriales coram ipſo deponebant tacite; quibus poſtquam ille ſuam veluntatem inſcripſerat, rurſus efferebant iidem ad eos, quorum erat munus auguſtam ſignaturam [vel monogrammum] apponere. Nemo totius aulae audebat aliquid etiamſi minutum ſuſcipere, quod cum ipſo muto iſtiusmodi per libellos alloquio prius non communicarit.

De-

* In Arabico eſt purus lingua et veſte, ſeu ſyrmata.

وكان غاويا بالعمارة ، بني قلعة الجزيرة *b* وبني الصالحية وهي بلدة بالسالح ، وبني له قصورا بها للتصيّد وبني قصرا عظيما بين مصر والقاهرة يسمي بالكبش ، وكانت ام الملك الصالح ايوب المذكور جارية سوداء تسمّي ورد المني غشيها السلطان الملك الكامل فحملت بالملك الصالح ، وكان للملك الصالح ثلاثة اولاد ، احدهم فتح الدين عمر توفي في حبس الصالح اسماعيل ، وكان قد توفي ولده الاخر قبله ، ولم يكن قد بقي له غير المعظم تورانشاه بحصن كيفا ، ومات الملك الصالح ولم يوص بالملك الي احد ، فلما توفي احضرت شجر الدر (وهي جارية الملك الصالح) فخر الدين ابن الشيخ والطواشي جمال الدين محسنا وعرّفتهما بموت السلطان ، فكتموا ذلك خوفا من الفرنج ، وجمعت شجر الدر الامراء وقالت لهم السلطان يامركم ان تحلفوا له ثم من بعده لولده الملك المعظم تورانشاه المقيم بحصن كيفا وللامير فخر الدين ابن الشيخ باتابكية العسكر ، وكتب الي حسام الدين ابن ابي علي وهو النايب بمصر بمثل ذلك ، فحلفت الامراء والاجناد والكبراء بالعسكر وبمصر وبالقاهرة علي ذلك في العشر الاوسط من شعبان من هذه السنة ، وكان بعد ذلك تخرج الكتب والمراسيم وعليها علامة الملك الصالح ، وكان

enim interdum *veftem* pro *animo*, velut eius fymbolum ponere. ذكر الثوب علي عادتهم في الكناية عن النفس ، — وقيل معني قوله عز وجل وثيابك فطهر اي نفسك ، ويقولون علي هذه الطريقة فلان غمر الرداء وعفيف الحجزة والمراد النفس ، "Memorat poëta veftes, pro ipforum more animum eo fymbolo pingendi. Dicunt quidam in illo Corani: Veftes tuas purifica, per veftes etiam

Deperdite amabat architectonicen. Teſtantur arx Gizae ab ipſo condita et Salehica, quam de ſe nominavit, urbs in Saieh, ubi caſtella quaedam venatica exſtruxit. Magnum quoque palatium erigebat inter Miſram et Cahiram, Cabſch (346) dictam. Mater eius fuerat puella quaedam nigra, quae ab hero Camelo, nomen Vard el-Mona acceperat, et ab ipſo compreſſa hunc Eiubum dederat. Ipſe habuit tres mares, quorum ipſi non ſuperfuit niſi ultimus. Nam Malec el-Mogit Fath-ed-din Omar obiit in carcere Salehi Iſmaëlis apud Damaſcum, quod ſupra iam narravimus. Alter filius [Malec el-Manſur Chalil], etiam deceſſit ante patrem et fratrem aetate parvulus; tertius Malec el-Moattam Turanſchah (347), tum Heſn Caifae dominus, ipſi ſuccedebat in regnum, ut mox dicemus, artificio maxime pellicis Eiubi, cui nomen erat Schagar ed-Dorr (348) [ſeu arbor unionum]. Nam ipſe quidem Eiub de ſucceſſione moribundus omnino nihil conſtituerat. Femina igitur illa Fachr-ed-dino, filio Schaichi, et Tavaſchio Mohſeno, clam arceſſitis obitum principis indicabat. Hi ſtudioſe caſum celabant, Francos veriti vicinos, ne animis ab eo aucti nutantem exercitum et rectore deſtitutum in lapſum dent; et interea defuncti filio, Turanſchaho, ſucceſſionem aſſertum ibant, hac ratione. Schagar ed-Dorr convocabat Emiros et imperabat iisdem Eiubi nomine, ut primo quidem ipſi Sultano fidei ſacramentum denuo dicant, dein, quem ille conſtituat regni ſui haeredem, Malec el-Moattamo Turanſchaho, tandem et Emiro Fachr-ed-dino, filio Schaichi, tanquam copiarum Atabeco [vel ſupremo magiſtro]. Vt in hanc formulam milites duces-que ſacramentum dixerant, imperabatur Huſam-ed-dino (349), filio Abu-Alii, Miſrae gubernatori, per litteras, ut eadem curaret Miſrae atque Cahirae fieri. Fiebant et haec per mediam dierum decuriam octavi menſis huius anni. His ita conſtitutis edebantur epiſtolae atque mandata non ſecus, atque vivo adhuc auguſto prodire conſueverant, cum ipſius Alama [ſeu ſignatura

وكان يكتبها خادم يقال له السهلي ولا يشكّ احد في انه خط السلطان ، فارسل فخر الدين ابن الشيخ قاصدا لاحضار الملك المعظم من حصن كيفا ، ولما جري ذلك شاع بين الناس بموت السلطان ، ولكن ارباب الدولة لم يتجسروا ان يتفوّهوا بذلك ، وتقدّم الفرنج عن دمياط الي المنصورة وجري بينهم وبين المسلمين في مستهلّ رمضان من هذه السنة وقعة عظيمة استشهد فيها جماعة من كبار المسلمين ، ونزلت الفرنج بحرمساح *d* ثم قربوا من المسلمين ، ثم ان الفرنج كبسوا المسلمين علي المنصورة بكرة الثلثا لخمس مضين من ذي القعدة وكان فخر الدين يوسف بن الشيخ صدر الدين بن حموية في الحمام بالمنصورة ، فركب مسرعا وصادفه جماعة من الفرنج فقتلوه ، وكان سعيدا في الدنيا ومات شهيدا ، ثم حملت المسلمون والترك البحرية علي الفرنج فردوهم علي اعقابهم واستمرّت بهم الهزيمة ، واما الملك المعظم تورنشاه فانه سار من حصن كيفا ووصل الي دمشق في رمضان من هذه السنة وعيّد بها عيد الفطر ووصل الي المنصورة يوم الخميس لتسع بقين من ذي القعدة من هذه السنة (اعني سنة سبع واربعين وستماية) ، ثم اشتد القتال بين المسلمين والفرنج بحرا وبرّا ووقعت مراكب المسلمين علي *e* الفرنج واخذوا منها اثنين اثلثين مركبا منها

تسع

etiam animum intelligi. Eoque modo dicta et accipienda eſſe illa vulgaria: amplus pallii, et caſtus praecinctorii. In illis nempe animum deſignari."

d) الجزيره Forte الجيزة

e) بالسالح Alibi eſt السايح Semel النايح inveni.

characteriſtica], quam aliquis eunuchus, Sohailicus (350) dictus, effingebat tam affabre, ut nemo dubitaret eam ipſius auguſti manum eſſe. Interim expediebat Fachr-ed-din, iam conſtitutus militiae magiſter, legatum ad Malec el-Moattamum Turanſchahum, Heſn Caifae (351) dominum, qui eum inde in Aegyptum arceſſerat. Id ubi contigerat, iam emanabat de auguſti morte rumor in vulgus, quamvis magnates hac de re ne mutire quidem auderent. Calendis noni menſis tendebant Dimiata Franci Manſuram; unde gravis creſcebat pugna, per quam virorum apud Muſlemos principum ingens numerus occubuit. Inde occupabant hoſtes caſtris ſuis Harmaſam (352), magisque ad Muſlemos apud Manſuram appropinquabant, quos etiam mane diei Martis, quinti de undecimo menſe, incautos opprimebant, ita ut modo laudatus militiae ſummus magiſter, Fachr-ed-din, filius Schaichi Sadr-ed-dini Ibn-Hamuieh, dum per tumultum trepidus e balneo in equum inſilit et accurrit, ab hoſte caderet, in cuius aliquem manipulum inciderat; vir undecunque felix. Nam praeter fortunam, ad quam in rebus humanis illuſtriſſimam ab origine modica per principis favorem aſcenderat, martyrii tandem quoque conſequebatur honorem. Nihilominus tamen Muslemi ceteri et Turcae Baharici dicti [mamluki domus auguſtae]', quamvis ductore multati, non ſuſtinebant modo, ſed et retundebant Francos, non eo tantum unde venerant, ſed ulterius quoque. Poſt haec peracta veniebat Malec el-Moattam Turanſchah in caſtra (353), die Iovis, vigeſimo undecimi menſis; poſtquam, egreſſus ex Heſn Caifa menſe nono, feſtum Ramadani [quod in Calendas decimi menſis incidit] Damaſci celebraſſet. Inde conferveſcebat bellum Francos inter et Muſlemos acerrimum terraque marique; ſed declinabat ad ruinam hoſtium fortuna. Et primum quidem graviſſimum illis infligebat vulnus Muſlemica claſſis, eo quod triginta duo de ipſorum navigiis, quae inter erant novem oneraria, ſubripiebat. Qua ſe Franci iactura quum ſentirent

 maxi-

تسع شواني، فضعفت الفرنج لذلك وارسلوا يطلبون القدس وبعض الساحل وان يسلموا دمياط الي المسلمين، فلم تقع الاجابة الي ذلك ✲

وفيها وقع الحرب بين صاحب الموصل بدر الدين لولو وبين صاحب حلب، فارسل اليه صاحب حلب الملك الناصر عسكرا والتقوا مع الموصلية بظاهر نصيبين، فانهزمت الموصلية هزيمة قبيحة واستولي الحلبيون علي اثقال لولو صاحب الموصل وخيمه وتسلم الحلبيون نصيبين واخذوها من صاحب الموصل ثم ساروا الي دارا ونازلوها وتسلموها وخربوها بعد حصار ثلثة اشهر، ثم تسلموا قرقيسيا وعادوا الي حلب ✲

ثم دخلت سنة ثمان واربعين وستماية، ذكر هزيمة الفرنج واسر ملكهم، لما اقام الفرنج قبالة المسلمين بالمنصورة فنيت ازوادهم وقطعت عنهم المدد من دمياط، فان المسلمين قطعوا الطريق الواصل اليهم من دمياط، فلم يبق لهم صبر علي المقام، فرحلوا ليلة الاربعا لثلث مضين من المحرم متوجهين الي دمياط وركبت المسلمون اكنافهم، فلما اسفر صباح الاربعا خالطهم المسلمون وبذلوا فيهم السيف، فلم يسلم منهم الا القليل، وبلغت عدة القتلي من الفرنج ثلثين الفا علي ما قيل، وانحاز ريد افرنس ومن معه من الملوك الي بلد هناك وطلبوا الامان، فامنهم الطواشي محسن الصالحي ثم احيط عليهم واحضروا الي المنصورة وقيد ريد افرنس وجعل في الدار التي كان ينزلها كاتب الانشاء فخر الدين بن لقمان ووكل به الطواشي صبيح المعظمي، ولما جري ذلك

maximopere debilitatos, pacem rogabant ea conditione, ut, pro dedita Dimiata, Hierofolymam cum parte quadam Tractus maritimi retinerent. Muflemi autem, profperis exordiis iam erectiores, repudiabant eam conditionem, et maiora fortunae beneficia, neque fruftra, quod protinus ad alterum annum patebit, exfpectabant.

Eodem anno collidebat bellum Halebenfes et Maufelenfes. Miffae nimirum a Malec en-Nafero Iofefo, Halebi domino, copiae concurrebant cum copiis Badr-ed dini Lului, domini Maufelae, apud Nifibinam, foedamque hos in fugam verfos ipfis caftris et impedimentis exuebant. Sequebatur eam victoriam Nifibina, tum Dara, quam Halebenfes, poft trimeftrem obfidionem nacti, devaftabant; et tandem Circefium. Poft ea gefta victores domum, hoc eft Halebum, revertebantur.

Anno DCXLVIII [qui die 4 April. A. Chr. 1250 coepit] caefi funt Franci, et ipfe Re de Frans captus. Nimirum defecerat ipfos e regione Muflemorum apud Manfuram (354) ftantes commeatus, neque poterant eius fupplementa e Dimiata fua percipere, Muflemis viam, quae caftra hoftis et urbem intercedebat, interceptam tenentibus. Inopiam itaque diutius non valentes tolerare, quum ea nocte retro moverent, quae diem Mercurii, tertium primi menfis huius anni, antecedebat, ideoque Muflemi eos perfequerentur, exardefcebat illufcente aurora faevum praelium, quo noftri tantam in Francos edebant ftragem, ut fint, qui eo die triginta millia (355) de ipforum copiis ceciditle perhibeant; pauci profecto evaferint. Rex Franciae, et qui ceteri nobiles cum ipfo ad vicinum oppidum ex acie declinaverant, inde fe, fub pacta fpiritus incolumitate, Tavafchio Mohfeno dedebant; qui eos inde, fida munitos cuftodia, Manfuram deferebat. Rex ibi compeditus in domo deponebatur, quae ad Fachr-ed-dinum, filium Locmani, fecretarium, fpectabat, cuftodiae mandatus eunuchi Sabihi Moattamici [feu cuius herus erat

ذلك رحل الملك المعظم بالعساكر من المنصورة ونزل بفارسكور ونصب بها برج خشب للملك المعظّم *

ذكر مقتل الملك المعظّم ، في هذه السنة يوم الاثنين لليلة بقيت من المحرم قتل الملك المعظم تورنشاه بن الملك الصالح ايوب بن الملك الكامل ناصر الدين محمد بن الملك العادل سيف الدين ابي بكر بن ايوب ، وسبب ذلك ان المذكور اطّرح جانب امراء ابيه ومماليكه وكل منهم بلغه عنه من التهديد والوعيد ما نفّر قلبه منه ، واعتمد علي بطانته الذين وصلوا معه من حصن كيفا وكانوا اطرافا اراذل ، فاجتمعت البحرية علي قتله بعد نزوله بفارسكور وهجموا عليه بالسيوف ، وكان اول من ضربه ركن الدين بيبرس الذي صار سلطانا فيما بعد علي ما سنذكره ان شاء الله تعالي ، فهرب الملك المعظم منهم الي برج الخشب الذي نصب له بفارسكور علي ما تقدّم ذكره ، فاطلقوا في البرج النار ، فخرج الملك المعظم من البرج هاربا طالبا البحر ليركب في حراقته ، فحالوا بينه وبينها بالنشاب ، فطرح نفسه في البحر ، فادركوه واتمّوا قتله في نهار الاثنين المذكور ، فكانت مدة اقامته في المملكة من حين وصوله الي الديار المصرية شهرين واياما ، ولما جري ذلك اجتمعت الامراء واتفقوا علي ان يقيموا شجر الدر زوج الملك الصالح في المملكة وان يكون عز الدين ايبك الجاشنكير الصالحي المعروف بالتركماني اتابك العسكر وحلفوا علي ذلك وخطبوا لشجر الدر علي

d) بحرمساح An بجرمساح Nostri *Sarmosac* appellant.

e) Forte علي مراكب الفرنج

Malec el-Moattam Turanſchah]. Poſt res tam praeclare geſtas movebat Moattam ad Fareſcur, ubi lignea turris ipſi erigebatur. (356)

Sed ille quidem tantae victoriae gloriaeque fructus aut nullos, aut breviſſime, percepit, die Lunae, penultimo huius ipſius primi menſis peremtus, hoc modo et hac de cauſa. Adduxerat Moattam ex Heſn Caifa ſecum homines nauci, extremae faecis, quibus tamen familiariſſimis utebatur, ſpreta ducum paternorum auctoritate et conſuetudine. Neque contemnebat hos tantum, ſed et in minas erumpebat imprudens, ut non eſſet illorum quisquam ad quem non atrox aliqua novi domini ſententia in ſe relata fuerit. Qui mores animos ab eo tanto alienabant, ut Baharici coniurati ſuperbo et feroci homini, et metuendo quoque, manus violentas nudosque gladios in Fareſcur inferrent. Primus ipſi vulnus infligebat ille Rocn-ed-din Bibars, qui poſtea Sultanus evaſit, ut poſtea narrabimus. Confugiebat quidem Moattam ad illum burgum ligneum, quem modo dicebamus ipſi exſtructum fuiſſe. Sed ab iniectis ignibus excedere coactus verſus Nilum properabat, ea mente, ut correpta ibi ſua quadam liburnica evaderet. Verum non ſinebant eum Turcarum ſagittae illuc pervenire; proiiciebat ergo ſe in Nilum. Sed natantem aſſecuti perſecutores conficiebant die quo diximus. Regno itaque potitus fuit Malec el-Moattam Turanſchah, filius Malec es-Salehi Eiubi, filii Malec el-Cameli, paullo plus duobus menſibus, initium computi nempe ſi duas ab eo tempore, quo in Aegyptum advenit, ad fatalem hunc diem.

Poſt haec peracta conſentiebant congregati Emiri in id, ut reginam nuncuparent Schagar ed-Dorr (357), coniugem Malec es-Salehi Eiubi, et ut Azz-ed-din Ibek Gaſchnekir, Salehicus, Turcomanus vulgo dictus, copiarum Atabec [ſeu ſupremus imperator] eſſet. Huic conventioni ſacramento ſe adſtringebant, feminae iura maieſtatis exhibebant, curabant vota e ſuggeſtibus

fieri

علي المنابر وضربت السكة باسمها ، وكان نقش السكة المستعصمية الصالحية ملكة المسلمين والدة الملك المنصور خليل ، وكانت شجر الدر قد ولدت من الملك الصالح ولدا ومات صغيرا كان اسمه خليل ، فسميت والدة خليل وكانت صورة علامتها علي المناشير والتواقيع والدة خليل ، ولما استقر ذلك وقع الحديث مع ريد افرنس في تسليم دمياط بالافراج عنه ، فتقدم ريد افرنس الي من بها من نوابه في تسليمها ، فسلموها وصعد عليها العلم السلطاني يوم الجمعة لثلث مضين من صفر من هذه السنة (اعني سنة ثمان واربعين وستماية) واطلق ريد افرنسيس فركب في البحر بمن سلم معه نهار السبت غد الجمعة المذكورة واقلعوا الي عكا ووردت البشري بهذا الفتح العظيم الي ساير الاقطار ، وفي واقعة ريد افرنس المذكورة يقول جمال الدين يحيي بن مطروح ابياتا منها

قل للفرنسيس اذا جيته مقال صدق عن قوول نصيح ،
اتيت مصرا تبتغي ملكها تحسب ان الزمر باطبل ريح *g* ،
فكان اصحابك اوردتهم بحسن تدبيرك بطن الضريح ،
خمسون الفا لا يري منهم غير قتيل او اسير جريح ،
وقل لهم ان اضمروا عودة لاخذ ثار او لقصد صحيح ،
دار ابن لقمان علي حالها والقيد باق والطواشي صبيح *

ثم

f) اسفر scil. وجهه *revelavit aurora vultum suum.*

g) باطبل ريح Sic et Ibn-Schehna. Putem اباطيل ريح Quid autem sit الزمر non capio.

fieri (358), numosque ipſius nomine cudi; in quibus hunc gerebat titulum: Moſtaſamica (359) Salehica, regina Muſlemorum, Valeda [ſeu mater] Malec el-Manſuri Chalili. Pepererat etiam Eiubo filium, nomine Chalilum, qui parvulus obiit; unde nomen Valida Chalil ipſi accrevit; quod etiam ſolum loco Alamae [ſeu ſignaturae] ſuae adſcribebat, tam diplomatibus, quam libellis memorialibus. Poſt haec in hunc modum conſtituta tractabatur cum rege Franciae, qui libertatem ſuam Dimiatae pretio (360) redimebat; et cuius iuſſu quaeſtores eius urbem Muſlemis dedebant. Hi die tertio ſecundi menſis, Veneris quodam, in turribus vexillum Sultanicum erigebant; et altero mane ibat Rex Franciae cum ſuis in mare, vela dans ad Ptolemaidem. Tantae tam illuſtris victoriae nuncii quaquaverſum ad fideles dimittebantur; et Gemal-ed-din, filius Matruhi, verſus condebat in caſum Franci, de quorum numero hi ſunt.

Dic* Franciſco (361), ſi forte offendas ipſum, ſermonem veritatis a dicente ſincero.

Veniſti Miſram regnum eius appetens, et reputans, tympanorum percuſſionem aliud nihil eſſe quam aëris agitationem. **

Sed ſecus norunt homines tui, quos egregia tua conductione in tumuli ventrem praecipitaſti.

Quinquaginta millia, de quibus nullus conſpectus fuit non aut caeſus, aut captus in vulneribus.

Dic illis, ſi redire ſpondent, ſumendae talioni, aut ſimpliciter occupandae ſerio huic provinciae:

Domus filii Locmani eſt adhuc eadem; ſupereſt etiam adhuc pedica, et eunuchus Sabih.

Con-

* Tu nempe, Muſleme, quiſquis es; aut tu haec mea epiſtola.

** Haec utcunque excutio ex Arabicis, quae corrupta procul dubio ſunt. Ita tamen habet et Ibn Schehna et d'Herbelot p. 713. Senſus eſſe poterit: credebatis, bellum rem levem et ludicram eſſe.

ثم عادت العساكر ودخلت القاهرة يوم الخميس تاسع صفر من الشهر المذكور *h* وارسل المصريون رسولا الي الامراء الذين بدمشق في موافقتهم علي ذلك *i* ، فلم يجيبوا اليه ، وكان الملك السعيد بن الملك العزيز عثمان بن الملك العادل صاحب الصبيبة قد سلّمها الي الملك الصالح ايوب ، فلما جري ذلك قصد قلعة الصبيبة فسلّمت اليه ، وكان من السعيد المذكور ما سنذكره ان شاء الله تعالي *

ذكر ملك الملك المغيث الكرك ، كان الملك المغيث فتح الدين عمر بن الملك العادل ابي بكر بن الملك الكامل محمد بن الملك العادل بن ايوب قد ارسله الملك المعظم تورانشاه لما وصل الي الديار المصرية الي الشوبك واعتقله بها ، وكان النايب علي الكرك والشوبك بدر الدين الصوابي الصالحي ، فلما جري ما ذكرناه من قتل الملك المعظم وما استقر عليه الحال بادر بدر الدين الصوابي المذكور فافرج عن المغيث وملّكه القلعتين الكرك والشوبك وقام في خدمته اتمّ قيام *

ذكر استيلاء الملك الناصر صاحب حلب علي دمشق ، ولما جري ما ذكرناه ولم تجب امراء دمشق الي ذلك كاتب الامراء القيمرية *k* الذين بها الملك الناصر يوسف صاحب حلب ابن الملك العزيز محمد بن الملك الظاهر غازي بن السلطان الملك الناصر صلاح الدين ، فسار اليهم وملك دمشق ودخلها في يوم السبت لثمان مضين من ربيع الاخر من هذه السنة ، ولما استقرّ الملك الناصر المذكور في ملك دمشق خلع علي جمال الدين بن يغمور وعلي الامراء القيمرية واحسن اليهم واعتقل جماعة من الامراء مماليك الملك الصالح ،

Confecta in hunc modum expeditione feliciſſima redibant copiae Cahiram, die Iovis, nono ſecundi menſis; indeque legatum mittebant Emiri Miſrenſes ad Damaſcenos, per quem illis de imperii mutatione et praeſente conſtitutione notitiam impertiebant, rogabantque, velint et ipſi a ſe geſtis et ordinatis acquieſcere. Tantum autem aberat, ut Damaſceni proceres Emiri Caimarici (362) approbarent Miſrenſium tumultuarias et ſeditioſas innovationes, ut potius Malec en-Naſerum Ioſephum, filium Malec el-Azizi Muhammedis, filii Malec ed-Daheri Gazii, filii Sultani Salah-ed-dini, Halebi dominum, ad ſe regnumque Damaſcenum adeundum invitarent. Protinus ille illuc iter ingreſſus Damaſcum intrabat et occupabat die Sabbati, octavo quarti menſis, et Gemal-ed-dino, filio Iagmuri, aliisque Emiris Caimaricis dabat ſplendidas trabeas et alia munera; e contrario non paucos Emiros, de numero mamlucorum Malec es-Salehi, dabat in carcerem, [ut in herum quondam et benefactorem, totamque gentem Eiubidarum, quam everſum ibant, ingratos et perfidos]. Quae ad Damaſcenum principatum pertinebant, negabant Naſero pauca obſequium, Eglun ſcilicet, et Balabac et Schamimiſch, verum haud diu. Miſram delata harum rerum fama, comprehendebant viciſſim Caimaricos, quotquot ibi tum erant, et ſiqui alii favoris erga Halebenſem ſuſpecti habebantur. Deinde intelligentes imperii, quam inſtituerant, formam congruam ſtabilemque non eſſe, ſed turbandis magis atque corrumpendis rebus inſervire, abrogabant feminae poteſtatem (363), et nomen e templis atque numis eiiciebant, et Sultanum commune decreto renunciabant Azz-ed-dinum Ibecum Gaſchnekirum Salehicum Turcomanum. Dies erat Sabbati, quarti menſis ultimus, quo is inaugurabatur, publice obequitabat cum vexillis Sultanicis, et praelata equinae ſellae ſtragula, titulumque Malec el-Moëzzi accipiebat.

Verum haud diu fruebatur illo honore. Paullo enim poſt (364) decernebatur in conventu procerum, aliquem de gente Eiu-

الصالح ، وعصيت عليه عجلون وبعلبك وشميميس مدة مديدة ، ثم سلمت اليه جميعها ، ولما ورد الخبر بذلك الي مصر قبضوا علي من عندهم من القيمرية وعلي كل من اتهم بالميل الي الحلبيين *

ذكر سلطنة ايبك التركماني ، ثم ان امراء الدولة اتفقوا علي اقامة عز الدين ايبك الجاشنكير الصالحي في السلطنة ، لانه اذا استقر امر المملكة في امراة علي ما هو عليه الحال تفسدت *i* الامور ، فاقاموا ايبك المذكور ، فركب بالسناجق السلطانية وحملت الغاشية بين يديه يوم السبت اخر من ربيع الاخر من هذه السنة ولقب الملك المعز وابطلت الخطبة والسكة التي كانت باسم شجر الدر *

ذكر عقد السلطنة للملك الاشرف موسي بن يوسف صاحب اليمن المعروف باقسيس بن الملك الكامل محمد بن الملك العادل بن ايوب ، ثم اجتمعت الامراء واتفقوا علي انه لابد من اقامة شخص من بني ايوب في السلطنة واجتمعوا علي اقامة موسي المذكور ولقبوه الملك الاشرف وان يكون ايبك التركماني اتابكه ، واجلس الاشرف موسي المذكور في دست السلطنة وحضر الامراء في خدمته يوم السبت لخمس مضين من جمادي الاولي من هذه السنة ، وكان بغزة دينيد جماعة من عسكر مصر مقدمهم خاص ترك ، فسار اليهم عسكر دمشق ، فاندفعوا عن غزة الي الصالحية بالنايح *m* واتفقوا علي طاعة المغيث صاحب الكرك وخطبوا له بالصالحية يوم الجمعة لاربع مضين من جمادي الاخرة من هذه السنة ، ولما

h) Forte من السنة المذكورة

i) ذلك prodit aliquid deesse.

bidarum absque controversia in solio collocandum esse; et eum quidem eligebant Musam, filium Iosefi, nepotem istius Malec el-Masudi Iosefi (365), quem vulgo Acsisum appellatum, et dominum Arabiae felicis fuisse atque anno DCXXVI decessisse supra diximus, nepotem Malec el-Cameli, filii Malec el-Adeli, filii Eiubi. Hunc Musam collocabant magnates in solio Sultanatus, ornabantque titulo Malec el-Aschrafi; et ipsi reverentiam atque obsequium testaturi aderant die Sabbati, quinto quinti mensis. Ibeco autem Turcomano reddebant pristinam dignitatem, Atabecatum scilicet [seu magisterium] copiarum.

Ad duas has Eiubiticas factiones accedebat paullo post tertia. Scilicet erat Gazae pars quaedam copiarum Misrensium cum tribuno suo, Chas Tuco. Hos inde ibant Halebenses excussum, et profligabant cedentes usque ad Salehicam in Saich. Ibi consensu omnes uno Sultanum renunciabant die Veneris, quarto sexti mensis, Malec el-Mogitum (366) Fath-ed-dinum Omarum, filium Malec el-Adeli Abu-Becri [posterioris], filii Malec el-Cameli Muhammedis, filii Malec el-Adeli Abu-Becri [prioris], filii Eiubi, dominum Carakae, post caedem Moattami, hoc ipso anno factum: quod qua ratione contigerit, ubi breviter exposuerimus, ad continuandum historiae filum revertemur. Scilicet quum in Aegyptum veniret Malec el-Moattam Turanschah, filius Malec es-Salehi Eiubi, mittebat hunc patrui sui filium, quem in paterna haereditate captivum acceperat, Schaubekam, ibique porro custodiendum committebat Badr-ed-dino Savvabico Salehico, et istius arcis, et Carakenae, castellano. Hic vir, ut inaudiverat, Moattamum violenta morte sublatum et imperii Aegyptiaci res conturbatas atque convulsas esse, producebat celeriter hunc Mogitum e carcere, dominum faciebat utriusque arcis suae, et fidelibus officiis curisque omnibus demerebatur. Hunc itaque Mogitum audientes proceres Misrenses renunciatum Sultanum esse, curabant commune consilio a praecone, tam per

 Cahi-

ولما جري ذلك اتفق كبراء الدولة بمصر ونادوا بالقاهرة ومصر ان البلاد للخليفة المستعصم ، ثم جددت الايمان للملك الاشرف موسي بالسلطنة ولايبك بالاتابكية ، وفي يوم الاحد لخمس مضين من رجب رحل فارس الدين اقطاي الصالحي الجمدار متوجها الي جهة غزة ومعه تقدير الفي فارس ، وكان اقطاي المذكور مقدّم البحرية ، فلما وصل الي غزة اندفع من كان بها من جهة الملك الناصر بين يديه ✻

ذكر تخريب دمياط ، وفي هذه السنة اتفق امراء اكابر الدولة وهدموا سور دمياط في العشر الاخير من شعبان هذه السنة لما حصل للمسلمين عليها من الشدّة مرّة بعد اخري ، وبنوا مدينة بالقرب منها في البر *n* وسمّوها المنشية ، واسوار دمياط التي هدمت من عمارة المتوكّل الخليفة العباسي ✻

وفيها في مستهلّ شعبان قبض الناصر يوسف صاحب حلب ودمشق علي الناصر داود الذي كان صاحب الكرك وبعث به الي حمص فاعتقل بها ، وذلك لاشياء بلغت الناصر يوسف عن المذكور خاف منها ✻

ذكر

k) الغمرية Forte الغيزية

l) تغسدت Num لغسدت aut تغسد

m) بالنايح Infra est بالسايح , alibi بالسالح

n) Forte في البر المقابل

Cahiram, quam per Misram, proclamari, terram [hoc est Aegyptum] neque huius, neque illius esse, sed ad Chalifae Mostasami (367) ius et arbitrariam dispositionem pertinere, veluti terram, cuius legitimi principes defecerint. Paullo tamen post redibant ad officium, renovantes Aschrafo sacramentum ut Sultano, Ibeco ut magistro militiae. Inde die Solis, quinto septimi mensis, Gazam petebat Fares-ed-din Ocatai Salehicus el-Gamdar, dux mamlucorum Baharicorum, copias Halebensis, eiusdemque iamque Damasceni quoque, inde depulsurus, cum duobus propemodum millibus. Ad quorum adventum Halebenses Gazam deserebant. Hinc bellum enatum breve quidem at Eiubidarum genti exitiale, cuius eventum mox enarrabimus, postquam, temporum secuti ordinem, quae interea contigerunt aliqua, intercalaverimus.

Et primum quidem hoc de Malec es-Saïdo (368), filio Malec el-Azizi Otmani, filii Malec el-Adeli, domino Sabibae. Is eam Malec es-Saleho Eiubo dediderat. Quum autem de turbis post eius obitum subnatis cognosceret, repetebat eandem. Quid porro de ipso factum fuerit, deinceps trademus loco suo.

Tum istud de Dimiata. Scilicet edocti usu magnates Aegyptiaci Muslemos ob istam urbem ultima in discrimina semel iterumque incidisse, deiiciebant eius muros sub finem octavi mensis, eademque in continente orientale (369) condebant haud procul illinc urbem, cui nomen Monschaiia [seu suscitatae, vel recens instauratae] imponebant. Quos autem solo tunc aequabant Dimiatae muros, Motavakkel, Abbasicus Chalifa, excitaverat.

Eodem octavo mense comprehendebat Malec en-Naser Salah-ed-din Iusef, Damasci et Halebi dominus, Malec en-Naserum Davudum, Carakae nuper dominum, et Emessam in vincula mittebat, propter nonnulla sibi periculosa, quae ad se relata de ipso audiverat.

Inde

ذكر مسير الناصر يوسف صاحب الشام الي الديار المصرية وكسرته ، وفي هذه السنة سار الملك الناصر صلاح الدين يوسف بن الملك العزيز بعساكره من دمشق وصحبته من ملوك اهل بيته الصالح اسماعيل بن العادل بن ايوب والاشرف موسي صاحب حمص وهو حينيذ صاحب تل باشر والرحبة وتدمر ، والمعظم تورانشاه ابن السلطان صلاح الدين واخو المعظم المذكور نصرة الدين ، والامجد حسن والظاهر شاذي ابنا الناصر داود بن الملك المعظم عيسي بن العادل بن ايوب ، وتقي الدين عباس ابن الملك العادل بن ايوب ، ومقدم الجيش شمس الدين لولو واليه تدبير المملكة ، فرحلوا من دمشق يوم الاحد منتصف رمضان من هذه السنة ، ولما بلغ المصريين ذلك اهتمّوا بقتاله ودفعه وبرزوا الي السايح وتركوا الاشرف المسمي بالسلطان بقلعة الجبل ، وافرج ايبك حينيذ عن ابني الصالح اسماعيل (وهما المنصور ابراهيم والملك السعيد عبد الملك ابنا الصالح اسماعيل وكانا معتقلين من حين استيلاء الملك الصالح ايوب علي بعلبك) وخلع عليهما ليتوهّم الناصر يوسف صاحب دمشق من ابيهما ، والتقي العسكران الشامي والمصري بالقرب من العباسة في يوم الخميس عاشر ذي القعدة من هذه السنة ، وكانت الكسرة اولا علي عسكر مصر ، فخامر جماعة من المماليك الترك العزيزية علي الملك الناصر صاحب دمشق ،

فثبت

Inde occupatum ibat idem Aegyptum; ſed fruſtra erat. (370) Nimirum nono menſe huius anni medio movebat Malec en-Naſer Iuſef cum copiis ſuis Damaſco, in comitatu plurimorum principum Eiubidarum tum ſuperſtitum. Aderat enim ipſi Malec es-Saleh Iſmaël, filius Malec el-Adeli, filii Eiubi, quondam Damaſci dominus; item Aſchraf Muſa, filius Schirculii, dominus Emeſſae quondam, tum vero Tall Baſcherae et Rahabae atque Tadmorae; porro fratres Moattam Turanſchah et Naſrat-ed-din, ambo filii Sultani Salah-ed-dini; nec non Amgad Haſan et Daher Schadi, fratres, filii eius Malec en-Naſeri Davudi, quondam Carakae domini, quem modo dicebamus Hemſam in cuſtodiam miſſum fuiſſe; tandem Taki-ed-din Abbas, filius Malec él-Adeli, filii Eiubi. Copiarum ſummus imperator, ſimul et imperii Syriaci director, erat Schams-ed-din Lulu Armenus. Hoc tanto apparatu tantisque cognitis molitionibus ſolliciti Miſrenſes quomodo aggreſſores repellerent, procedebant Miſra ad Saieh, relinquentes ſuum nomine tenus Sultanum, Aſchrafum, in arce montis. Et quo diſcordiae ſemina in exercitu Syriaco ſpargeret Ibec Turcomanus, ſupremus mamlucorum dux, ſuſpectumque colluſionis cum hoſtibus et exoſum Ioſepho efficeret Iſmaelem, laxabat ambos huius filios, Malec el-Manſurum Ibrahimum, et Malec es-Saïdum Abd-el-Malecum, e cuſtodia, qua, ex quo capti Balabakae ab exercitu Malec es-Salehi Eiubi fuerant, detinebantur, ſplendidisque afficiebat honoribus. Pugnam deinceps committebant partes, haud procul Abbaſa, die Iovis, decimo undecimi menſis, quae initio quidem Miſrenſibus adverſa erat (371), et procul dubio res eorum proſtraviſſet, niſi caſus aliquis interceſſiſſet inopinatus, Eiubicae domui fatalis. Syri coniectos in fugam Miſrenſes perſequebantur victoriae ſecuri; verum ea ratione longius avecti herum ſuum, Naſerum, paene ſolum deſerebant, cum parva manu eorum, qui cidares geſtant, ſub vexillis Sultanicis conſtanter haerentem, ita ut loco non moveretur.

فثبت المعزّ ايبك التركماني في جماعة قليلة من البحرية فانضاف جماعة من العزيزية مماليك والد الملك الناصر الي ايبك ، ولما انكسرت المصريون وتبعهم العساكر الشامية ولم يشكّوا في النصر بقي الملك الناصر تحت السناجق السلطانية مع جماعة يسيرة من المتعمّمين لا يتحرك من موضعه ، فحمل المعز التركماني بمن معه عليه ، فولي الملك الناصر منهزما طالبا جهة الشام ، ثم حمل ايبك التركماني المذكور علي طلب شمس الدين لولو فهزّمهم ، واخذ شمس الدين لولو اسيرا وضربت عنقه بين يديه ، وكذلك اسر الامير ضياء الدين القيمري فضربت عنقه ، واسر يومئذ الملك الصالح اسماعيل والاشرف صاحب حمص والمعظم تورانشاه ابن صلاح الدين بن ايوب واخوه نصرة الدين ، ووصل عسكر الملك الناصر في اثر المنهزمين الي العباسة وضربوا بها دهليز الملك الناصر وهم لا يشكّون ان الهزيمة تمّت علي المصريين ، فلما بلغهم هروب الملك الناصر اختلفت اراوهم ، فمنهم من اشار بالدخول الي القاهرة وتملّكها ، ولو فعلوا لما بقي مع ايبك التركماني من يقاتلهم به وكان هرب ، فان غالب المصريين المنهزمين وصلوا الي الصعيد ، ومنهم من اشار بالرجوع الي الشام وكان منهم تاج الملوك ابن المعظم وهو مجروح ، وكانت الوقعة يوم الخميس

ووصل

Id ut cognovit Ibec, qui cum paucis Baharicorum firmum gradum tenuerat, aggrediebatur Iosefum, idque eo confidentius, quod non contemnendus numerus Azizicorum, hoc est mamlucorum, quos Iosefi pater, Malec el-Aziz, sibi comparaverat et aluerat, malevolentia et odio adversus herum clandestino concepto, ad ipsum, Ibecum, defecerat. Cogebat ea res Iosephum pedem referre, et versus Syriam se recipere. Discusso itaque hoc, conversus Ibec ad victrices copias, caedebat earum partem, et ipso potiebatur imperatore, Schams-ed-dino Luluo Armeno, cui protinus in conspectu suo cervicem curabat abscindi. Eodem supplicio afficiebat captivum nactus Emirum Daiah-ed-dinum Caimaricum. Ceteri captivi nobilioris ordinis in custodiam dati sunt, ut Malec es-Saleh Ismaël, et Aschraf Emessenus, et Moattam Turanschah, eiusque frater Nasrat-ed-din, filii magni quondam Saladini. Interea Syri, usque ad Abbasam persecuti fugientes Aegyptios, Iosepho suo iam erigebant praetorium, quum eum fugisse intelligebant. Deliberantes itaque quid in hoc perplexo rerum statu agendum sibi sit, in diversa discedebant consilia. Suadebant aliqui, Cahiram recta via contendere et occupare. Quod rectius et amplectendum fuerat. Id enim si fecissent, non mansissent apud Ibecum, cum quibus potuerit Syris obstare, aut pugna decernere; et procul dubio fuisset in fugam coactus, quandoquidem plurima Misrensium copiarum pars fuga se in Thebaidem receperat, et altero statim a pugna die, qui Veneris erat, in arce montana, pro Malec en-Nasero Iosepho publica vota fiebant, nemine apud Misram dubitante, quin is absque controversia victoriam et cum ea totius Aegypti dominium nactus fuerit; Cahirenses autem ita fluctuabant spem inter metumque pendentes, et rerum gestarum ignari, ut nemini prorsus eo die pietatem et homagium profiterentur. Alii contra urgebant, Syriam esse repetendam; quos inter Tag el-Moluk etiam erat, filius Moattami, vulneratus. Et haec senten-

 tia,

ووصل المنهزمون من المصريين الي القاهرة في غد الوقعة نهار الجمعة ، ولم يشكّ اهل مصر في ملك الملك الناصر ديار مصر وخطب له في الجمعة المذكورة في قلعة الجبل وبمصر ، واما بالقاهرة فلم يقم في ذلك النهار خطبة لاحد ، ووردت اليهم البشري بانتصار البحرية ودخل ايبك التركماني والبحرية الي القاهرة يوم السبت ثاني عاشر ذي القعدة ومعه الصالح اسماعيل تحت الاحتياط وغيره من المعتقلين ، فحبسوا بقلعة الجبل ، وعقيب ذلك اخرج ايبك التركماني امين الدولة وزير الصالح اسماعيل واستاذ داره يغمور ، وكانا معتقلين من حين استيلاء الصالح ايوب علي بعلبك ، فشنقهما علي باب قلعة الجبل رابع عشر ذي القعده ، وفي ليلة الاحد السابع والعشرين من ذي القعدة هجم جماعة علي الملك الصالح عماد الدين اسماعيل بن الملك العادل بن ايوب وهو يمصّ قصب سكر واخرجوه الي ظاهر قلعة الجبل من جهة القرافة فقتلوه ودفن هناك ، وعمره قريب من خمسين سنة ، وكانت امّه رومية من حظايا الملك العادل *

وفيها بعد هزيمة الملك الناصر صاحب الشام سار فارس الدين اقطاي بثلاثة الاف فارس الي غزة فاستولي عليها ثم عاد الي الديار المصرية *

ذكر قتل صاحب اليمن ، وفي هذه السنة وثب علي الملك المنصور عمر صاحب اليمن جماعة من مماليكه فقتلوه ، وهو عمر بن علي بن رسول ، وكان والده علي بن رسول استاذ دار الملك المسعود ابن السلطان الملك الكامل ، فلما سار المسعود قاصدا الشام ومات بمكة علي

tia, quamvis deterior, praevalebat. Nam dum terrore populare in commodum ſuum uti, et praecipitem rapere occaſionem cunctantur, faciebant hoſti otium e modica et ancipite victoria certiſſimos et uberrimos fructus percipiendi. Itaque contingebat ut reliquiae fugacium Miſrenſium eodem Veneris die, apud Cahiram coirent; quos eodem ſequebantur ſequente die Sabbati, duodecimo menſis victoriae Baharicorum nuncii et ſigna, ipſeque Ibec Turcomanus cum Baharicis, et cum captivis Malec es-Saleho Iſmaele ceterisque, qui in arce montis deponebantur. Tum ad ſupplicium e carcere protracti et ante portam arcis montanae ſuſpenſi fuerunt eiusdem Iſmaëlis Vezirus, Amin-ed-daula (372), et maior domus, Iagmur, qui, ex quo Malec es-Saleh Eiub Balabacum expugnaverat, illinc in Aegyptum translati, dicta in arce haeſerant vinculis innexi. Veſpera, quae diem Solis, vigeſimum ſeptimum eiusdem undecimi menſis praecedebat, obruebat Turcarum globus ipſum Malec es-Salehum Emad-ed-dinum Iſmaëlem, filium Adeli, filii Eiubi, dum cannam ſacchariferam mandebat, et (373) extractum coram arce montana, qua vergit ad Carrafam [ſeu coemeterium publicum Miſrenſe], trucidabant eo ipſo in loco, in quo ſepultus fuit. Annum agebat tum temporis fere quinquageſimum; mater ipſi fuerat Graeca, una de concubinis Malec el Adeli.

Paullo poſt contendebat Fares-ed-din Ocatai, cum tribus militum millibus, Gazam, et, poſtquam rurſus eam iuri Miſrenſium aſſeruiſſet, redibat in Aegyptum. (374)

Eodem trucidatus a Mamlucorum ſuorum quibusdam fuit Malec el-Manſur Omar, filius Alii, filii Raſuli, dominus Iemanae [ſeu Arabiae felicis]; cuius provinciae dominum hac ratione corripuerat. Pater eius, Ali, fuerat olim maior domus Malec el-Maſudo, filio Malec el-Cameli, eiusdem regni domino. Hic antequam iter ingrederetur, illud in Syriam, in quo ipſum exſpirare contigit apud Meccam, qua de re ſupra ſuo loco [ad

 an.

علي ما تقدّم ذكره استنابه استاذ داره علي بن رسول المذكور باليمن ، فاستقر نايبا بها لبني ايوب ، وكان لعلي المذكور اخوة ، فاحضروا الي مصر واخذوا رهاين خوفا من تغلّب علي بن رسول علي اليمن ، فاستمرّ المذكور نايبا باليمن حتي مات قبل سنة ثلثين وستماية واستولي علي اليمن بعده ولده عمر بن علي المذكور علي ما كان عليه ابوه من النيابة ، فارسل o من مصر اعمامه ليعزلوه ويكونوا نوّابا موضعه ، فلما وصلوا الي اليمن قبض عمر المذكور عليهم واعتقلهم ، واستقلّ عمر المذكور بملك اليمن يوميذ وتلقّب بالملك المنصور واستكثر من المماليك الترك ، فقتلوه في هذه السنة (اعني سنة ثمان واربعين وستماية) ، واستقرّ بعده ابنه في ملك اليمن يوسف بن عمر وتلقب بالملك المظفّر وصفي له اليمن وطالت ايام مملكته علي ما سنعلمه ان شاء الله تعالي ☼

ثم دخلت سنة تسع واربعين وستماية ، فيها توفي الصاحب محيي الدين بن مطروح ، وكان متقدما عند الملك الصالح ايوب كان يتولي له لما كان الصالح بالشرق نظر الجيش ، ثم استعمله علي دمشق ، ثم عزله وولّي ابن يغمور ، وكان ابن مطروح المذكور فاضلا في النثر والنظم ، فمن شعره

عانقته

o) فارسل Forte فارسلوا

an. DCXXVI] diximus, conſtituebat ſuum in Iemana Naiebum [ſeu Locumtenentem] iſtum Alin; qui etiam iſta in dignitate poſt heri exitum, Sultanorum Miſrenſium Eiubidarum nomine, continuabat. Ne tamen is in tantae poteſtatis licentia regionis arbitrarium ipſe ſibi arrogaret imperium, transferebant illi eius fratres Miſram, ibique retinebant, futuros pro fratre fidelitatis et obſequii obſides. Quum autem poſt obitum Alii, hoc eſt, paulo ante annum DCXXX, filius eius, Omar, de quo ſermonem accepimus, idem, quod pater geſſerat, munus Locumtenentis Sultanici, tanquam haereditatis portionem, uſurparet, mittebant Miſrenſes, quibus id inſtitutum diſplicebat, eius patruos in Arabiam felicem, quo illum exigerent. Quo nihil poterat ipſi gratius eiusque deſtinationi ſecundius accidiſſe. Sic enim ſibi nactus in manum quaſi traditos eos, quorum habita ratione Sultanum reveritus hactenus fuerat, comprehendebat eos haud difficulter, et palam detracto velo, negatoque Miſrenſibus obſequio, ſoli vindicabat ſibi regnum, quod hactenus ut Legatus curaverat, titulumque ſibi principum ad inſtar arrogabat Malec el-Manſuri (375), magnamque coëmebat mamlucorum Turcicorum familiam, a qua periit hoc anno. Succedebat ei filius, Ioſeph, ſub aſſumto titulo Malec el-Modaffari, qui Arabiam felicem diu et tranquille poſſedit, ut poſtea diſces, lector, ſuo loco, ſi deo placeat.

Anno DCXLIX [qui die 25 Mart. A. C. 1251 coepit] obiit Saheb [Comes] Mohii-ed-din (376), filius Matruhi, vir Malec es-Saleho Eiubo multum acceptus et honoratus, a quo primum, in orientalibus adhuc terris, inſpectioni copiarum, et deinceps quoque, poſt acquiſitam Damaſcum, huius urbis gubernationi admovebatur. Revocato tamen deinceps ſubſtituebat Eiub filium Iagmuri. Qua de re iam ſupra monuimus. Praeſtabat utroque ſermone, ligato et ſoluto. Poëſeos eius hoc accipe ſpecimen:

Ample-

عانقته فسكرت من طيب الشذي *p*، غصن رطيب بالنسيم قد اغتذا،
نشوان ما شرب المدام وانما امسي بخمر رضابه متنبّذا،
جاء العذول يلومني من بعد ما اخذ الغرام عليّ فيه ماخذا،
لا ارعوي لا انثني لا انتهي عن حبّه، فليهذ فيه من هذا،
ان عشت عشت علي الغرام وان امت وجدا به وصبابة يا حبّذا ٭

وفيها جهّز الملك الناصر يوسف صاحب الشام عسكرا الي غزة وخرج المصريون الي السايح واقاموا كذلك حتي خرجت هذه السنة ٭

وفيها توفي علم الدين قيصر ابن ابي القاسم بن عبد الغني بن *q* الفقيه الحنفي المقري المعروف بتعاسيف، وكان اماما في العلوم الرياضية اشتغل بالديار المصرية والشام ثم سار الي الموصل وقرا علي الشيخ كمال الدين موسي بن يونس علم الموسيقي ثم عاد الي الشام وتوفي بدمشق في شهر رجب من السنة المذكورة، ومولده سنة اربع سبعين وخمساية باصفون *r* من شرقي صعيد مصر ٭

ثم دخلت سنة خمسين وستماية ولم يقع لنا فيها ما يصلح ليورخ ٭

ثم دخلت سنة احدي وخمسين وستماية، فيها استقر الصلح بين الملك الناصر يوسف صاحب الشام وبين البحرية بمصر علي ان يكون للمصريين الي نهر الاردن وللملك الناصر ما وراء ذلك،
وكان

p) الشذي *odoris.* Proprie eſt *acrimonia, vehementia, penetratio,* et tam de odore penetrante, qualis muſci eſt, quam de aliis rebus dicitur. Ita de *fame.* ضرم شذاته "flagrat eius acrimonia" quod Meidanius ſic explicat: يضرب للجايع انا اشتد جوعه، قاله الخليل De *furore* habet Gorair. كلب تخاف شذاته "rabies, cuius vehementia formidoloſa eſt."

Amplectebar eum, indeque fiebam ebrius a ſuavitate fragrantis, quem ſpirabat, odoris; eum, qui ramus erat lentus, ſucculentus, a ſolis zephyris altus.

Videtur ebrius,* quamvis vinum non biberit, ſed temulentum facit vinum ſalivae ſuae.

Venit vituperator carpens me, poſtquam amor eius me mei fecit impotem et totum ſibi ſumſit atque vindicavit.

At (quod ego nolim illum ignorare) nunquam evigilabo ad ſanam mentem, nunquam patiar me ab eius amore averti aut arceri. Garriat ergo de meo amore amatoque quisquis velit.

Vivendum ſi mihi ſit, vivam in amore; quod ſi vero moriar prae eius deſiderio et ϛοργῃ, euge bene, quam felix ero!

Eodem mittebat Malec en-Naſer Ioſef copias adverſus Gazam; quamobrem (377) Miſrenſes ad Saieh ibant, ubi ſubſtiterunt hac ratione usque ad anni exitum.

Eodem deceſſit Alm-ed-din Caiſar, filius Abu'l-Caſemi Abd-el-Ganii, fakihus Hanafiticus, et Mocri, vulgo Taaſifi nomine celeber, in ſcientiis mathematicis verſatiſſimus. Operam ſtudiis dederat in Aegypto et Syria; deinde acceſſerat Mauſelam, ibique a Camal-ed-dino Muſa, filio Ionae, didicerat muſicen; deinde redux in Syriam, Damaſci obiit menſe huius anni ſeptimo: natus fuerat anno DLXXIV Osfuni, oppido Thebaidis orientalis.

Anno DCL nihil occurrit nobis memoratu dignum.

Anno DCLI [qui die 2 Mart. A.C. 1253 coepit] coaleſcebat pax Malec en-Naſerum Ioſephum inter et Baharicos Miſrenſes (378), per quam concedebat his quantum citra Iordanem verſus Aegyptum ſpectat, illi omnis reliqua Syria, ultra iſtum fluvium

* Propter vacillantem greſſum, quem orientales in formoſis laudant.

وكان نجم الدين البادرائي رسول الخليفة هو الذي حضر من جهة الخليفة واصلح بينهم علي ذلك ، ورجع كل منهم الي مقرّه ٭

وفيها قطع ايبك التركماني خبز حسام الدين ابن ابي علي الهذباني ، فطلب دستورا فاعطيه ، وسار الي الشام فاستخدمه الملك الناصر يوسف بدمشق ٭

ذكر احوال الناصر صاحب الكرك ، وفيها افرج الملك الناصر يوسف عن الملك الناصر داود بن المعظم الذي كان صاحب الكرك ، وكان قد اعتقله بقلعة حمص ، وذلك بشفاعة الخليفة المستعصم فيه ، فافرج *s* عنه وامره ان لا يسكن في بلاده ، فرحل الناصر داود الي جهة بغداد ، فلم يمكنوه من الوصول اليها ، وطلب وديعته الجوهر ، فمنعوه اياها ، وكتب الملك الناصر يوسف الي ملوك الاطراف انهم لا ياووه ولا يميروه ، فبقي الناصر داود في جهة عانة والحديثة وضاقت به الاحوال وبمن معه وانضم اليه جماعة من غزيه *t* ، فبقوا *v* يرحلون وينزلون جميعا ، ثم لما قوي عليهم الحر ولم يبق بالبرية عشب قصدوا ازوار الغرات يقاسون بق الليل وهواجر النهار ، وكان معه اولاده ، وكان لولده الظاهر شادي فهد ، فكان يصيد في النهار ما يزيد علي عشرة غزلان ، وكان يمضي للناصر داود ولاصحابه ايام لا يطعمون غير لحوم الغزلان ، واتفق

Lex. except it musquitoes.

q) Vtrumque بن delendum ante et poſt عبد الغني

r) باصغون Num recte? *s*) فافرج C. L. فاخرج

t) غزيه corruptum. Conf. غزيه in fine huius articuli.

vium poſita; opera maxime Nagm-ed-dini Baderaiaĉnſis, qui eo miſſus a Chalifa, aderat quo partes bello implicitas conciliaret. Conſtitutis ita regnorum limitibus abſcedebant ad ſuam quisque ſedem.

Eodem abſcindebat Ibec Turcomanus Huſam-ed-dino, filio Abu-Alii, Hodbanenſi, ſtipendia ſua: quapropter ille veniam rogabat abeundi, et nactus tranſibat in ſervitium Malec en-Naſeri.

Eodem dabat idem Malec en-Naſer Ioſef libertatem Malec en-Naſero Davudo, quondam Carakae domino, hactenus Emeſſae cuſtodito, precibus Chalifae Moſtaſami concedens; ſimul tamen iubebat eum e territorio ſuo abire. Propterea movebat Davud verſus Bagdadum; illinc depoſitum ſuum, gemmas, repetiturus, de quibus ſupra diximus; ſed et prohibitus ab introitu in urbem auguſtam, neque recuperans opes ſuas, oberrabat circa Anam et Haditam, miſer et egenus exſul; quandoquidem principes eorum tractuum, partim precibus Ioſephi permoti, partim eius territi minis, neque tecto virum infortunatum recipere, neque commeatu inſtruere, audebant. Veniebat ibi Davud in notitiam et ſocietatem vagabundorum aliquot Arabum, quibus cum quamdiu permittebat anni tempeſtas, et paſcua gregibus ſuppetebant, ex uno loco in alterum commigrans, movebat et tendebat viciſſim. Quum tandem nimium ferre ſolem et pabuli diutius nequirent inopiam, recipiebant ſe in anfractus et lacunas Euphratis, ubi ſub dio flagrantes per diem aeſtus, per noctem ſaevum frigus, experiebantur; victum a venatu capiebant. Qua in re praeclaram ipſis praeſtabat operam lupus cervarius, quem Daher Schadi (379), liberorum Davidis unus, ſecum habebat. Hoc animal uno die plus decem gazellas vernabatur, fulcrum ingentis, quam tolerabant, inediae. Plures enim praeteribant interdum dies, quibus edulium, praeter carnes dorcadum, aliud non habebant. Aliquando mittebat ipſis Malec el-Aſchraf, do-

واتفق ان الاشرف صاحب تل باشر وتدمر والرحبة يوميذ ارسل الي الناصر داود مركبين موسقين دقيقا وشعيرا ، فارسل صاحب دمشق وتهدده علي ذلك ، ثم ان الناصر داود قصد مكانا للشرابي واستجار به ، فرتب له الشرابي شيادون كفايته فاذن له في النزول بالانبار وبينها وبين بغداد ثلاثة ايام ، والناصر داود مع ذلك يتضرع الي الخليفة المستعصم ، فلا يجيب ضراعته ، ويطلب وديعته ولا يرد اهفته x ولا يجيب الا بالمماطلة والمطاولة ، وكانت مدة مقامه متنقلا في الصحاري مع عربه قريب ثلثة اشهر ، ثم بعد ذلك y ارسل الخليفة وشفع فيه عند الملك الناصر ، فاذن له في العود الي دمشق ورتب له ماية الف درهم علي بحيرة z قامية وغيرها ولم يتحصل له عن ذلك الا دون ثلثين الف درهم ✲

وفيها وصلت الاخبار من مكة بان نار ظهرت من عدن وبعض جبالها بحيث كانت تظهر في الليل ويرتفع منها في النهار دخان عظيم ✲

ثم دخلت سنة اثنين وخمسين وستماية ، ذكر دولة الحفصيين ملوك تونس ، وجدهم هم المنسوبون اليه هو ابو حفص عمر صاحب ابن تومرت ، وكان عند ابن تومرت نظير عبد المومن في المنزلة ، فلما تملك عبد المومن بقي ابو حفص المذكور علي اعظم ما يكون من المنزلة ، وبقي كذلك حتي مات ، وصار بعده ولده عبد الواحد بن

شيادور

v) فبغوا C. L. فبغي

x) اهفته corruptum. Forte ولا يردها اليه

y) ذلك deerat codici.

minus Tall-Baſcheri et Rahabae et Tadmorae, duo navigia farina et hordeo plena. Sed ideo graviter interminabatur ipſi Naſer Ioſef Damaſcenus. Tandem ad eum locum tendebat Naſer Davud, ubi ſciebat Scharabicum agere, eiusque implorabat protectionem, et obtinebat quoque, cum venia, apud Anbaram habitandi, praetereaque ſtipendio, quamvis ad vitae neceſſitates minus ſufficiente. Interim ſupplicabatur Davud Chalifae ex vicinia (nam tribus tantum diaetis abeſt Anbara Bagdado) quam humillime, vellet ſibi depoſitum ſuum reddere. Sed fruſtra: vix obtinebat incertas et valde ſuſpectas immanis morae ſpes, et interceſſionem apud Ioſephum, quae tantum valebat, ut hic ipſi, poſt trimeſtres per vaſta et ſterilia deſerta cum Arabibus errores, Damaſcum redeundi veniam daret, et centies mille numos argenteos ex lacus Famiae aliorumque fundorum reditibus aſſignaret. Verum tamen ad Davudum ne integra quidem triginta millia redibant.

Fama ferebat eodem anno Mecca veniens, circa Adanam [in Arabia felice] et aliquos vicinorum montium, conſpectos fuiſſe ignes, noctu quidem manifeſtos et luculentos, interdiu autem fumum ingentem exhalantes.

Anno DCLII [qui die Febr. 20. A. C. 1254 coepit] obiit Chalifa, ſed Tunetanus (380), Moſtanſer Muhammed, filius Abu-Zacaria Iahia; de cuius genere, et generis auctore, Abu-Haffo Omaro, de quo Haffidae appellantur, ipſorum dynaſtia, quae illi Abd-el-Mumenidarum ſucceſſit, ſtrictim quaedam, ſumma rerum veſtigia, perſequemur. Erat Abu-Hafs Omar (381), ille, cuius in hiſtoria Ibn-Tumruti et originis Abd-el-Mumenidarum meminimus, ſocius et amicus Ibn-Tumruti, et pari apud eum in gradu, quam ipſe Abd-el-Mumen (382). Eandem quoque retinebat, quoad vivebat, exiſtimationem, poſtquam Abd-el-Mumen, Ibn-Tomruto defuncto, ſummam poteſtatem adeptus fuerat. Sub huius Omari filio, Abd-el-Vahedo (383), florebat

 dyna-

بن ابي حفص عمر، ثم صار من بعده ابنه ابو زكريا يحيي بن عبد الواحد بن ابي حفص عمر المذكور وضعفت دولة بني عبد المومن في زمانه، فتملّك ابو زكريا يحيي تونس وتلقّب بامير المومنين وعظم شانه وبقي ابو زكريا في ملك افريقية بتونس، ثم ملك بعده ابنه محمد بن ابي زكريا يحيي المذكور واتّسم بالخلافة وتلقّب بالمستنصر وبقي كذلك حتي توفي في هذه السنة (اعني سنة اثنين وخمسين وستماية) ثم ملك بعده اخوه يحيي بن يحيي وملك سبعة عشر يوما، ثم ولي بعده اخوهما ابو اسحق ابراهيم بن يحيي بن عبد الواحد بن ابي حفص عمر، ثم انتقل الملك الي رجل من اهل بجاية يقال له محمد بن عمارة وملك اربع سنين، ثم عاد الملك الي الحفصيين وملك منهم بعد ابن عمارة ابو حفص عمر بن يحيي بن عبد الواحد بن ابي حفص عمر، ثم ملك بعده ابنه عبد الرحمان بن عمر المذكور وملك خمسة وعشرين يوما، ثم خلع وملك بعده رجل من الحفصيين ايضا يقال له ابو a عبد الله وكان يلقب بابي عصيدة ابو بكر بن عبد الرحمن المخلوع، ثم قتله ابو البقاء خالد رجل من الحفصيين ايضا وتملك ابو البقاء المذكور، ثم ملك بعد ابي البقاء ابو يحيي اللحياني واسمه زكريا بن احمد بن محمد بن يحيي بن عبد الواحد بن ابي حفص عمر صاحب ابن تومرت، وهو صاحب تونس في زماننا (وهو سنة ثماني عشرة وسبعماية)، وهذا ما نقلته عن شخص من المغاربة كان يدّعي معرفة تواريخ المذكورين ولم يستحضر تواريخ وفياتهم لا نكرها، والعهد بذلك علي الشيخ المذكور،

اقول

dynaſtia gentis Abd-el-Mumeni. Sed ſub huius filio, iſtius nepote, Abu-Zacaria Iahia, marceſcebat. Vnde ipſi copia fiebat Tunetum et dignitatem principis fidelium [quam Abd-el-Mumenidae ſoli hactenus in occidente geſſerant], arripiendi, magnamque famam et poteſtatem ſibi comparandi. Poſt eius fata deveniebat imperium Tuneti et huic adiunctae Africae ad hunc eius filium, Muhammedem, titulo Moſtanſarum, cuius occaſione hanc de regibus Tunetanis tractationem ſuſcepimus. Eum hoc anno DCLII vita defunctum excipiebat frater, Iahia, patri cognominis. Sed plus ille ſeptendecim dies in imperio non exigebat; quod poſt ipſum capeſſebat amborum frater, Abu-Ishac Ibrahim, filius Iahiae, filii Abd-el-Vahedi, f. Abu-Haſſi Omari. Deinde aberrabat aliquamdiu Tunetanus principatus, ab ea gente, ad virum aliquem Bagaienſem, Muhammedem, filium Omarae (384), delatus: quarto autem elapſo anno poſt, redibat ad Haſſidas, et quidem ad Abu-Haſſum Omarum (385) [ſecundum], filium Iahiae, filii Abd-el-Vahedi, filii Abu-Haſſi Omari [primi]. Regnabat porro huius Omari ſecundi filius, Abd-er-Rahman, per viginti quinque tantummodo dies. Tunc enim amoto ſuſſiciebant aliquem, Haſſidam quoque, Abu-Abdallam, vulgo Ibn-Aſida dictum. Huic ſuccedebat remoti Abd-er-Rahmani filius, Abu-Becr. Hunc necabat Abu'l-Baca Chaled, et deinceps tyrannidem exercebat, etiam Haſſida. Tandem obtinuit ſummam apud Tunetanos poteſtatem Abu-Iahia Zacaria Lahianita, filius Ahmedis, filii Muhammedis, filii Iahiae, filii Abd-el-Vahedi, f. Abu-Haſſi primi, conditoris gentis; et hic etiamnum imperat anno, quae haec ſcribimus, DCCXVIII. Mirabitur forte quis lector vagam hanc et tenuem narrationem. At ſciat velim, ea nos habere, et tradere porro, ex ore alicuius Africani, qui probe callere iactabat Haſſidarum hiſtoriam, ſed praeſentes animo fatales cuique annos non habebat. Quamobrem neque nos potuimus deſignare. Fides igitur hactenus narratorum

اقول واللحياني المذكور قدم الي مصر قبل ان يتملك فرايته فيها في سنة تسع وسبعماية وكان حسن الشكل ضخم الخلقة ، قدم الي ديار مصر وربما انه حج ثم عاد الي بلاد المغرب وملك تونس وهو مقهور فيها مع العرب ، فانهم متغلبون عليه ❊

ذكر مقتل اقطاي ، وفي هذه السنة اغتال الملك المعز ايبك التركماني المستولي علي مصر[z] خوشداشه اقطاي الجمدار واوقف له في بعض دهاليز الدور التي بقلعة الجبل ثلاثة مماليك وهم قطز وبهادور وسنجر الغتمي ، فلما مرّ بهم فارس الدين اقطاي ضربوه بسيوفهم فقتلوه ، فلما علمت البحرية بذلك هربوا من ديار مصر الي الشام ، وكان الفارس اقطاي يمنع ايبك من الاستقلال بالسلطنة ، وكان الاسم للملك الاشرف موسي بن يوسف بن يوسف بن الملك الكامل محمد بن ابن بكر العادل بن ايوب ، فلما قتل اقطاي استقلّ المعز التركماني بالسلطنة وابطل الاشرف موسي المذكور منها بالكلية وبعث به الي عماته القطبيات *b* ، وموسي المذكور اخر من خطب له من بيت ايوب بالسلطنة بمصر ، وكان انقضاء دولتهم من الديار المصرية في هذه السنة علي ما شرحناه ، ووصلت البحرية الي الملك الناصر يوسف صاحب الشام واطمعوه في ملك مصر ، فرحل من دمشق بعسكره ونزل عمتا من الغور وارسل الي غزة عسكرا ونزلوا بها وبرز المعزّ صاحب مصر الي العباسة وخرجت السنة وهم علي ذلك ❊

وفيها

z) بحيرة C. L. بحرية

a) Forte ابو ante عبد الله delendum. Sed aliqua exciderunt.

b) الغطبيات C. L. الغطيات

ratorum ſit penes hominem noſtrum. Ego vero illum Lachianenſem vidi Miſrae anno DCCIX tum temporis adhuc privatum, hominem pulchra forma corporis et firma craſſaque compage. Venerat in Aegyptum ſacri, ut videtur, itineris Meccani cauſſa; quo confecto domum rediit, et Tuneti nunc regnat, ſed ex Arabum arbitrio, quibus adverſari aut negare quidquam non valet.

Eodem anno cadebat Fares-ed-din Ocatai. Nimirum Malec el-Moëzz Ibec Turcomanus, Aegypti tyrannus, ſublatum cupiebat hunc ſuum Choſchdaſchum [ſeu collegam olim] et Hamdarum, ideo, quod is ſibi ſolus obſtabat, ne titulum Sultani uſurparet, quem, caſſum tamen omni valore et auctoritate, geſſerat hactenus Malec el-Aſchraf Muſa, filius Ioſephi [ſimpliciter], filii Ioſephi [Maſudi], filii Malec el-Cameli, filii Malec el-Adeli, filii Eiubi. Tres itaque mamlucos, Cotuzum, Bahadurum et Sangarum Gatamicum, abſcondebat ſub aulaeis alicuius cubiculi in arce montana, qua transeundum erat Fares-ed-dino. Hi praetereuntem ex inſidiis adorti gladiis confodiebant. (386) Amoto ſic obice deſtinata protinus exſequi parabat Turcomanus Ibec, tyrannidem invadebat, abrogabat homagium hactenus praeſtari ſolitum Aſchrafo, eumque ad patruas eius, Cotbicas (387), relegabat, et ſic finem faciebat Eiubidarum in Aegypto dynaſtiae. (388) Sed adeo terrebat et irritabat ille caſus Baharicos mamlucos, ut fuga ſe Damaſcum reciperent, cuius domino, Malec en-Naſero Ioſepho, Aegypti acquirendae cupiditatem et ſpem faciebant: neque ſegnes ille manus admovebat operi, ſed eductis Damaſco copiis caſtra ponebat in Amk (389), tractus Gaurenſis, indeque manipulos praemittebat ad Gazam occupandam; quod etiam faciebant. Viciſſim Miſra quoque prodibat Malec el-Moëzz Ibec. Sed conſumtus in his apparationibus et moliminibus fuit hic annus, quorum eventum ſub anno proximo notabimus.

وفيها قدمت ملكة خاتون بنت كيقباد ملك الروم الي زوجها الملك الناصر يوسف صاحب الشام *

وفيها ولي الملك المنصور صاحب حماة قضاء حماة القاضي شمس الدين ابراهيم ابن هبة الله بن البارزي بعد عزل القاضي المحيي حمزة بن محمد *

ثم دخلت سنة ثلاث وخمسين وستماية ، فيها عزمت العزيزية المقيمون مع المعزّ ايبك علي القبض عليه ، وعلم بذلك واستعدّ لهم ، فهربوا من مخيمهم علي العباسة علي حمية واحتيط علي وطاقاتهم جميعا *

وفي هذه السنة مشي نجم الدين البادراي في الصلح بين المصريين والشاميين ، واتفق الحال علي ان يكون للملك الناصر يوسف الشام جميعه الي العريش ويكون الحد بير ^c) القاضي وهو ما بين الوارادة والعريش وبيد المعز ايبك الديار المصرية ، وانفصل الحال علي ذلك ورجع كل الي بلده *

وفيها او في التي قبلها تزوّج المعزّ ايبك شجر الدرّ امّ خليل التي خطب لها بالسلطنة في ديار مصر *

وفيها طلب الملك الناصر داود من الملك الناصر يوسف دستورا الي العراق بسبب طلب وديعته من الخليفة وهي الجوهر الذي تقدّم ذكره وان يمضي الي الحج ، فاذن له الناصر يوسف ، في ذلك ، فسار الناصر داود الي كربلا ثم مضي منها الي الحج ، ولما

c) بير Cod. Leid. بين

Interea dicemus, hoc anno deductam et in manus traditam ſponſo ſuo, Malec en-Naſero Ioſepho, fuiſſe Maleca Chatunam, Romaniae domini, Caicobadi, filiam.

Item Malec el-Manſurum, Hamatae dominum, Cadii in urbe ſua munus, Mohii-ed-dino Hamzae, filio Muhammedis, ademtum, in Scharf-ed-dinum Ibrahimum, filium Hebatallae, Ibn-el-Barezium (390), contuliſſe.

Anno DCLIII [qui die 9 Febr. A. C. 1255 coepit] componebatur amice bellum, quod Aegyptiis a Syro imminebat, opera eiusdem Nagm-ed-dini Badaraiaēnſis, qui ante biennium ſimile negotium confecerat; et in has quidem conditiones, ut, quidquid ad Ariſchum [vel Lariſſam] usque pateat, id omne Naſeri Ioſephi ſit; Aegyptus reliqua Ibeki, et ut Bir el-Cadi [ſeu puteus Cadii] ſit limes utriusque imperii. Eſt autem Bir el-Cadi inter Varradam et Ariſch. Conſtituta in hanc formulam pace redibat quisque ad ſua.

Ante vero quam haec conficerentur, actum paene de Ibeco fuerat. Nam Azizi [qui, ut ſupra vidimus, deſerto heri quondam ſui filio, Naſero Ioſepho, ad Ibecum tranſierant] machinabantur eum comprehendere. Sed ille doli praeſentiens, ei ſe comparabat eludendo. Succeſſu ergo deſtituti optato, tam praecipitem fervidamque arripiebant fugam e ſuis apud Abbaſam tentoriis, ut praeter corpora ſua nihil inde efferrent, ſed omnia Ibeco obtingerent, qui cuſtodia ipſorum tentoria cingebat.

Idem Ibec, ſeu, ut appellari affectabat, Malec el-Moëzz, inibat eodem anno, aut praecedente, matrimonium cum Schagar ed-Dorr Valida Chalil, illa, quam in ſuperioribus dicebamus Reginam per Aegyptum fuiſſe renunciatam.

Eodem anno petebat Malec en-Naſer Davud, olim Carakae dominus, a Naſero Ioſepho veniam itineris in Iracam repetendi a Chalifa ſui depoſiti gratia, gemmarum ſcilicet, item ad ſacra loca proficiſcendi; eaque impetrata ibat per Kerbelam Me-

ولما راي قبر النبي تعلّق باستار الكعبة الشريفة بحضور الناس وقال اشهدوا ان هذا مقامي من رسول الله داخلا عليه مستشفعا به الي ابن عمه المستعصم في ان يردّ اليّ ويعتني ، فاعظم الناس ذلك وجرت عبراتهم وارتفع بكاوهم وكتب بصورة ما جري مشروح ورفع الي امير الحاج كيخسرو وذلك يوم السبت الثامن والعشرين من ذي الحجة من هذه السنة وتوجه الناصر داود مع الحاج العراقي واقام ببغداد ❊

ثم دخلت سنة اربع وخمسين وستماية ، فيها مات كيخسرو ملك بلاد الروم واقيم بالسلطنة ولداه الصغيران عز الدين كيكاوس وركن الدين قليج ارسلان ❊

وفيها توجه كمال الدين المعروف بابن العديم رسولا من الملك الناصر يوسف صاحب الشام الي الخليفة المستعصم وصحبته تقدمة جليلة وطلب خلعة من الخليفة لمخدومه ، ووصل من جهة المعز ايبك صاحب مصر شمس الدين سنقر الاقرع وهو من مماليك المظفر غازي صاحب ميافارقين الي بغداد بتقدمة جليلة وسعي في تعطيل خلعة الناصر يوسف صاحب دمشق ، فبقي الخليفة متحيّرا ،

ثم

dinam; ubi ad ſepulcrum Prophetae inviſebat; deinde Meccam delatus, apprehendebat Caabae, glorioſiſſimae et ſanctiſſimae domus, aulaea in conſpectu itineratorum, quotquot illo anno aderant, omnium, et clamabat ſic: "Anteſtor vos, ſpectatores, me conſtitutum in hoc illuſtre ſanctoque loco ſupplicari apoſtolo dei, velit interceſſione et deprecatione ſua efficere apud ſuum ex patruo nepotem, Moſtaſamum; ut depoſitum mihi meum reddat." Horrebat corona Davudi ſupplicationem, et iniquitatem Moſtaſami, ut uberrimis lacrimis ſonoroque ploratu luctuoſam ſortem indigna paſſi proſequerentur. Ampla relatio caſus tam non vulgaris, tam non exſpectati, tantam denique invidiam Chalifae moventis, exhibebatur Emir el-Hag [ſeu duci ſacrae peregrinorum catervae] Caichoſruo, die Sabbati, vigeſimo et octavo die duodecimi menſis huius anni. Fieri aliter ex eo non poterat, quam ut Davud, qui Chalifam publico loco iniuſtitiae accuſaverat, et ad tribunal Prophetae quaſi evocaverat, una cum ceteris peregrinis orientalibus, in Iracam duceretur, quo Bagdadi ſatis ipſi fieret. Quoniam vero haec, ut patet, ſub anni huius exitum contigerunt, ſeponenda nobis eſt eventus huius enarratio ad alterum annum.

Anno DCLIV [qui die Ianuar. 29. A.C. 1256 coepit] obiit Caichoſru (391), dominus Romaniae; cui ſufficiebantur in Sultanatum gemini eius filii, ſed aetate adhuc minores, Azz-ed-din Caicavus, et Rocn-ed-din Kilig Arſlan.

Eodem ibat Camal ed-din, vulgo Ibn-el-Adim [ſeu filius pauperis] dictus, Bagdadum, a Malec en-Naſero Ioſepho, Syriae domino, legatus ad Chalifam Moſtaſamum, ſplendidis cum muneribus, ambiens trabeam [inveſtituram] hero ſuo. Sed eo ipſo tempore Bagdadum quoque veniebat a Moëzzo Ibeco, Miſrae domino, legatus Schams-ed-din Soncor, el-Acra [ſeu calvus] vulgo dictus, unus olim de familia mamlucorum Malec el-Modaffari Gazii, domini Maiafarekinae; pretioſis et ipſe donis onera-

ثم انه احضر سكّينا من اليسم كبيرة وقال الخليفة لوزيره اعط هذه السكين رسول صاحب الشام علامة منّي في ان له خلعة عندي في وقت اخر، واما في هذا الوقت فلا يمكنني، فاخذ كمال الدين بن العديم السكين وعاد الي الناصر يوسف بغير خلعة ☼

وفيها جري للناصر داود مع الخليفة ماصورته انه لما اقام ببغداد بعد وصوله مع الحجاج واستشفاعه بالنبي صلعم في ردّ وديعته ارسل الخليفة المستعصم من حاسب الناصر داود المذكور علي ما وصله في تردداه الي بغداد من المضيف مثل اللحم والخبز والحطب والعليق والتبن وغير ذلك، وثمّن عليه ذلك باغلي الاثمان وارسل اليه شيا نزرا والزمه ان يكتب خطه بقبض وديعته وانه ما بقي يستحقّ عند الخليفة شيا، فكتب خطّه بذلك مكرها وسار عن بغداد واقام مع العرب، ثم ارسل اليه الناصر يوسف بن العزيز بن غازي بن يوسف صاحب الشام فطيّب قلبه وحلف له، فقدم الناصر داود الي دمشق ونزل بالصالحية ☼

وفي هذه السنة يوم الاحد ثالث شوال توفي سيف الدين طغريل مملوك الملك المظفر محمود صاحب حماة، وكان قد زوّجه المظفر المذكور باخته، وقام بتدبير مملكة حماة بعد وفاة الملك المظفر حتي توفي في التاريخ المذكور ☼

ثم

oneratus, qui modis omnibus investituram Iosephi laborabat intervertere. Haerens igitur in ancipiti Chalifa, pariter ambo reveritus, ambos offendere cavens contraria petentes, et de neutrius futura fortuna certus, id tandem excogitabat expediens. Dabat Veziro suo magnum cultrum [vel sicam] e Iasmino, eamque iubebat legato Syri exhiberi, in signum et pignus trabeae, quae precibus eius in rerum praesentia concedi nequeat, commodiore alio tempore* impertiendae. Sic abeundum erat Ibn-el-Adimo rebus infectis.

Hoc tandem finita fuit anno pretiosa lis inter Naserum Davudum, et Mostasamum, in hunc modum. Quum Davud, prophetae supplex, una cum ceteris peregrinis Bagdadum venisset, mittebat Chalifa quendam, qui rationes ipsi proponebat, pecuniarum a Chalifa ipsius caussa per totam illam viam a Mecca usque ad Bagdadum expensarum in carnes, panem, ligna, foenum, stramen, alia necessaria. Sed aestimata erant omnia tam immanis, ut de pretio gemmarum tantillum fieret reliquum, vilis pecuniola, et censu vix digna; quae ut numerata Davudo fuerat, cogebatur edito chirographo testari, depositum suum integrum ad se rediisse, satis sibi ex pleno factum esse, neque porro se habere, quod a Chalifa postulet. Quid ageret infelix? Obtemperandum erat et cedendum violentiae. Postquam igitur invitus edidisset chirographum in hanc formulam, deserebat Bagdadum, et agebat cum Arabibus Scenitis, unde ipsum per legatos blandis delinitum verbis et interposito iure iurando confirmatum ad se Damascum extrahebat Naser Iusef. Inde habitavit Davud in Salehica.

Eodem anno, die Solis, tertio decimi mensis, obiit Saif-eddin Togril, mamlucus Malec el-Modaffari Mahmudi, principis Hamatae, tam hero gratus, ut sororem ipsi suam in uxorem daret. Eo quoque defuncto principatum eundem administravit Togril, donec obiret.

* Conf. ad an. 655.

ثم دخلت سنة خمس وخمسين وستمائة ، ذكر قتل المعز ايبك التركماني ، في هذه السنة في يوم الثلثا الثالث والعشرين من ربيع الاول قتل المعز ايبك التركماني الجاشنكير الصالحي ، قتلته امراته شجر الدر التي كانت امراة استاذه الملك الصالح ايوب ، وهي التي خطب لها بالسلطنة في ديار مصر ، وكان سبب ذلك انه بلغها ان المعز ايبك المذكور قد خطب بنت بدر الدين لولو صاحب الموصل ويريد ان يتزوجها ، فقتلته في الحمام بعد عوده من لعب الكرة في النهار المذكور ، وكان الذي قتله سنجر الجوجري مملوك الطواشي محسن والخدام حسبما اتفقت معهم شجر الدر عليه وارسلت في تلك الليلة اصبع المعز ايبك وخاتمه الي الامير عز الدين الحلبي الكبير *d* وطلبت منه ان يقوم بالامر ، فلم يجسر علي ذلك ، فلما ظهر الخبر اراد مماليك المعزّ قتل شجر الدرّ ، فحماها المماليك الصالحية ، فاتفقت الكلمة علي اقامة نور الدين علي بن الملك المعز ولقّبوه الملك المنصور وعمره يومئذ خمس عشرة سنة ، ونقلت شجر الدر من دار السلطنة الي البرج الاحمر وصلبوا الخدام الذين اتفقوا معها علي قتل المعز ايبك ، وهرب سنجر الجوجري ثم ظفروا به وصلبوه ، واحتيط علي الصاحب بهاء الدين علي بن حنّا لكونه وزير شجر الدر واخذ خطه بستين الف دينار ، وفي يوم الجمعة عاشر ربيع الاخر من هذه السنة اتفقت مماليك المعز ايبك مثل سيف الدين قطز وسنجر الغتمي وبهادور

d) الكبير Num aliquid deeſt?

Anno DCLV [qui die 18 Ian. A. C. 1257 coepit] peremtus eſt Malec el-Moëzz Ibec, Turcomanus, Gaſchnekir, Salehicus [ſeu Malec es-Salehi Eiubi quondam mamlucus] die Martis, vigeſimo tertio tertii menſis ex inſidiis uxoris ſuae, Schagar ed-Dorr, quam heri pellicem quondam fuiſſe, reginamque per Aegyptum renunciatum et ab hoc in matrimonium ductam, ſupra diximus. Aemulatio et amittendae metus auctoritatis feminam ad id ſcelus impulerant, certiorem factam, Ibecum novas nuptias animo agitare, et Bedr-ed-dini Lului, domini Mauſelae, filiam ab eius patre petiiſſe. Perficiebat caedem in balneo, in quod is a luſu ſphaerae [ligneae, quae in equo fit,] ingreſſus fuerat, manu Sangari Gugarici (392), qui mamlucus Tavaſchii Mohſeni quondam fuerat, et reliquorum eunuchorum, quibuscum illa conſpiraverat et facinus condixerat. Eo perpetrato mittebat protinus, ea ipſa nocte, abſciſſum cadaveri digitum annularem, ipſo cum annulo, ad Emirum Azz-ed-dinum, Halebenſem, magnum,* rogans, velit regnum occupare. Is autem non audebat tantum periclitari. Interim emanante caſus fama poſcebant Ibekici mamluki feminam ad ſupplicium. Sed intercedebant tum quidem mamluki Salehici. Omnes porro in id conſentiebant, ut peremti filium Sultanum ſimul, et Malec el-Manſurum ſalutent, iuvenem, qui annum aetatis tum ſextum et decimum (393) agebat. Eo facto transferebant Schagar ed-Dorr e domo Sultanica in turrim rubram; qui facinori manum et operam praeſtiterant, eunuchi omnes (394) ibant in crucem, et ipſe quoque Sangar Gugaricus, e fuga retractus. Saheb Baha-ed-din Ali Ibn-Hanna, Vezirus feminae, cinctus cuſtodia fuit, et coactus ſcriptam ſua manu aſſignationem ſexaginta millium aureorum edere. Die porro Veneris, decimo quarti menſis, conſpirati mamluki Ibekici, ut Saif-ed-din Cotuz, et Sangar Gatamicus, et Behadur, com-

* Aut *maiorem*. Forte ſic appellatus oppoſitione ad aliquem الصغير *minorem*.

وبهادور وقبضوا علي علم الدين سنجر الحلبي ، وكان قد صار اتابكا للملك المنصور نور الدين بن الملك المعز ايبك ، ورتّبوا باتابكية المذكور اقطاي المستعرب الصالحي ، وفي سادس عشر ربيع الاخر من السنة المذكورة قتلت شجر الدر والغيت خارج البرج فحملت الي تربة قد عملتها فدفنت فيها ، وكانت تركية الجنس ، وقيل كانت ارمنية ، وكانت مع الملك الصالح في الاعتقال بالكرك وولدت منه ولدا اسمه خليل مات صغيرا ، وبعد ايام من ذلك خنق شرف الدين الفايزي *

ذكر مفارقة البحرية للملك الناصر يوسف صاحب الشام ابن الملك العزيز، في هذه السنة نقل الي الناصر يوسف ان البحرية يريدون ان يفتكوا به ، فاستوحش خاطره منهم وتقدّم اليهم بالانتزاح عن دمشق ، فساروا الي غزة وانتموا الي الملك المغيث فتح الدين عمر بن الملك العادل ابي بكر بن الملك الكامل ، وانزعج اهل مصر لقدوم البحرية الي غزة وبرزوا الي العباسة ، ووصل من البحرية جماعة متقربين الي القاهرة منهم عز الدين الاثرم فاكرموه وافرجوا عن املاك الاثرم ، ولما فارق البحرية الملك الناصر صاحب الشام ارسل عسكرا في اثرهم ، فكبس البحرية ذلك العسكر ونالوا منه ، ثم ان عسكر الناصر بعد الكسرة كسروا البحرية ، فانهزموا الي البلقاء والي عزe ملتجيين الي الملك المغيث صاحب الكرك ، فنفق المغيث فيهم اموالا جليلة

واطمعوه

comprehendebant Alm-ed-dinum Sangarum Halebensem, qui hactenus Atabec [seu tutor] Malec el-Mansuri fuerat, eique in istam dignitatem sufficiebant Ocataium Mostarebum (395) Salehicum. (396) Tandem die decimo sexto quarti eiusdem mensis peremta fuit Schagar ed-Dorr, et deinceps extra turrim rubram proiecta, et in tumulum denique importata, quem ipsa sibi viva curaverat. Turcici erat generis, aut Armeni, quod alii perhibent. Carcerem Carakae incoluerat una cum Malec es-Saleho Eiubo, eique filium peperat, Chalilum, sed qui parvulus decessit. Paucis post huius feminae necem diebus strangulatus etiam periit Scharf-ed-din Faiezicus [seu Malec el-Faiezi, filii Malec el-Adeli, quondam mamlucus].

Hoc anno deserebant Baharici servitium Malec en-Naseri Iosephi, domini Syriae. Hic enim, certior factus, illos id agitare, ut ipsum derepente oppressum perimant (397), concepto inde horrore atque odio iubebat eos procul Damasco abire. Ibant ergo Gazam, studiaque sua vicino Carakae domino, Malec el-Mogito Fath-ed-dino Omaro, filio Malec el-Adeli, filii Malec el-Cameli, addicebant, hac occasione. Quum deseruissent Naserum Baharici, submittebat ipsis Naser exercitum e vestigio persecutorem. Hunc illi primum securum et ignarum adorti corporibus aliquot et impedimentorum parte multabant. Sed versa vice cogebant Syri deinceps Baharicos fuga se Balcaam et Gazam recipere, atque protectionem Malec el-Mogiti implorare. Propinquitas haec Baharicorum suspecta Misrensibus et metuenda erat, ut ad Abbasam educerent, tanquam invasuros depulsuri. Neque omnino de nihilo erat illa sollicitudo, quod paullo post patuit. Aliqui tamen Baharicorum e cetera turba raptim aufugientes intrabant Cahiram, ut Azz-ed-din Atram [seu, cui dentes excussi]; quem Misrenses tanta recipiebant cum honoris significatione, ut opes ei suas, fisco additos, redderent. Sed reliqui, a Mogito perquam amice splendideque accepti,

واطمعوه في ملك مصر، فجهّزهم بما احتاجوا، وسارت البحرية الي جهة مصر وخرجت عساكر مصر لقتالهم والتقي المصريون مع البحرية وعسكر المغيث بكرة السبت منتصف ذي القعدة من هذه السنة، فانهزم عسكر المغيث والبحرية وفيهم بيبرس البندقدار المسمي بعد ذلك بالملك الظاهر الي جهة الكرك *

وفيها وصل من الخليفة المستعصم الخلعة والطوق والتقليد الي الملك الناصر يوسف بن الملك العزيز *

وفيها استجار الناصر داود بنجم الدين البادراي في ان يتوجه صحبته الي بغداد، فاخذه صحبته، وتوصّل الناصر يوسف صاحب دمشق الي منعه عن ذلك، فلم يتهيّي له، وسار الناصر داود الي قرقيسيا مع البادراي، فاخّره البادراي ليشاور عليه، فاقام الناصر داود في قرقيسيا ينتظر الاذن في القدوم الي بغداد، فلم يوذن له وطال مقامه، فسافر الي البرية وقصد تيه بني اسرايل واقام مع عرب تلك البلاد *

وفي

e) والي عسر corruptum. Num forte: والي عسرة Sed videtur aliquid requiri.

faciebant ipſi ſpem et cupiditatem Aegypti rapiendae. Neque ſpernebat ille conſilium, ſed liberaliter et abunde inſtructos neceſſariis omnibus expediebat adverſus Miſram. Verum irritum erat tentamen. Miſrenſes enim Baharicis ceterisque Mogiti copiis obviam egreſſi, commiſſo eos praelio fundebant, die Sabbati, medio menſis undecimi, et verſus Caracam reiiciebant. Inter eos, qui fugam tum capeſſebant, erat etiam Bibars Bondocdar (398), ille qui poſtea celeber et potens evaſit Sultanus cum titulo Malec ed-Daheri.

Eodem anno mittebat Chalifa Moſtaſam Syriae domino, Malec en-Naſero Ioſepho, trabeam et torquem et inveſtiturae diploma.

Legatum autem, qui haec perferebat, et qui iam aliquoties legationibus in Syriam perfunctus fuerat, Nagm-ed-dinum Baderaiaënſem, rogabat Malec en-Naſer Davud, velit, domitionem parans, comitem itineris ad auguſtam urbem, ſe quoque adſciſcere: neque negabat legatus, neque poterat Naſer id impedire, quamvis multa contra laborans. Verum ut Circeſium venerant, iubebat legatus Davidem ibi reſtitare, cauſſatus praeire velle, et Bagdadi prius de ipſius negotio herum convenire, ipſique conciliare, et inde porro, quid ſperandum agendumve ſit, ſignificare. Praeſtolabatur itaque apud Circeſium Davud indies veniam Bagdadum et ad Chalifam accedendi. Sed ea negata, diuturnae morae taedio tendebat iter in Campaniam et porro in deſertum Iſraëlitarum; quo tempore cum Arabibus ibi locorum palantibus conſueſcebat.

Hoc anno, aut proxime praegreſſo, emicabat ignis ex Harra [monte], apud Medinat-en-Nabi, qui noctu poterant e longinquo conſpici. Forte is ille ignis, quem propheta noſter inter alia ſigna imminentis mundo finis et extremi iudicii recenſuit his verbis: "Ignis appariturus ex Hegaz, a quo reſplendeſcent et rutilabunt cervices camelarum in Boſra." (399)

وفي هذه السنة او التي قبلها ظهرت نار بالحرة عند مدينة النبي وكان لها بالليل ضوء من مسافة بعيدة جدّا ، ولعلّها النار التي ذكرها رسول الله من علامات الساعة فقال نار تظهر بالحجاز تضي منها اعناق الابل ببصري ، ثم اتفق ان الخدام بحرم النبي وقع منهم في بعض الليالي تفريط ، فاشتعلت النار في المسجد الشريف واحترقت سقوفه ومنبر النبي ، وتالّم الناس لذلك ۞

ثم دخلت سنة ست وخمسين وستماية ، ذكر استيلا التتر علي بغداد وانقراض الدولة العباسية ، في اول هذه السنة قصد هولاكو ملك التتر بغداد وملكها في العشرين من المحرم وقتل الخليفة المستعصم بالله ، وسبب ذلك ان وزير الخليفة موّيد الدين ابن العلقمي كان رافضيا وكان اهل الكرخ ايضا روافض ، فجرت فتنة بين السنّة والشيعة ببغداد علي جاري عادتهم ، فامر ابو بكر ابن الخليفة وركن الدين الدوادار العسكر فنهبوا الكرخ وهتكوا النساء وركبوا منهن الفواحش ، فعظم ذلك علي الوزير ابن العلقمي وكاتب التتر واطمعهم في ملك بغداد ، وكان عسكر بغداد يبلغ ماية الف فارس ، فقطعهم المستعصم ليحمل الي التتر متحصل اقطاعهم ، فصار عسكر بغداد دون عشرين الف فارس ، فارسل ابن العلقمي اخاه الي التتر يستدعيهم ، فساروا قاصدين بغداد في جحفل عظيم وخرج عسكر الخليفة لقتالهم ومقدّمهم ركن الدين الدوادار والتقوا

Poſtea contingebat ut per hominum in aede ſacra Medinenſe famulantium incuriamque exortus nocte quadam ignis excelſi iſtius oratorii tecta et pulpitum prophetae, monumentum ab omni aevo venerabile, abſumeret. Quod graviſſimum inflixit Muſlemis vulnus, et viſum fuit aliquibus ſcaevum eius cladis omen, quam Tatari ſequente anno Bagdado totique Abbaſidarum per ſaecula continuatae dynaſtiae intulerunt.

Anni enim DCLVI menſe primo [coepit is die 7 Ianuar. A. C. 1258] petebat Holacu, Tatarorum princeps, Bagdadum (400), eiusdemque menſis vigeſimo die ſuae poteſtati ſubigebat illam, et necabat Chalifam, Moſtaſamum, aliaque multa perpetrabat nefanda; quorum omnium cauſſa erat Chalifae Vezirus Movaiied-ed-din Ibn-el-Alcam (401), eiusque in vindictam intempeſtivus ardor. Vicum ſcilicet illum Bagdadicum, qui Carch appellatur, incolebant Rafeditae paene ſoli; quos inter et Sunnitas quum aliquando ſeditio contingeret, quales Bagdadi frequentes admodum exardebant, depraedabantur praeſidiarii auguſtae urbis milites illum vicum, iuſſu filii Chalifae, Abu-Becri, et Rocn-eddini Davadari [ſeu Cancellarii], auctoritati, tanta cum protervia et libidine, ut protractas ex interioribus aedium feminas calyptrisque nudatas publice foedum in modum dehoneſtarent. Id intolerabile viſum ſupra dicto Veziro, perſuadebat, ut factam ſectae ſuae iniuriam (nam et ipſe Rafedita erat) ſplendide ulciſceretur. Fratrem itaque ſuum ad Tataros ablegabat, cum litteris, quibus eos Bagdadum pelliciebat; interea perſuadebat Chalifae, ut numeroſam, quae hactenus fuerat, Bagdadicam militiam, centum millibus equitum non minorem, ad viginti millia capitum imminueret, et aes e conſuetis caſſatorum ſtipendiis emergens tanquam offam Tataris minitantibus obiiceret. Placati ſic fuerant Tatari aliquamdiu: tandem tamen intellecta Bagdadicorum imbecillitate, magna ingruebant mole, torrentis ad inſtar; et copias a Bagdadicis oppoſitas, earumque ducem, ſupra dictum

Rocn-

والتقوا علي مرحلتين عن بغداد واقتتلوا قتالا شديدا ، فانهزم عسكر الخليفة ودخل بعضهم بغداد وسار بعضهم الي جهة الشام ، ونزل هولاكو علي بغداد من الجانب الشرقي ونزل باجو *f* وهو مقدم كبير في الجانب الغربي علي الغرية *g* قبالة دار الخلافة ، وخرج مويد الدين الوزير ابن العلقمي الي هولاكو فتوثّق منه لنفسه وعاد الي الخليفة المستعصم وقال ان هولاكو يبقيك في الخلافة كما فعل بسلطان الروم ويريد ان نزوّج ابنته من ابنك ابي بكر ، وحسّن له الخروج الي هولاكو ، فخرج اليه المستعصم في جمع من اكابر اصحابه فانزل في خيمة ، ثم استدعي الوزير الفقها والاماثل فاجتمع هناك جميع سادات بغداد والمدرّسون ، وكان منهم محيي الدين ابن الجوزي واولاده ، وكذلك بقي يخرج الي التتر طايفة بعد طايفة ، فلما تكاملوا قتلوهم التتر عن اخرهم ثم مدّوا الجسر وعدي باخو ومن معه وبذلوا السيف ببغداد وهجموا دار الخلافة وقتلوا كل من كان فيها من الاشراف ولم يسلم الاّ من كان صغيرا فاخذ اسيرا ، ودام القتل والنهب في بغداد نحو اربعين يوما ثم

f) باجو Paullo post est باخو

g) الغرية videtur corruptum.

[handwritten margin note:] ... best ... by the pre... من? Should ... read ب ... instead thereof?

Rocn-ed-dinum Davadarum, commiſſo ad duas a Bagdado diaetas acerrimo praelio, fundebant, et Bagdadum fugientes quosdam perſequebantur; (alii enim in Syriam ab iſta clade evadebant:) et Holacu quidem urbem a Tigridis oriente poſitam cingebat, Bagu vero, aliquis eius praecipuus dux, occidentalem, poſitis in Caria (402) e regione palatii Chalifici caſtris. In his anguſtiis exibat Vezir Movaiied-ed-din Ibn-el-Alcam ad Holacuum, ſuique ſpiritus ab eo nactus incolumitatem, redibat ad Chalifam, eique perſuadebat, ut et ipſe foras progreſſus Tataris ſui copiam faceret. Holacuum ipſi et vitam et poteſtatem atque dignitatem integras conſervatas velle, quemadmodum Caichoſruo quoque, Romaniae domino, ſupplici facto conſervarit; et praeterea quoque velle matrimonio ſuam filiam ipſius, Chalifae, filio Abu-Becro, iungere. Tam ſplendidis deceptus offuciis exibat Moſtaſam ad Tataros, una cum magna praecipuae ſuae nobilitatis turba, et collocabatur in tentorio quodam ſeorſim, eo aſſervandus usque, dum in unum locum coactum, quidquid erat in urbe melioris ordinis, haberent, unaque omnes ruina ſimul involverent, neque tamen praecipitatum Chalifae ſupplicium turbas et terrorem oppidanis, aut deſtinationi ſuae remoras iniiceret. Interea cogebat eum in finem hoſti fidelis admiſter Vezir apud ſe florem urbis, ditiores, honoratiores, fakihos, profeſſores, eorumque catervam unam poſt alteram per vices emittebat ad Tataros; in quibus etiam erat Mohii-ed-din Ibn-el-Gûzi, cum liberis. Quum tandem nemo dignior deficeret, trucidabant Tatari ſagena clauſos ad unum omnes. Quo facto Bagu ſuperato Tigride per pontem rurſus inſtauratum adoriebatur gladio urbem orientalem, et in ea Chalifarum palatium; ubi quidquid reperibat auguſti ſanguinis, aut excelſae fortunae, perimebat omne, ut communem cladem non evaderet, niſi quem infirmior aetas a mucrone liberatum catenis addicebat. Per quadraginta ferme dies Bagdadi ferro ſaevitum et rapinis fuit: tan-

هو علي تلك الحالة اذ ورد رسول الخليفة المستعصم يطلبه من بغداد لما قصده التتر ليقدمه علي بعض العساكر لملتقي التتر، فلما ورد رسول الخليفة الي دمشق جهّزوه الي المغيث صاحب الكرك ووصل الرسول الي موضع الملك الناصر قبل ان تتمّ المطمورة، فاخذه وسار به الي جهة دمشق، فبلغ الرسول استيلاء التتر علي بغداد وقتل الخليفة، فتركه الرسول ومضي لشانه، فسار الناصر داود الي البويضا وهي قرية شرقي دمشق واقام بها، ولحق الناس في الشام في تلك المدة طاعون، فمات منه الناصر داود المذكور في التاريخ المذكور، وخرج الملك الناصر يوسف صاحب دمشق الي البويضا واظهر عليه الحزن والتاسّف ونقله ودفنه بالصالحية في تربة والده المعظّم، وكان الناصر داود فاضلا ناظما ناثرا وقرا العلوم العقلية علي الشيخ شمس الدين عبد الحميد الخسروشاهي تلميذ فخر الدين الرازي، وللناصر داود المذكور اشعار جيّدة قد تقدّم ذكر بعضها، ومن شعره ايضا

عيون عن السحر المبين تبين لها عند تحريك القلوب سكون،
تصول ببيض وهي سود فرندها ذبول فتور والجفون جفون،
اذا ما رات قلبا خليا من الهوي تقول له كن مغرما، فيكون *

ولـه

ſpectanti, quum in ipſo periculi momento non ſperata ſalus ipſi aderat. Venerat nempe Damaſcum legatus Chalifae, quo noſtrum Davudum Bagdadum adduceret, parti copiarum cum imperio praeficiendum (406), quas opponere Tataris decretum erat. Damaſceni legatum Caracam remittebant, ſeu quod ſcirent, ſeu quod crederent, Davudum ibi eſſe. Illuc itaque ut venerat legatus, ubi ſupplicium ſuum manebat et ſpectabat Davud, protinus eum verſus Damaſcum ſecum trahebat. Appellente interea fama, Bagdadum a Tataris captam et Chalifam de medio ſublatum eſſe, diſcedebant; legatus quidem viam ſuam ſuaque negotia perſequens; Davud autem Bovaidaam, pagum ab oriente Damaſci poſitum, ubi peſtis eum, quae Syriam tum temporis invaſerat, rapiebat. Cadaver Damaſcum transferebat Naſer Ioſeph, iſtum in pagum ipſe egreſſus, vehementemque defuncti luctum et afflictionem conteſtatus, in Salehica, in tumulo patris eius, Moattami, condebat. Erat hic Naſer Davud ingenio praeſtans et utroque ſermone, ligato ſolutoque. Scientiis etiam, quae iudicium exercent, operam dederat ſub Schaicho Schams-eddino Abd-el-Hamido Choſruſchahenſe, diſcipulo Fachr-ed dini Raïienſis. (407) Iam ſupra dedimus ſpecimina poëſeos, quae reliquit, elegantiſſimae. Iuvat et hic aliqua ſuperaddere. Vnum hoc eſto.

Oculi, meram de ſe prodentes incantandi potentiam, qui, quamvis tranquilli ſint, corda tamen movent.
Graſſantur cum candentibus [micantibus gladiis, hoc eſt radiis] ipſi nigri; quorum [gladiorum, vel radiorum] undulans nitor eſt languidus, et quorum vaginae ſunt palpebrae.
Quoties vident cor ab amore vacuum, dicunt ipſi: Eſto captus amore; et protinus eſt.*

Accipe

* Eſt alluſio ad illud Corani de creatore: Eſto; ideoque erat.

وله ايضا

طرفي وقلبي قاتل وشهيد ودمي على خديك منه شهود ،
اما وحبك لست اضمر k سلوة عن صبوتي ودع الغواة يبيد ،
متى يطيعك بعد ما منع الكرى عن ناظري البعد والتسهيد ،
ومن العجايب ان قلبك لم يلن لي والحديد الانه داود *

ومما كتبت به في الاثناء مكاتبته الى الشيخ عز الدين عبد العزيز بن عبد السلام ، وكان قد اغارت الفرنج على نابلس في ايام الملك الصالح ايوب صاحب مصر

ايا ليت امي ايم طول عمرها فلم يقضها ربي لمولى ولا لبعل ،
ويا ليتها لما قضاها لسيد لبيب اريب طيب الفرع والاصل ،
قضاها من اللاتي خلقن عواقرا فما بشرت يوما بانثى ولا فحل ،
ويا ليتها لما غدت بي حاملا اصيبت بما احتوت عليه من الحمل ،

ويا

k) اضمر Forte اضمن

Accipe et hoc eiusdem:

Vultus meus et cor meum ſunt [ille quidem] percuſſor, et [hoc] martyr; meus autem ſanguis ſuper utramque tuam genam effuſus,* o mea, huius rei teſtis eſt.

Ego equidem, per amorem tuum, nullam mihi ſpondeo mei deſiderii tui et affectus mei oblivionem aut conſolationem. Sine modo cor, in malis ſuis, quae diligit, perire.

Indulge mihi modo tuum phantaſma, quandoquidem ab oculis meis ſomnum arcet locorum diſtantia et vigilium curarum perpetua irritatio.

Eſt ſane mirum, cor tuum erga me non miteſcere, quum tamen ferrum Davudo** lene tandem evaſerit atque tractabile.

Inter alia, quae ad Schaichum Azz-ed-dinum Abd-el-Azizum, filium Abd es-Sallami, tum perſcribebat, quum Franci ſuas excurſiones ſub Malec es-Saleho Eiubo, domino Miſrae, usque ad Neapolin protendebant, erant etiam haec:

O utinam manſiſſet mea mater innupta, totam per aetatem ſuam, nunquam a domino meo, deo, hero viroque deſtinata.

O utinam, quandoquidem deus eam deſtinaverat principi, cordato, prudenti, puro et ſuavi, tam quoad radicem, quam quoad ramos: ***

deſtinaſſet eam ſaltim unam earum eſſe, quas creavit ſteriles, ut nunquam audiviſſet laetum nuncium de foetu a ſe prodito, ſeu maſculo, ſeu ſequiore.

Aut, quandoquidem utero me gerebat, utinam infelice partu et onus et animam excuſſiſſet.

Aut,

* Deſcribit a verecundia rubentem; quaſi omnis ſuus ſanguis in ipſius genas translatus ſit.

** Alludit ad nomen ſuum et fabellam Coranicam de Davide.

*** Hoc eſt, cuius arbor genealogica, tam quoad maiores et patres, quam quoad affines collaterales, morum ſuavitate ſe commendat.

ويا ليتني لما ولدتّ واصبحت تشدّ اليّ الشد قميات بالرحيل ،
لدعتُ باسلا في فكنت صحيحهم ولم ار في الاسلام ما فيه من خل *1)* ٭

ذكر وفاة الصاحبة غازية خاتون والدة الملك المنصور صاحب حماة ، في هذه السنة في ذي القعدة توفيت الصاحبة غازية خاتون بنت السلطان الملك الكامل محمد بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب بقلعة حماة رحمها الله ، وكان قدومها الي حماة في سنة تسع وعشرين وستماية ، وولد لها من الملك المظفر محمود صاحب حماة ثلثة بنين ، مات احدهم صغيرا ، وكان اسمه عمر ، وبقي الملك المنصور محمد صاحب حماة واخوه والدي الملك الافضل علي ، وولد له منها ثلاث بنات ايضا ، فتوفيت الكبري منهن وكان اسمها ملكة خاتون قبل وفاة والدتها بقليل ، وتوفيت الصغري وهي دينا خاتون بعد وفاة اخيها الملك المنصور ، وسنذكر وفاة الباقين في مواضعها ان شاء الله تعالي ، وكانت الصاحبة غازية خاتون المذكورة من احسن الناس سيرة وزهدا وعبادة وحفظت الملك لولدها الملك المنصور حتي كبر وسلمته اليه قبل وفاتها رحمها الله تعالي ٭

وفيها قصدت التتر ميافارقين بعد استيلايهم علي بغداد ، وكان صاحبها الملك الكامل محمد ابن الملك المظفر شهاب الدين غازي بن الملك العادل بن ايوب ، وكان قد ملكها بعد وفاة ابيه في سنة اثنين واربعين وستماية ، فحصره التتر وضايقوا ميافارقين مضايقة شديدة ، وصبر اهل ميافارقين مع الكامل محمد المذكور علي الجوع الشديد ودام ذلك حتي كان ما سنذكره ان شاء الله تعالي ٭

وفيها

1) خل Num خلل

Aut, quandoquidem in lucem editus eram, et ſuccingebantur
ampli rictus cameli, quae perferrent accurrentes ad me
videndum et cum fauſtis gratulationibus amplexandum:
utinam tum aſſecutus ego meos maiores evaſiſſem eorum accubitor, neque vidiſſem, quantum in Iſlamismo acerbi ſit.

Eiusdem anni menſe penultimo vivis excedebat Gazia Chatun, mater Malec el-Manſuri, domini Hamatae, filia Sultani Malec el-Cameli Muhammedis, filii Malec el-Adeli Abu-Becri, filii Eiubi, in arce Hamatena, in quam intrabat anno DCXXIX, quo ex tempore peperit Malec el-Modaffaro Mahmudo tres mares totidemque femellas; quorum filius unus quidem, Omar dictus, parvulus deceſſit: alter, Manſur, patri ſucceſſit, tertius fuit pater meus, Malec el-Afdal Ali. De filiabus deceſſit una, Maleca Chatun, paullo ante matrem; altera, Dina Chatun, poſt fratrem, Manſurum. Ceterorum quando quisque fatum ſuum obierit, ubi oportunitas incidet, commemorabimus. Noſtra porro domina Gazia Chatun, c. d. b. v., ſemper ſe, ſi quis alius, integritate morum, voluptatum fuga divinique cultus intento exercitio praeſtitit commendabilem. Defuncto marito ad ſecunda vota non tranſibat, neque principatu ſic exuebat Manſurum, filium, ſed ſervabat eum ipſi ſartum et tectum, donec adoleviſſet, et tradebat ante obitum pubertatis annos iam conſecuto, femina optima.

Hoc anno impetebant Tatari, poſt ſubactam Bagdadum, Maiiafarekinam, maximasque ad anguſtias adigebant, una cum eius domino, Malec el-Camelo (408) Muhammede, filio Malec el-Modaffari Schahab-ed-dini Gazii, filii Malec el-Adeli, filii Eiubi. Tenebat is eam urbem ab anno DCXLII inde, quo pater eius deceſſerat. Magnas tum devoravit Maiiafarekina ſaevae famis aerumnos, donec contingeret, quod deinceps narrabimus.

وفيها اشتدّ الوباء بالشام خصوصا بدمشق حتي لم يوجد مغسل للموتي *

وفيها ارسل الملك الناصر يوسف صاحب دمشق ولده الملك العزيز محمد وصحبته زين الدين محمد المعروف بالحافظي وهو من اهل قرية عقربا من بلد دمشق بتحف وتقادم الي هولاكو ملك التتر وصانعه لعلمه بعجزة عن ملتقي التتر *

وفيها توفي الصاحب بهاء الدين زهير بن محمد بن علي بن يحيي المهلّبي كاتب انشاء الملك الصالح ايوب ، ومولد البهاء زهير بوادي نخلة من مكة سنة احدي وثمانين وخمسماية ، وفي اخر عمره انكسف حاله وباع موجوده وكتبه واقام بالقاهرة حتي ادركته وفاته بسبب الوباء العامّ في يوم الاحد رابع ذي القعدة من هذه السنة (اعني سنة ست وخمسين وستماية) ودفن بالقرافة الصغري ، وكان كريم الطباع غزير المروة فاضلا حسن النظم وشعره مشهور كثير ، فمن شعره وهو وزن مخترع ليس بخرجة العروض ابيات منها

يا من لعبت *m* به الشمول ما الطف هذه الشمايل ،
مولاي يحق لي باني عن حبّك في الهوي اقاتل ،
ها عبدك واقفا ذليلا بالباب يمدّ كفّ سايل ،
من وصلك بالقليل يرضي والطل *n* من الحبيب وابل *

وفيها توفي بمصر الشيخ ركن الدين عبد العظيم شيخ دار الحديث ، وكان من ايمة الحديث المشهورين *

وفيها

m) لعبت Ita quoque Ibn-Schehna. C. L. ذعبت

n) الطل Paſſim opponuntur iſta duo: الطل quod exponunt المطر الخفيف *pluvia*

Eodem ſaeviebat peſtis in Syria, Damaſci praeſertim, tam vehementer, ut pollinctores nequirent inveniri.

Eodem mittebat Malec en-Naſer Ioſef, Damaſci dominus, filium ſuum, Malec el-Azizum Muhammedem, cum Zain-ed-dino Hafetico, [hoc eſt eo, qui olim ad Malec el-Hafetum ſpectavit] viro ex Acrabo oriundo (pagus is eſt agri Damaſceni); dona laturos Holacuo Tataro; blanditiis occupandum et deſtringendum eſſe ratus hoſtem, quem optime ſentiebat, quam non poſſit vi depellere. (409)

Eodem obibat Saheb [dominus aut comes] Baha-ed-din Zohair, filius Muhammedis, filii Alii, filii Iahiae, Mohallabenſis, Cateb el-Inſcha [ſeu ſecretarius] Sultani Malec es-Salehi Eiubi quondam. Natus fuerat in Vadi Nachla, oppido agri Meccani, anno DLXXXI. Vltima aetate, vetere orbus hero, ſub novis, eo devenit egeſtatis, ut facultates libroſque venderet, et poſt illuſtrem fortunam Cahirae in obſcuro aetatem conſumeret, donec eum peſtis univerſalis abriperet, die Solis, quarto menſis undecimi huius anni DCLVI. Conditus fuit in Carrafa minore. Nobili fuerat indole, humanitatis dives, excellens ingenio, elegans in condendis carminibus, quae ſatis celebria ſunt, et numeroſa quoque. Specimen ſit illud metro conceptum novo, quod ipſe commentus eſt:

O tu . . . . . quam politae atque delicatae ſunt hae tuae dotes.
Mi domine, oportet me amore amorem tuum impugnare.
En adſum ſervus tuus, humilis, ſtans in porta tua, manum extendens, ad inſtar mendici,
contentus pauxillo tui conſortii: rarus enim imber ab amato tantundem eſt amanti, atque effuſa pluvia.

Eodem obiit apud Miſram Schaich Rocn-ed-din Abd el-Atim, Schaich [ſeu doctor, praeſes, profeſſor] in Dar el-Hadit [ſeu Collegio theologiae traditionariae], qua in ſcientia celeberrimis accenſetur Imamis.

وفيها توفي الشيخ شمس الدين يوسف سبط جمال الدين ابن الجوزي ، وكان من الوعّاظ الفضلاء الّف تاريخا جامعا سمّاه مراة الزمان *

وفيها توفي سيف الدين علي بن سابق الدين قزل المعروف بابن المشدّ *o* ، وكان اميرا مقدما في دولة الملك الناصر يوسف صاحب الشام ، وله شعر حسن ، فمنه

باكر كوس المدام واشرب واستجل وجه الحبيب واطرب ،
ولا تخف للهموم داء فهي دواء له مجرّب ،
من يد ساق له رضاب كالشهد لكن جناه اعذب *

وفيها كان بين البحرية بعد هزيمتهم من المصريين وبين عسكر الملك الناصر يوسف صاحب دمشق ومقدمهم الامير مجير الدين ابن ابي زكري مصاف بظاهر غزة انهزم فيه عسكر الناصر يوسف واسر مجير الدين المذكور وقوي امر البحرية بعد هذه الكسرة واكثر *p* العبث والفساد *

ثم دخلت سنة سبع وخمسين وستماية ، فيها سار عز الدين كيكاوس وركن الدين قليج ارسلان ابنا كيخسرو بن كيقباد الي خدمة هولاكو واقاما معه مدة ثم عادا الي بلادهما *q* *

ذكر وفاة بدر الدين صاحب الموصل ، في هذه السنة توفي بدر الدين لولو صاحب الموصل وكان يلقب الملك الرحيم ، وكان عمره قد جاوز ثمانين سنة ، ولما مات ملك الموصل بعده ولده الملك الصالح بن لولو وملك سنجر ولده الاخر علاء الدين بن لولو ، وكان بدر الدين قد صانع هولاكو ودخل في طاعته وحمل اليه الاموال ووصل الي خدمة هولاكو

Eodem obiit quoque Schams-ed-din Iosef, nepos Gemal-ed-dini Ibn el-Guzii, in eruditis paraenetis, auctor historiae universalis, quam Mirat ez-Zaman [hoc est speculum temporum] inscripsit.

Eodem obiit Saif-ed-din Ali, filius Saiec-ed-dini Cuzul, vulgo sub nomine Ibn-el-Mosched notior, magnae dignitatis Emirus in aula Malec en-Naseri Iosephi, domini Syriae, elegans poëta. En specimen:

Mane ades ad pocula vini, et bibe, et cominus intuere vultum amati, et hilari plaude solum pede.

Neque morbum extimesce curarum. Pocula illis medicamentum sunt usu comprobatum et laudatum,

pocula e manu accepta pincernae (410), cuius saliva, mellis ad instar, dulcis est: at multo dulcius eius mellilegium.

Eodem anno pugna contigit in agro Gazaeo inter Baharicos, a Misrensibus nuper fusos, et copias Malec en-Naseri Iosefi, qua victores illi horum capiebant ducem, Emirum Mogir-ed-dinum, filium Abu-Zacrii, viribusque et auctoritate aucti late grassari et insolescere instituebant.

Anno DCLVII [qui die 28 Dec. A. C. 1258 coepit] ibant fratres Azz-ed-din Caicavus et Rocn-ed-din Kilig Arslan, filii Caichosrui, filii Caicobadi, Holacu se submissum; apud quem quum exegissent temporis aliquod spatium, deinceps domum, hoc est in Romaniam, revertebantur. (411)

Eodem obibat Bedr-ed-din Lulu dominus Mauselae, Malec er-Rahim salutari solitus, octuagenario maior. Filiorum unus, Malec es-Saleh, succedebat ipsi in Mauselae principatu; alter, Ala-ed-din, Sangaram obtinebat. (412) Neque Tatari movebant horum aliquid. Bedr-ed-din enim, ut callentissimus erat artium, quibus acquiritur et conservatur imperium, officiis blanditiisque suum fecerat Holacuum, submiserat se ipsi, dona miserat, et post subactam Bagdadum in Aderbigana versanti se praesens exhi-

هولاكو بعد اخذ بغداد بلاد اذربيجان ، وكان صحبة لولو الشريف العلوي ابن صلايــا ، فقيل ان لولو سعي به الي هولاكو فقتل الشريف المذكور ، ولما عاد لولو الي الموصل لم يطل مقامه بها حتي مات ، وطالت ايام بدر الدين لولو في ملك الموصل ، فانه كان القايم بامور استاذه ارسلانشاه بن مسعود بن مودود بن زنكي بن اقسنقر ، وقام بتدبير ولده الملك القاهر بن ارسلانشاه ، ولما توفي الملك القاهر ابن ارسلانشاه في سنة خمس عشرة وستماية انفرد لولو بتدبير المملكة واقام ولدي القاهر الصغيرين واحدا بعد اخر واستبدّ بملك الموصل وبلادها ثلثا واربعين سنة تقريبا ولم يزل في ملكه سعيدا لم يطرقه افة ولم يختلّ لملكه نظام *

ذكر منازلة الملك الناصر يوسف صاحب الشام الكرك ، وفي هذه السنة لما جري من البحرية ما ذكرناه من كسر عسكر الناصر يوسف صار الناصر المذكور من دمشق بنفسه وعساكره سار صحبته الملك المنصور صاحب حماة بعسكره الي جهة الكرك واقام علي بركة زيزا محاصرا للملك المغيث صاحب الكرك بسبب حمايته للبحرية ، ووصل الي الملك الناصر رسل الملك المغيث صاحب الكرك والقطبية بنت الملك المفضّل قطب الدين ابن الملك العادل يتضرعون الي الملك الناصر ويطلبون رضاه علي الملك المغيث ، فلم يجب الي ذلك الّا بشرط ان يقبض المغيث علي من عنده من البحرية ، فاجاب المغيث الي ذلك ، وعلم بالحال ركن الدين بيبرس البندقدار فهرب

pluvia tenuis, levis, et الوابل *impetuosa pluvia, terram veluti verberans* ut fullo veſtem. Vid. Hiſtor. Tamerl. p. 380. ult. Elegans eſt illud

exhibuerat clientem. Habebat iſto in itinere ſecum Scharifum Aliticum Ibn-Salaiaum, quem Holacu necabat, impulſu, quod aliqui perhibent, et delationibus Bedr-ed-dini. Hic ipſe paullo poſtquam a Tataro domum redierat, vitam finiit, glorioſam profecto. Nam et diu dominatus Mauſelae fuit, et feliciter; primum quidem absque ſuprema poteſtate, ut adminiſter heri, Arſlanſchahi, filii Maſudi, filii Maududi, filii Zenkii, filii Acſoncori. Deinde tutelam gerebat eius filii, Caheri. Hoc denique defuncto, quod anno DCXV accidit, conſtituebat quidem in eius loco geminos eius filios, unum poſt alterum; ſed pro arbitrio tamen Mauſelam regebat; donec et illis ambobus anguſta temporum ſucceſſione exſtinctis, absque collega regnaret per annos fere quadraginta tres, vir egregie felix, quem nulla perculit calamitas, cui poteſtatis rerumque filum nulla convulſit violentia.

Eodem invadebat Malec en-Naſer Iuſef Caracam, ulciſci cladem cupiens copiis ſuis, quod modo dicebamus, a Baharicis, quos Malec el-Mogit, Carakae dominus, protegebat, illatam. Ipſe ſuos educebat, comite Malec el-Manſuro, Hamatae domino, tendebat ad Barca [ſeu lacum] Ziza, indeque inſtruebatur Carakae obſidio; ſed interventu tandem legationis amice differiae componebantur. Legati ſcilicet Mogiti veniebant ad Ioſephum in caſtra, itemque Cotbicae,* hoc eſt, filiae Malec el-Mofaddali Cotb-ed-dini, filii Malec el-Adeli; ſupplicationibus Ioſephum averſuri. Legem is imperabat hanc, absque qua negabat ſe precibus locum facturum eſſe, ut ſcilicet Mogit Baharicorum quotquot penes ſe haberet, iniecta manu comprehenſos ſibi, Ioſepho, dederet. Annuebat Mogit. At Rocn-ed-din Bibars, quo in diſcrimine verſetur ſua fratrumque ſalus, et principum in ſua mala concentum intelligens, aufugiebat cum numero com-

* Poterat quoque verti: itemque Cotbica ipſa, hoc eſt filia rel.

فهرب في جماعة من البحرية ووصل بهم الي الملك الناصر يوسف ، فاحسن اليهم ، وقبض المغيث علي من بقي عنده من البحرية ومن جملتهم سنقر الاشقر وسكز وبرامق وارسلهم علي الجمال الي الملك الناصر ، فبعث بهم الي حلب فاعتقلوا ، فاستقر الصلح بين الملك الناصر وبين الملك المغيث صاحب الكرك ، وكان مدة مقام الناصر بالعساكر علي زيزا ما يزيد علي شهرين بقليل ، ثم عاد الي دمشق واعطي الملك المنصور صاحب حماة دستورا فعاد الي بلده *

ذكر سلطنة قطز ، وفي اواخر هذه السنة (اعني سنة سبع وخمسين وستماية) في اول ذي الحجة قبض سيف الدين قطز علي ولد استاذه الملك المنصور نور الدين علي بن المعز ايبك وخلعه من السلطنة ، وكان علم الدين الغتمي وسيف الدين بهادور وهما من كبار المعزية غايبين في رمي البندق ، فانتهز قطز الفرصة في غيبتهما وفعل ذلك ، ولما قدم الغتمي وبهادور المذكوران قبض قطز عليهما ، واستقر قطز في ملك الديار المصرية وتلقب بالملك المظفر ، وكان رسول الملك الناصر يوسف صاحب الشام وهو كمال الدين المعروف بابن العديم قد قدم الي مصر في ايام الملك المنصور علي بن ايبك مستنجدا علي التتر ، واتفق خلع المذكور وولاية قطز بحضرة كمال الدين ابن العديم ، ولما استقر قطز في السلطنة اعاد جواب الملك الناصر يوسف انه ينجده ولا يقعد عن نصرته ، وعاد ابن العديم * *

ذكر مولد الملك المظفر محمود بن الملك المنصور صاحب حماة ، في هذه السنة (اعني سنة سبع وخمسين وستماية) في الساعة العاشرة في ليلة الاحد خامس عشر المحرم وثاني عشر كانون الثاني

ولد

commilitonum ad Iosefum, eiusque gratiam impetrabat, et benigne ab ipso accipiebatur. Qui remanserant, ceteros mittebat Mogit Nasero sub fida custodia, camelis impositos; quos inter erant Soncor el-Aschcar [seu burrhus], et Sacoz, et Baramec. Hi porro deportati Halebum et ibi asservati fuerunt. Itaque constituta pace mittebat Naser Caracam, quam paullo plus duobus mensibus e lacu Ziza obsederat; redditusque Damasco veniam abeundi dabat Mansuro Hamateno.

Labente hoc anno, hoc est initio duodecimi mensis, comprehendebat Saif-ed-din Cotuz filium heri sui, scilicet Malec el-Mansurum Nur-ed-dinum Alin, filium Malec el-Moëzzi Ibeki, illum, qui hactenus pro Sultano agnitus cultusque fuerat; eumque augusta dignitate privabat, temporis oportunitate usus, quum Alm-ed-din Gatamicus, et Saif-ed-din Behadur, maximi duces, ad explodendas ex arcu balistario glandes a palatio et Cahira aberant. Quos, et ipsos, redeuntes, ut rerum gestarum ignaros, comprehendebat idem, eoque summam in Aegypto potestatem soli sibi, una cum titulo Malec el-Modaffari asserebat. Eo ipso tempore aderat Misrae legatus Malec en-Naseri Iosefi, domini Syriae, nempe Camal-ed-din Ibn el-Adim [seu filius pauperis, vulgo sic dictus]. Ille iam superiore sub principe, Mansuro, illuc appulerat, a Misrensibus exilium hero suo adversus Tataros comparaturus. Vt primum ergo Cotuz gradum in Sultanatu firmaverat, remittebat legatum cum favente responso, promteque et absque mora ferendi auxilii pollicitatione.

Hoc anno natus est Mahmud, cui titulum Malec el-Modaffari tribuerunt, filius Malec el-Mansuri Muhammedis, filii Malec el-Modaffari Mahmudi, filii Malec el-Mansuri Muhammedis, filii Malec el-Modaffari Taki-ed-dini Omari, filii Schahinschahi, filii Eiubi; hora decima, nocte, quae diem Solis praecedebat, decimum quintum primi mensis aut [*secundum computum Christianorum Syrorum*] *diem duodecimum Canuni posterioris*;

ولد محمود بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر محمود بن الملك المنصور محمد بن الملك المظفر تقي الدين عمر بن شاهنشاه بن ايوب ولقبوه الملك المظفر بلقب جده ، وام الملك المظفر محمود المذكور عايشة خاتون بنت الملك العزيز محمد صاحب حلب ابن الملك الظاهر غازي بن السلطان صلاح الدين يوسف بن ايوب ، وهني الشيخ شرف الدين عبد العزيز المعروف بشيخ الشيوخ الملك المنصور صاحب حماة بقصيدة طويلة منها

ابشر علي رغم العدي والحسّد باجلّ مولود واكرم مولد ،
بالنعمة الغرّاء وبل بالدولة الزهرا بل بالمفخر المتجدّد ،
وافاك بدرا كاملا في ليلة طلعت عليك نجومها بالاسعد ،
ما بين محمود المظفر اسفرت عنه وما بين العزيز محمد *

ذكر قصد هولاكو الشام ، وفي هذه السنة قدم هولاكو الي البلاد التي شرقي الفرات ونزل حران وملكها واستولي علي البلاد الجزرية وارسل ولده سموط بن هولاكو الي الشام ، فوصل الي ظاهر حلب في العشر الاخير من ذي الحجة من هذه السنة (اعني سنة سبع وخمسين وستماية) ، وكان الحاكم بحلب الملك المعظّم توران‌شاه ابن السلطان صلاح الدين نايبا عن ابن اخيه الملك الناصر يوسف ، فخرج عسكر حلب لقتالهم وخرج الملك المعظم ، ولم يكن من رايه الخروج اليهم ، وامكن لهم التتر في باب الي المعروف بباب الله واقتتلوا عند بانقوسا ، فاندفع التتر قدّامهم حتي خرجوا عن البلد ، ثم عادوا عليهم وهرب المسلمون طالبين المدينة والتتر يقتلون فيهم حتي دخلوا البلد ،

فاختنق

ex Aieſcha Chatun, filia Malec el-Azizi Muhammedis, domini Halebi, filii Malec ed-Daheri Gazii, filii Sultani Malec en-Naſeri Salah-ed-dini Ioſefi, filii Eiubi. Hunc natum patri gratulabatur Schaich. Scharf-ed-din Abd-el-Aziz, vulgo Schaich es-Schoiuch dictus, longo carmine, e quo ſequentem particulam decerpemus.

Laetus eſto, vel ringentibus hoſtibus et invidis, ob nobiliſſimum natum generoſiſſimo patri,
in fortuna lauta ſplendida, imo vero in aula florentiſſima, imo in gloria in dies ſeſe renovante.
Venit ad te [puer] ut luna plena in nocte, cuius ſtellae tibi ortae ſunt in aſtro Aſad [ſeu feliciſſimo].
Stellae a pueri fronte radiantes et monſtrantes in ipſo tam Mahmudum Modaffarum [avum paternum] quam Azizum Muhammedem [avum maternum].

Hoc anno et ſequente devaſtabant Tatari Syriam, et ipſe quidem Holacu intra Euphratem ſe continebat, Harranamque cum ceteris urbibus Meſopotamicis ſubigebat; filium autem, Samudum, expediebat in Syriam, qui ſub ipſum huius anni finem, ultima dierum duodecimi menſis decuria Halebenſem in agrum irruebat. Praeerat Halebo per illud tempus Malec el-Moattam Turanſchah, filius Sultani Salah-ed dini, nomine ſui ex fratre nepotis, Malec en-Naſeri Ioſefi; copias ille urbanas obiiciebat hoſti foras eductas, licet invitus: malebat enim intra muros ſe tueri. Sed vincebant ceteri. Cupientibus ergo pugnae faciebant Tatari copiam apud Bab-Ali (413), vulgo Bab-allah [ſeu portam dei] dictam, comparentes, eamque committebant apud pagum Panacuſa dictum: et primum quidem ſimulare fugam, donec militiam omnem proſequendi ardore ex urbe prolicuiſſent; tum vero converſi, retro Muſlemos in urbem immiſſo graſſatore gladio compellebant ad ipſas usque portas, in quibus per trepidationem multi

I should tran[...] then the army [...] Aleppo marches to give the Tar[...] battle, and [...] Moattam ma[...] at their head, [...] no one indivi[...] in the city had [...] him to so rash a proce[...]

فاختنق في ابواب المدينة جماعة من المنهزمين، ثم رحل التتر الي اعزاز فتسلّموها بالامان ☼

ثم دخلت سنة ثمان وخمسين وستماية، ذكر ما كان من الملك الناصر عند قصد التتر حلب، ولما بلغ الملك الناصر يوسف صاحب الشام قصد التتر حلب برز من دمشق الي برزية في أواخر السنة الماضية وجفل الناس من بين يدي التتر، وسار من حماة الملك المنصور صاحب حماة ونزل معه ببرزية، وكان هناك مع الناصر يوسف بيبرس البندقدار من حين هرب من الكرك والتجي الي الناصر، فاجتمع عند الملك الناصر عند برزة امم عظيمة من العساكر والجفّال، ولما دخلت هذه السنة والملك الناصر ببرزة بلغه ان جماعة من مماليكه قد عزموا علي اغتياله والفتك به، فهرب الملك الناصر من الدهليز الي قلعة دمشق، وبلغ مماليكه الذين قصدوا ذلك علمه بهم، فهربوا علي حمية الي جهة غزة، واشاع المماليك الناصرية انهم لا قصدوا قتل الملك الناصر وانما كان قصدهم ان يقبضوا عليه ويسلطنوا اخاه الملك الظاهر غازي بن الملك العزيز محمد بن الملك الظاهر غازي بن السلطان صلاح الدين لشهامته، ولما جري ذلك هرب الملك الظاهر المذكور خوفا من اخيه الملك الناصر، وكان الظاهر المذكور شقيق الناصر امهما ام ولد تركية، ووصل الملك الظاهر غازي الي غزة واجتمع

illud Haririi Conf. XLII. الطل قد يبدو امام الوابل والفضل للوابل لا للطل، "Tenuis pluvia praecedit vehementem: et haec tamen maioris fit quam illa."

multi compreſſi et conculcati perierunt. Tatari porro Azazum promovebant eaque per deditionem potiebantur.

Anno DCLVIII [qui die 17 Dec. A. C. 1259 coepit] accepit Syria immania damna a Tataris, vidit excidium Eiubidarum, novorumque in ius dominorum tranſiit. Res memoria digniſſimae, ideoque paullo diligentius pertractandae. Scilicet ſub ipſum ſuperioris anni exitum prodibat Malec en-Naſer Damaſco Borzam, ut Halebum a Tataris impeti cognoverat, ibique poſitis in caſtris recipiebat undecunque ad ſe coëuntem copiarum aliorumque hominum ingentem multitudinem, qui trepida fuga furorem hoſtium devitabant; item Malec el-Manſurum, Hamatae dominum, cum eius copiis. Non tantum tamen hi nihil efficiebant, quod operae pretium tulerit, ſed etiam Halebus, et cum ea tota Syria, peſſum ibat, Tatariſque cedebat in praedam, cum quod mature proſpectum ſecuritati regni non fuerat, et praeſentes copiae tantae moli ſuſtinendae et amoliendae non ſufficiebant; tum, idque maxime, quod fatales diſcordiae principem inter eiusque duces obortae Muſlemici nervos exercitus convellebant et ſuccidebant. Scilicet id iam agens Naſer, ut ſuae maiorumque ſuorum patriae Halebo ſuccurreret, comperibat, mamlucorum ſuorum aliquos vitae ſuae inſidiari, quamobrem praeceps e praetorio et caſtris aufugiebat in arcem Damaſcenam. Sic intelligentes conſpirati, eum inſidias non latuiſſe, cui parabantur, et ipſi, violentas manus ceterorum militium reveriti, fugiebant praefervide Gazam, indeque prodebant, ſe noluiſſe Naſerum de vita tollere, ſed tantum comprehendere, privatumque imperio, ut hominem imbellem, in cuſtodiam dare, fratrem eius autem, Malec ed-Daherum Gazium, in eius locum ſufficere voluiſſe, virum fortem et ſtrenuum, qualem praeſens fortuna poſtulet. Non poterat Daher per hos ſermones fratri non ſuſpectus fieri, quamvis ab eodem patre, eademque matre, concubina *Turcica, editi ambo eſſent. Ideoque ſibi male metuens*

et

واجتمع عليه من بها من العسكر واقاموه سلطانا ، ولما جري ذلك كاتب بيبرس البندقدار الملك المظفر قطز صاحب مصر ، فبذّل له الامان ووعده الوعود الجميلة ، ففارق بيبرس البندقدار الشاميين وسار الي مصر في جماعة من اصحابه ، فاقبل اليه الملك المظفر قطز وانزله في دار الوزارة واقطعه قليوب واعمالها *

ذكر استيلاء التتر علي حلب وعلي جميع الشام ومسير الملك الناصر من دمشق ووصول عساكره الي مصر وانفراد الملك الناصر عنهم ، في هذه السنة (اعني سنة ثمان وخمسين وستماية) في يوم الاحد تاسع صفر كان استيلاء التتر علي حلب ، وسببه ان هولاكو عبر الفرات بجموعه وارسل هولاكو الي الملك المعظم تورانشاه ابن صلاح الدين نايب السلطنة بحلب يقول انكم تضعفون عن لقاء المغل ونحن قصدنا الملك الناصر والعساكر ، فاجعلوا لنا عندكم شحنة وبالقلعة شحنة ونتوجه نحن الي العساكر ، فان كانت الكسرة علي عسكر المسلمين كانت البلاد لنا وتكونون قد حقنتم دماء المسلمين ، وان كانت الكسرة علينا كنتم مخيّرين في الشحنتين ان شيتم طردتموهما وان

o) المشدّ Ita refcripfi ex Ibn-Schehna. C. L. الشد

p) واكثر Forte واكثروا aut واكثر منهم

q) بلادهما C. L. بلادهم

r) Poft العديم forte deeft بذلك

s) برزية C. L. hic et alibi برزة

et ipſe Gazam aufugiebat, ubi eum et ſua factio et urbis praeſidia Sultanum proclamabant. Trahebat exemplum Rocn-eddinum Bibarſum Bondocdarum quoque, illum, qui, ut paullo ante narrabamus, a Carakae domino ad Naſerum defecerat. Is e caſtris apud Borzam, (nam et ipſe aderat) Miſrae domino, Malec el-Modaffaro Cotuzo, per litteras ſua ſuorumque offerebat ſervitia; illoque praeteritorum veniam, ſecuritatem, pulchra et praeclara omnia promittente, tranſibat Miſram cum turba ſua, ubi Cotuz eum benigne accipiebat, domumque Veziratus ipſi ad habitationem, et Caljubam cum adiunctis ad vitae neceſſitatis aſſignabat.

Interea dum haec geruntur et turbantur, peribat Haleb; cuius iactura totius Syriae, et Eiubicae gentis ruinam traxit. Vidimus paullo ante filium Hulacui, a patre praemiſſum, triſtis fabulae exordium Halebenſibus monſtraſſe. Iam ipſe pater, Hulacu, ſequebatur, traiecto Euphrate, legatumque, dominum Arzen er-Rumae, mittebat ad Halebenſes eorumque gubernatorem, Malec el-Moattamum Turanſchahum, Saladini filium, his cum conditionibus. Nolumus, o Halebenſes, ita nunciabat Tatari nomine legatus, veſtram urbem nunc quidem affligere, aut expugnare; ſed unice tendimus Malec en-Naſerum, et cum eo pugna decernere. Petimus igitur a vobis, velitis moram nobis non iniicere, bene conſcii quam veſtra debilitas Mogolis [h. e. nobis] profligandis non ſufficit; ſed potius duo Schehnas [ſeu conſules, vel praetores] noſtrates, unum in urbem veſtram, alterum in arcem tantiſper recipere, dum adhuc dubia belli fortuna poſt commiſſum praelium victorem quemcunque tandem declaraverit. Et ſi quidem nos Muſlemicum fundamus exercitum, erunt urbes et terrae veſtrae noſtri iuris, adeoque parum refert, paullo citius an tardius iugum accipiatis: interea ſpiritus veſtros compendii feceritis. Quod ſi vero e contrario vincamur, erit in optione atque poteſtate veſtra noſtros praetores ſeu eiicere,

وان شيتم فتلتموهما ، فلم يجب الملك المعظم الي ذلك وقال ليس لكم عندنا الاّ السيف ، وكان رسول هولاكو في ذلك صاحب ارزن الروم ، فتعجّب من هذا الجواب وتألّم لما علم من هلاك اهل حلب بسبب ذلك ، واحاط التتر بحلب ثاني صفر وهجموا النواشير *t* في غد ذلك اليوم وقتل جماعة من المسلمين ، وممن قتل اسد الدين ابن الملك الزاهر بن صلاح الدين واشتدّت مضايقة التتر للبلد وهجموا من عند حمام حمدان في ذيل قلعة الشريف في يوم الاحد تاسع صفر وبذّلوا السيف في المسلمين ، وصعد الي القلعة خلق عظيم ودار القتل والنهب من نهار الاحد الي الجمعة رابع عشر صفر ، فامر هولاكو برفع السيف ونودي بالامان ، ولم يسلم من اهل حلب الاّ من التجي الي دار شهاب الدين ابن عمرون ودار نجم الدين اخي مردكين *v* ودار البازيار ودار علم الدين قيصر الموصلي والخانقاه التي فيها زين الدين الصوفي وكنيسة اليهود ، وذلك لفرمانات كانت بايديهم ، وقيل انه سلم بهذه الاماكن ما يزيد علي خمسين الف نفس ، ونازل التتر القلعة وحاصروها وبها الملك المعظم ومن التجي اليها من العسكر ، واستمر الحصار عليها وكان من ذلك ما سنذكره ان شاء الله تعالي ❊ ،

ذكر

t) النواشير Forte النواشير Supra erat ناسورة

v) مردكين Cod. Leid. مزدلين

ſeu necare, ſi malitis. Haec legatus. Verum auſcultare negabat Moattam, aut aliud quid penes ſe Tataris paratum eſſe, quam nudum ferrum. Reſponſum, quod legato tam dolorificum, quam mirum et praeter exſpectationem, accidebat, bene gnaro, quam non poſſit Halebenſium haec ferocia perniciem ipſis non conſciſcere. Tatari ergo, ut intellexerant oppidanorum contumaciam, cingebant Halebum corona, ſecundo die ſecundi menſis huius anni. Tertio ſublicios occupabant pontes acre inſultu, et cum caede non paucorum de Muſlemis; quos inter erat Aſad-ed-din, filius Malec ez-Zaheri, filii Sultani Salah-ed-dini. Arctius inde atque arctius comprimebant urbem, donec nono die muros apud balneum Hamdani, ad pedem arcis Scharifi, ſuperarent. Quo facto promiſcue gladio in Muſlemos rapinisque ſaeviebant, per quinque dies: nam decimo quarto menſis die, qui Veneris erat, edicebat Hulacu praeconis voce, abſtinendum porro a laniena, et direptionibus, ſervandosque reliquos eſſe. Sed pauci erant, neque, niſi qui per tumultum irrumpentis hoſtis aut in arcem evaſerant, aut in certas quasdam domos confugerant, quas Hulacu, conceſſis particularibus Fermanis [ſeu edictis], immunes et inviolabiles eſſe iuſſerat. Erant illae domus hae. Vna Schahab-ed-dini Ibn-Amrui; altera, Nagm-ed-dini, fratris Mazdekini; tertia, Bazdiiadi; quarta, Alm-ed-dini Caiſari, Mauſelenſis; denique Chanoca [ſeu coenobium Suficum] illud, in quo degebat Zain-ed-din Suficus; tandem Synagoga Iudaeorum. His in locis aiunt animarum ultra quinquaginta millia ſervata fuiſſe. Sed negotium adhuc faceſſebat Tataris arx Halebenſis, in qua Malec el-Moattam Turanſchah, et, qui ſe illuc receperant, praeſidiarii, aliique, obſidionem tolerabant; de qua quid factum fuerit, exponemus deinceps, poſtquam, quae interea in Syria, Hamatae et aliis, item Malec en-Naſero Ioſepho, contigerunt, dixerimus.

ذكر غير ذلك من احوال حماة واحوال الملك الناصر بعد اخذ حلب ، كان قد تاخّر بحماة الطواشي مرشد لما سار صاحب حماة الي دمشق ، ولما بلغ اهل حماة فتح حلب توجّه الطواشي مرشد من حماة الي الملك المنصور صاحب حماة بدمشق ووصل كبراء حماة الي حلب ومعهم مفاتيح حماة وحملوها الي هولاكو وطلبوا منه الامان لاهل حماة وشحنة يكون عندهم ، فامنهم هولاكو وارسل الي حماة شحنة رجلا اعجميا كان يدّعي انه من ذرية خالد بن الوليد يقال له خسروشاه ، فقدم خسروشاه الي حماة وتولاها وامّن الرعية ، وكان بقلعة حماة مجاهد الدين قيماز امير جندار ، فسلّم القلعة اليه ودخل في طاعة التتر ، ولما بلغ الملك الناصر بدمشق اخذ حلب رحل عن دمشق بمن بقي معه من العساكر الي جهة الديار المصرية وفي صحبته الملك المنصور صاحب حماة ، واقام بنابلس اياما ورحل عنها وترك فيها الامير مجير الدين ابن ابي زكري والامير علي بن شجاع الدين ومعهما جماعة من العسكر، ثم سار الملك الناصر الي غزة وانضمّ اليه مماليكه الذين ارادوا قتله ، وكذلك اصطلح معه اخوه الملك الظاهر غازي وانضمّ اليه ، وبعد مسير الملك الناصر عن نابلس وصلوا التتر اليها وكبسوا العسكر الذين بها وقتلوا مجير الدين والامير علي بن شجاع ، وكانا اميرين جليلين فاضلين ، وكان البحرية قد قبضوا عليهما واعتقلوهما بالكرك وافرج عنهما المغيث لما وقع الصلح بينه وبين الناصر ، ولما بلغ الملك الناصر وهو بغزة ما جري من كبسة التتر لنابلس رحل من غزة الي العريش وسيّر القاضي برهان الدين ابن الخضر رسولا الي الملك

Scilicet Hamatae domino, Malec el-Manſuro, Damaſcum abeunte, remanſerat Tavaſchi Morſched. Sed is etiam, poſt cognitam Halebi calamitatem ad herum ſe recipiebat: ceteri vero proceres Halebum ibant, ibique ſuae claves urbis Hulacuo tradebant, ab eo ſibi ſuisque civibus vitae opumque ſecuritatem rogantes, et Schehnam ab eius parte. Quod utrumque obtinebant. Perſa erat, quem ipſis Holacu praetorem imponebat, Choſruſchah nomine, oriundus, ut certe iactabat, ab illo celebre heroe, Chaledo, filio Validi. Hic pace et ſalute promulgatis in fidem accipiebat et urbem et arcem, quam Mogahed-ed-din Caimaz, Emir Gandar, tenebat.

Ita ſe gerebant Hamateni. Malec en-Naſer autem, ut cognoverat, Halebum Tataris ſuccubuiſſe, petebat Aegyptum cum reliquiis copiarum. Supra enim dicebamus eas defectione partis non contemnendae minutas fuiſſe. Comitabatur ipſum Hamatae dominus. Primam itaque Neapolin adibant, ibique dies tranſigebant aliquot: tum, relicto ibi cum praeſidiis Mogir-ed-dino, filio Abu-Zacrii, et Emiro Alio, filio Schogga-ed-dini, movebat Naſer porro Gazam; ubi et illi eius mamluki, qui nuper eum opprimere tentaverant, ipſi ſe rurſus adiungebant atque ſubmittebant; et frater, Malec ed-Daher Gazi, rurſus conciliabatur, laborumque rurſus et periculorum ſocietatem adibat. Paullo poſt Ioſephi abitum, invadebant Tatari Neapolin, obrutosque ſubito inſultu praeſidiarios caedebant, et ambo modo laudatos eorum duces, viros dignitate pariter atque animi dotibus illuſtres; quos olim comprehenſos Baharici tenuerant in vinculis Carakae, Malec el-Mogit autem, poſt conſtitutam cum Naſero Ioſepho pacem, laxaverat. Huius cladis famam nactus Naſer apud Gazam, inde ſe Ariſchum recipiebat, indeque Cadium Borhan-ed-dinum Ibn-el-Chidrum ablegabat ad Miſrae dominum, Malec el-Modaffarum Cotuzum, implorandi auxilii cauſſa. Vlterius inde atque ulterius promovebant verſus Aegyp-

 tum

الملك المظفر قطز صاحب مصر يطلب منه المعاضدة ، ثم سار الملك الناصر والملك المنصور صاحب حماة والعسكر ووصلوا الي قطية ، فجري بها فتنة بين التركمان والاكراد الشهرزورية ووقع نهب في الجفال ، فخاف الملك الناصر ان يدخل مصر فيقبض عليه ، فتاخّر في قطية ورحلت العساكر والملك المنصور صاحب حماة الي مصر ، وتاخّر مع الملك الناصر جماعة يسيرة منهم اخوه الملك الظاهر غازي والملك الصالح ابن شيركوه صاحب حمص وشهاب الدين القيمري ، ثم سار الملك الناصر بمن تاخّر معه من قطية الي جهة تيه بني اسرايل ، ولما وصلت العساكر الي مصر x الملك المظفر قطز بالصالحية وطيّب قلوبهم وارسل الي الملك المنصور صاحب حماة سنجقا والتقاه ملتقاء حسنا وطيّب قلبه ودخل الي القاهرة ، واما التتر فانهم استولوا علي دمشق وساير الشام الي غزة واستقرّت شحاينهم في هذه البلاد *

ذكر استيلاء التتر علي قلعة حلب والمتجدّدات بالشام ، اما قلعة حلب فوثب جماعة من اهلها في مدة الحصار علي صفي الدين بن طرزة رييس حلب وعلي نجم الدين احمد بن عبد العزيز بن احمد بن القاضي نجم الدين بن ابي عصرون ، فقتلوهما ، لانهم اتّهموهما بمواطاة التتر ، واستمرّ الحصار علي القلعة واشتدّت مضايقة التتر لها شهرين ، ثم سلّمت بالامان يوم الاثنين الحادي عشر من ربيع الاخر y من هذه السنة ، ولما نزل اهلها بالامان (وكان فيها جماعة من البحرية الذين حبسهم الملك الناصر ومنهم سكز وبرامق وسنقر الاشقر) فسلّمهم هولاكو هم وباقي الترك الي رجل من التتر يقال

tum ambo principes, Naſer et Manſur, ad Catiam [ultimum Aegypti confinium]; ubi Turcomanos inter et Curdos Scheherzurenſes ſeditio, et, ut fit in tali tumultu, rapinae, incidebant. Veritus (414) ergo Ioſef Naſer, et a ſuis ſibi, et a Miſrenſibus multo magis, nolebat cum ceteris copiis eo ſequi, ſed remanebat apud Catiam, cum parva ſuorum manu, et fratre Malec ed-Dahero Gazio, nec non Malec es-Saleho, filio Schircuhi, Hemſae quondam domini, et Schahab-ed-dino Caimazo; cum quibus etiam porro in deſertum Iſraëlitarum tendebat. Miſram interea continuabant ceterae copiae, eoque delatos comiter excipiebat Malec el-Modaffar, qui tunc in Salehica degebat, bonoque iubebat animo eſſe. Hamatae domino mittebat Sangar [ſeu vexillum], et advenienti benignum ſe praeſtabat occurrens, bonaque pollicitus omnia eum deducebat Cahiram. Tatari Damaſcum interea totamque Syriam usque ad Gazam occupabant, et ubique locorum ſuos conſtituebant praetores.

Inſtituebamus paullo ante ſermonem de arcis Halebenſis obſidione, eiusque exitum enarrare promittebamus: oportunum nunc eſt datam fidem liberare, ſimulque cetera, quae tum contigere per Syriam, novarum rerum attexere. Defendebant Halebenſes arcem ſuam pertinaciter, et interea, dum tenebat obſidio, tenebat autem per duo fere menſes, tollebant, quos ſecreti cum Tataris commercii ſuſpectos habebant; Safi-ed-dinum, filium Tarzae, Halebi Raiiſum [ephorum], et Nagm-ed-dinum Ahmedem, filium Abd-el-Azizi, filii Ahmedis, filii Cadii Nagm-ed-dini Ibn-Abu-Aſruni. Tandem tamen vim admoventibus maiorem dedebant ſeſe cum arce die Lunae, undecimo quarti menſis huius anni. Praeſidia ſalva dimiſſa; quos vero in arce deprehendebant Baharicorum aliquos a Naſero quondam ibi in cuſtodia depoſitos, ut Sekuzum, et Baramecum, et Soncorum Aſchcarum, de quibus ſupra diximus, aliosque una Turcas, eos omnes alicui viro Tataro, nomine Sultan Gak, commendabant.

Hic

يقال له سلطان حق وهو رجل من اكابر القبجاق هرب من التتر لما غلبت علي القبجاق وقدم الي حلب فاحسن اليه الملك الناصر، فلم تطيب له البلاد فعاد الي التتر، واما العوام والغرباء فنزلوا الي اماكن الحمي قد قدمنا ذكرها فامر هولاكو ان يمضي كل من اسلم *a* الي داره وملكه وان لا يعارض، وجعل النايب بحلب عماد الدين القزويني، ووصل الي هولاكو علي حلب الملك الاشرف موسي بن ابراهيم بن شيركوه صاحب حمص، وكان قد انفرد الاشرف المذكور عن المسلمين لما توجّه الملك الناصر الي جهة مصر، ووصل الي هولاكو بحلب، فاكرمه هولاكو واعاد عليه حمص، وكان قد اخذها منه الملك الناصر صاحب حلب في سنة ست واربعين وستماية وعوّضه عنها تل باشر علي ما قدّمنا ذكره، فعادت اليه في هذه السنة واستقر ملكه بها، وقدم ايضا علي هولاكو وهو نازل علي حلب محيي الدين ابن الزكي *b* من دمشق، فاقبل عليه هولاكو وخلع عليه وولاه قضاء الشام، ولما عاد ابن الزكي الي دمشق لبس خلع هولاكو وكانت مذهّبة وجمع الفقهاء وغيرهم من اكابر دمشق وقرا عليهم تقليد هولاكو، فاستقرّ في القضاء، ثم رحل هولاكو الي حارم وطلب تسليمها، فامتنعوا ان يسلموها لغير فخر الدين والي قلعة حلب، فاحضره هولاكو، فسلّموها اليه، فغضب *c* هولاكو من ذلك وامر بهم فقتل اهل حارم عن اخرهم وسبي

x) Post مصر deest aut كان aut لغيهم
y) ربيع الاخر C. L. ربيع الاول *z*) حق Forte جق
a) اسلم Forte سلم *b*) الزكي C. L. الذكر
c) فغضب Forte aliquid deest.

Hic oriundus ex illuſtriſſimis Capgakitis, aufugerat olim a Tataris patriam deſolantibus, Halebum, ubi etiam a Naſero Ioſefo benigne fuerat acceptus. Quia vero Syriacum ipſi non arridebat ſolum, redierat ad Tataros. Cetera plebs et peregrini ſervati fuerant hactenus in locis, quae ſupra percenſebamus, aſylis. Nunc autem promulgabat Hulacu praeconis voce, Muſlemis omnibus licere, ſuas ad aedes impune redire, vetabatque ipſis ea in re impedimenta obiici. Locumtenentem porro ſuum Halebi conſtituebat Emad-ed-dinum Cazvinenſem. Interim ad ipſum veniebat Malec el-Aſchraf, Emeſſae quondam dominus, ſed quam Malec en-Naſer Ioſef ipſi iam anno DCXLVI ademerat, et cum Tall Baſcher permutaverat, ut ibi diximus. Hic Ioſephum copiasque Muſlemicas in Aegyptum tendentes deſerebat, Halebumque profectus ibi ſe Hulacuo ſubmittebat, ab eoque tanta excipiebatur cum benevolentia, ut et cetera ſua ſibi confirmata, et Emeſſam, qua exciderat, reſtitutam, acciperet. Adeoque recuperabat hoc anno avitam dominationem. Pariter quoque Hulacuum in caſtris ad Halebum adibat Mohi-ed-din Ibn ez-Zaki, Damaſco [hanc urbem eius poteſtati fidaeque cuſtodiae tradens]. Huic Tatarus inſignes honores ſplendidasque trabeas, et generalis per Syriam Cadii munus attribuebat. Damaſcum deinde reverſus Mohi-ed-din induebat trabeas Tataricas, auro pictas, fakihisque Damaſcenis, et aliis ibi primi ordinis viris, in concilium coactis, praelegebat eo in habitu Hulacui diploma, quod ipſum Cadium generalem conſtituebat; indeque munus illud capeſſebat et exercebat.

Confectis in hunc modum Halebi rebus, ad Haremum, arcem, promovebat Hulacu, eamque ſibi tradi poſtulabat: verum praeſidia negabant alii ſe tradere, quam arcis Halebenſis praefecto, Fachr-ed-dino. Huic ergo, ex Hulacui iuſſu, arcesſito, tradebant arcem [et hic porro Tataro]. Quae contumelia tam accendebat ipſum, ut iuberet praeſidiarios ad unum omnes

وسبي النساء ، ثم رحل هولاكو بعد ذلك وعاد الي الشرق وامر عماد الدين القزويني بالرحيل الي بغداد ، فسار اليها ، وجعل مكانه بحلب رجلا اعجميا ، وامر هولاكو بخراب اسوار قلعة حلب واسوار المدينة ، فخرّبت عن اخرها ، واعطي هولاكو الاشرف موسي صاحب حمص الدستور ، ففارقه ووصل الي حماة ونزل في دار المبارز واخذ بخراب قلعة حماة بتقدّم *d* هولاكو اليه ، فخرّبت اسوارها واحرقت زردخاناتها وبيعت الكتب التي كانت بدار السلطنة بحماة بابخس *e* الاثمان ، واما اسوار مدينة حماة فلم تخرب ، لانه كان بحماة رجل يقال له ابراهيم ابن الافرنجية ضامن الجهة المفردة بذّل لخسروشاه جملة كثيرة من المال وقال الفرنج قريب منّا بحصن الاكراد ومتي خربت اسوار المدينة لم يقدر اهلها علي المقام فيها ، فاخذ المال منه ولم يتعرض لخراب اسوار المدينة ، وكان قد امر هولاكو الاشرف موسي صاحب حمص بخراب قلعة حمص ايضا ، فلم يخرب منها الّا شيا قليلا لانها مدينته ، واما دمشق فانهم لما ملكوا المدينة بالامان لم يتعرضوا الي قتل ولا نهب ، وعصت قلعة دمشق عليهم ، فحاصرها التتر وجري علي اهل دمشق بسبب عصيان القلعة شدة عظيمة وضايقوا القلعة واقاموا عليها المناجنيق ، ثم تسلّموها بالامان ونهبوا جميع ما فيها وجدّوا في خراب اسوار قلعة دمشق واعدام ما فيها من الزردخانات والالات ، ثم توجّهوا الي بعلبك ونزلوا قلعتها *

ذكر

d) بتقدّم Cod. Leid. بتقديم

trucidari, feminas diripi. Tandem inde ſe in orientem recipiebat, Emad-ed-dinum Cazbinenſem iubebat Bagdadum ire; eius autem loco virum alium aliquem Perſam imponebat Halebo rectorem; curabat muros tam urbis huius, quam arcis, detrahi. Quod ipſum alibi quoque fieri edicebat. Malec el-Aſchrafum certe, iam Emeſſae dominum, e caſtris dimittens, ablegabat Hamatam, cum mandato munimenta eius omnia deſtruendi. Quod ille quoque ſatis monſtrabat, quam pronus ſit fideliſſime perficere. Hamatam enim delatus, habitatum concedebat in aedes Mobarezi dictas, et diruebat muros arcis, comburebat armaria, ſectori et haſtae ſubiiciebat bibliothecam Sultanicam, viliſſimoque pretio diſtrahebat et abiiciebat pretioſiſſimos libros; vis tamen urbis moenibus illata non fuit, hac de cauſa. Degebat eo tempore Hamatae aliquis Ibrahim, vulgo Ibn el-Afrangia [filius feminae Francicae] dictus.* Ille Choſruſchaho, Tatarorum apud Hamatam praetori, cum ampliſſimis largitionibus, tum argumentis probabilibus perſuadebat, ne urbis moenia moveret, Francorum in Heſn el-Acrad viciniam allegans, quorum avertere impetum urbs nuda nullo modo queat. Non eodem fidei rigore ſatisfaciebat Emeſſae dominus Hulacui mandatis in urbe ſua munimentis deſpolianda, quo uſus fuerat erga urbem alienam. Nam parum tantummodo aliquid detrahebat moenibus arcis ſuae, cetera ſinebat erecta, parcens, ut par erat, patrimonio ſuo. Damaſcum tandem ibant et occupabant Tatari, neque caedibus vexabant aut rapinis, utpote dediticiam. Nihilominus tamen magnas devorabant oppidani moleſtias ex eo, quod arx contumaciam induebat. Tandem tamen et haec inſultuum et catapultarum violentia coacta, data fide ſui copiam faciebat Tataris, qui expilatam funditus evertebant, omnemque apparatum bellicum deſtruebant et diſſipabant. Inde Balabacum ibant obſeſſum.

* Quae ſequuntur in Arabico ضامن التجهة المغرة ad verbum, *ſponſor* vel *praeſtitor* [inde *quaeſtor*] *tractus peculiaris*, non ſatis capio.

ذكر استيلا التتر علي ميافارقين وقتل صاحبها الملك الكامل،

في هذه السنة (اعني سنة ثمان وخمسين وستماية) استولي التتر علي ميافارقين، وقد تقدّم ذكر نزولهم عليها ومحاصرتها في سنة ست وخمسين، واستمرّ الحصار عليها مدة سنتين حتي فنيت ازوادهم وفني اهلها بالوباء وبالقتل وصاحبها الملك الكامل محمد بن الملك المظفر شهاب الدين غازي بن الملك العادل ابي بكر بن ايوب مصابرا ثابتا، وضعف من عنده عن القتال، فاستولي التتر عليها وقتلوا صاحبها الملك الكامل المذكور وحملوا راسه علي رمح وطيف به في البلاد ومرّوا به علي حلب وحماة ووصلوا به الي دمشق في سابع جمادي الاولي من هذه السنة وطافوا به في دمشق بالمغاني والطبول، وعلق راس المذكور في الشبكة بسور باب الفراديس الي ان عادت دمشق الي المسلمين، فدفن بمشهد الحسين داخل باب الفراديس، وفيه يقول الشيخ شهاب الدين ابن ابي شامة ابياتا منها

ابن غازي غزي وجاهد قوما اثخنوا في العراق والمشرقين،
ظاهرا e) عاليا ومات شهيدا بعد صبر عليهم عامين،
لم يشنه انا طيف بالراس منه وله اسوة براس الحسين،

ثم

e) بابخس *vilissimo pretio.* بخس *deminuere, decurtare.* Vide Sura LXXII. v. 12.

Hoc ipſo anno DCLVIII Maiiafarekinam quoque capiebant Tatari, cuius obſidionem anno iam DCLVI ipſos occepiſſe, ibi diximus. Tenuit ergo illa biennium, et tenuiſſet diutius, niſi commeatu per tantam moram conſumto, praeſidiis etiam, tam peſte, quam ferro, multum imminutis, reliquorum conſtantia viresque principem, firmum alias et patientem aerumnarum, Malec el-Camelum Muhammedem, filium Malec el-Modaffari Schahab-ed-dini Gazii, tandem deſeruiſſent. Hunc ergo ulturi Tatari, tot negotiorum ſibi auctorem, urbe viòlenter effracta, iugulabant, et affixum haſtae caput eius, tanquam in triumpho, per urbes, Halebum, Hamatam, alias, circumferebant oſtentantes, donec tandem Damaſcum pervenirent, die ſeptimo quinti menſis, ubi, poſtquam id ſub concentu muſico canticorum tympanorumque celebre in pompa cirtumtuliſſent, e feneſtra quadam clathrata in muro Bab al-Faradis [ſeu portae hortorum] ſuſpendebant; ubi etiam haeſit, donec Muſlemi, recuperata Damaſco, in martyrio Hoſaini, eandem intra portam hortorum tumularent. Celebravit eum caſum Schaich Schahab-ed-din Ibn Abu-Schamah verſibus bene multis, quorum de numero hi ſunt:

Filius Gazii gaza [bellum ſacrum pro cauſſa diei et religionis] geſſit et ſuſtinuit animoſe adverſus populum barbarum, qui tam in Irac, quam in utroque oriente, obſcoenum ſermonem effutivit.*

Purus et ſanctus, excelſus et illuſtris, dum viveret, et in morte martyri tandem, poſtquam per duos annos ipſorum vexationes fortiter toleraſſet.

Non infamat ipſum infame ſupplicium, quod caput eius ſpectaculo circumlatum fuit. Id idem Hoſaini, ſanctiſſimi hominis, capiti quoque contigit.

Eeee 3 Denique

* Conf. ad a. 488, ubi pariter poëta de Barbaris queritur. Vterque oriens eſt ex mea quidem opinione quidquid ultra citraque aut Tigridem, aut Oxum eſt.

ثم داروا في مشهد الراس ذاك الراس ، واستعجبوا من الحالين *

ذكر اتّصال الملك الناصر بالتتر واستيلايهم علي عجلون وغيرها من قلاع الشام اما الملك الناصر فانه لما انفرد عن العسكر من قطية وسار الي تيه بني اسرايل بقي متحيرا الي اين يتوجه ، فعزم علي التوجه الي الحجاز ، وكان له طيردار كردي اسمه حسين ، فحسّن له المضي الي التتر وقصد هولاكو ، فاغترّ بقوله ونزل ببركة زيزا ، وسار حسين الكردي الي كتبغا نايب هولاكو وعرّفه موضع الملك الناصر ، فارسل كتبغا وقبض عليه واحضره الي عجلون ، وكانت بعد عاصية ، فامرهم الملك الناصر بتسليمها ، فسلّمت اليهم ، فهدموها ، وكنّا قد ذكرنا حصار التتر لبعلبك ، فتسلّموها قبيل تسليم عجلون وخرّبوا قلعتها ايضا ، وكان بالصبيبة صاحبها الملك السعيد ابن الملك العزيز بن الملك العادل ، فسلّم الصبيبة اليهم وصار الملك السعيد معهم واعلن بالفسق والفجور وسفك دماء المسلمين ، واما الملك الناصر يوسف فان كتبغا بعث الي هولاكو ، فوصل الي دمشق ثم الي حماة وبها الاشرف صاحب حمص ، فخرج الي لقايه هو وخسروشاه النايب بحماة ، ثم

Denique condiderunt in eodem martyreo, in quo caput hoc iacet, etiam illud caput. O admiramini ſimillimam utriusque capitis fortunam, tam in vita quam morte, tam in ſupplicii genere, quam loco ſepulturae.

Sed redeamus ad hiſtoriam Syriae, et Malec en-Naſeri Ioſephi fata, quem ſupra vidimus, ut avulſus a copiis ſuis fuerat, in deſertum Iſraëlitarum abiiſſe. Ibi diu haerebat anceps quo iret, et ipſe quidem cupiebat in Hegazam ſe conferre: verum vincebat ipſum perverſa et exitioſa proditoris perſuaſio, Hoſaini cuiusdam, Curdi hominis, qui Thair-dari munere penes Ioſephum fungebatur [hoc eſt avium cuſtodis]. Hic ſuadebat hero, ut Tataris ſe adiungat, et Holacuo ſubmittat, efficiebatque, ut Ioſeph, apud lacum Ziza ſubſiſtens, ipſum illum Hoſainum ad Ketbogam mitteret, Holacui in Syria vicarium, eo fine, ut, quid a Tataris metuendum ſperandumve ſit, exploraret, et animos eorum ad clementiam inclinaret. Ketboga vero, ut primum a proditore cognoverat, ubi locorum rerumque verſetur Ioſef, mittebat eo, qui eum comprehenderent, et nactus in poteſtate rapiebat ſecum ad Eglunam, iubebatque ut praeſidiis, hactenus contumacibus, deditionem arcis imperaret. Dedita ſic Eglun, ſolo protinus aequabatur. Paullo antea Tatari Balabacum quoque deditione acceperant, quam nuperrime dicebamus ab ipſis invaſum fuiſſe. Eadem ruina et huius quoque arcem involvebant. Acceperant etiam Sabibam ab eius domino, Malec es-Saïdo, filio Malec el-Azizi, filii Malec el-Adeli, cui ſatis non erat ſeque ſuaque Tataris dedidiſſe, verum etiam animo favebat ipſis, peſſimaque ſuggerebat conſilia, quibus ſceleribus vexarent, quibus enecarent tormentis Muſlemos. Cuius impietatis meritas deinceps tulit poenas. Interea mittebat Ketboga Ioſephum Hulacuo per Damaſcum et Hamatam; quam poſtremam urbem tunc moderabantur Emeſſae dominus, Malec el-Aſchraf Muſa, et Choſruſchah; qui ambo tranſeunti obviam ibant.

ثم سار الي حلب ، فلما عاينها الملك الناصر وما قد حلّ g بها تضاعف تالمه وانشد

يعزّ علينا ان نري ربعكم يبكي وكانت به ايات حسنكم تتلي ،

ثم سار الي الاردو ، فاقبل عليه هولاكو ووعده بردّه الي مملكته ، وكان منه ما سنذكره ان شاء الله *

وفي خامس عشر شعبان من هذه السنة اخرج التتر من الاعتقال نغيب h قلعة دمشق وواليها وضربوا اعناقهما بداريا ، واشتهر عند اهل دمشق خروج العساكر من مصر لقتال التتر ، فاوقعوا بالنصاري ، وكانوا قد استطالوا علي المسلمين بدق النواقيس وادخال الخمر الي الجامع ، فنهبهم المسلمون في سابع عشرين رمضان من هذه السنة واخربوا كنيسة مريم ، وكانت كنيسة عظيمة ، وكانت كنيسة مريم في جانب دمشق الذي فتحه خالد بن الوليد بالسيف ، فبقيت

f) ظاهرا Forte ماش ظاهر

g) قد حلّ Cod. Leid. فدخل

h) نغيب C. L. بغيت

ibant. Halebum praetereuns Iosef, et misere mulcatam contemplans, praeter antiquum illum de communibus Syriae malis dolorem, alio recente tactus, audiebatur illud veteris poëtae recitare:

> Grave nobis et luctuosum accidit, videre solum vestrum quondam luxurians nunc plorare, illud, in quo varia vestrae pulchritudinis munumenta olim exstabant conspicua.

Vbi tandem ad Ordu* perveniebat Iosef, satis eum humaniter excipiebat Hulacu, reddendique spe principatus solabatur. Qua de re, ipsoque Iosefo, quid factum fuerit, postea dicemus.

Die decimo quinto mensis octavi huius anni producebant Tatari e vinculis Nakibum [seu capitaneum] arcis Damascenae, eiusdemque Valium [seu commendatorem, vel castellanum] ambobusque praescindebant cervices in Daria. [Forte ideo, quod certo cognorant id, quod] interea Damasci fama iactabat increbrescens, Misrenses advenire copias, obicem Tataricis grassationibus opposituras. Nova illa erecti spe Muslemi volabant in Christianos, qui superbum ab humiliatione Muslemorum extulerant caput, suisque Nakusis (415) perstrepuerant omnia, eoque processerant insolentiae, ut vinum in magnam Gameam [seu synagogam Muslemicam], quae Damasci est, inferrent. Dies erat vigesimus septimus noni mensis, quo Muslemi Christianorum aedes expilabant, eorumque magnam Canisam [seu ecclesiam] Mariae dedicatam, demoliebantur. Magnum id erat et spectabile aedificium, quale Christianos in urbe Islamismi capitale tenuisse ne quis miretur, tenenda eius historia, quam breviter trademus. Damascus quum primum a Christianis ad Muslemos transibat, partim quidem a Chaledo, filio Validi, expugnabatur armata manu, partim in fidem et custodiam Abu-Obaidae,

* Saepius recurret haec vox Mogolica vel Tatarica, notans campum imperialem, castra regia, ubi supremus Imperator metatur.

فبقيت بيد المسلمين ، وكانت ملاصق الجامع كنيسة *i* وهي من الجانب الذي فتحه ابو عبيدة بالامان ، فبقيت بيد النصاري ، فلما ولي الوليد بن عبد الملك الخلافة خرّب *k* الكنيسة الملاصقة للجامع واضافها اليه ولم يعوّض النصاري عنها ، فلما ولي عمر بن عبد العزيز عوّضهم عنها بكنيسة مريم عن تلك الكنيسة *l* ، فاعمروها عمارة عظيمة ، فبقيت كذلك حتي خرّبها المسلمون في التاريخ المذكور *

ذكر هزيمة التتر وقتل كتبغا ، وفي هذه السنة (اعني سنة ثمان وخمسين وستماية) كانت هزيمة التتر في يوم الجمعة الخامس والعشرين من شهر رمضان علي عين جالوت ، وكان من حديثها انه لما اجتمعت العساكر الاسلامية بمصر عزم الملك المظفر قطز مملوك المعزّ ايبك علي الخروج الي الشام لقتال التتر ، وسار من مصر بالعساكر الاسلامية وصحبته الملك المنصور محمد واخوه الملك الافضل علي ، وكان مسيره من الديار المصرية في اوايل رمضان من هذه السنة ، ولما بلغ كتبغا وهو نايب هولاكو علي الشام ومقدم التتر مسير العساكر الاسلامية اليه صحبة الملك المظفر قطز جمع من في الشام من التتر وسار الي لقاء المسلمين ، وكان الملك السعيد صاحب الصبيبة ابن الملك العزيز ابن الملك العادل ابن ايوب صحبة كتبغا ، وتقاربا الجمعان في الغور والتقوا يوم الجمعة المذكور ، فانهزمت

i) Post كنيسة forte deest اخري

k) Forte pro خرّب aliud quid requiritur.

Obaidae, iſtius collegae, ſeſe dedebat. In illa priore urbis parte, quae ferro fuit aperta, ſtabat illa Mariae ſacra aedes; adeoque eripiebant eam Chriſtianis iure ſuo utentes Muſlemi, tanquam victores. In altera parte, deditiicia nempe, exſtabat aliud templum, neſcio cui ſacrum, quod Chriſtiani vi pactorum retinebant. Proxime ab hoc poſteriore templo erigebant Muſlemi ſuum templum, quod quum deinceps ex integro novum et multo amplius et luculentius, quam vetus erat, conderet Valid, filius Abd-el-Maleki, vaſtabat Chriſtianorum hanc eccleſiam, ſuumque celebre illud opus per eius ſolum explicabat. Erat haec, etiamſi alienis a noſtra fide facta, iniuria tamen, cui ſatisfacturus Omar, filius Abd-el-Azizi, ut erat aequitatis et iuſtitiae rigidus cuſtos, reddebat Chriſtianis, poſtquam rerum ſummam poteſtatem capeſſiverat, illud Mariae templum, in ademptae deſtructaeque eccleſiae compenſationem. Sic itaque recuperatam excolebant Chriſtiani deinceps illam Mariae ſacram aedem perquam magnifice, tenebantque usque ad hoc tempus, quo illa per furorem plebis excidebant.

Triumphus enim hic de Chriſtianis fructus erat victoriae altero antea die, vigeſimo quinto noni eiusdem menſis, eodemque die Veneris, de Tataris apud Ain Galut reportatae. Nimirum exierat, initio noni menſis huius anni, Malec el-Modaffar Cotuz, Aegypti dominus, olim Moëzzi Ibeki mamlucus, una cum Malec el-Manſuro Muhammede, Hamatae domino, eiusque fratre, Malec el-Afdalo, patre meo, ceteriſque Muſlemicis, tam Aegyptiacis ſuis, quam horum Syriacis, copiis ex Aegypto, moveratque in Syriam adverſus Tataros, quorum imperator, et Hulacui per Syriam legatus generalis Ketboga, percepta iſtorum motuum fama, Tataros cogebat ſuos, quotquot ibi locorum in promtu habebat, et obviam ibat Muſlemis. Aderat ipſi Malec es-Saïd, Sabibae dominus, Malec el-Azizi filius, filii Malec el-Adeli, filii Eiubi. Concurrebant partes in Gaur [ſeu Coeleſyria

فانهزمت التتر هزيمة قبيحة واخذتهم سيوف المسلمين وقتل مقدمهم كتبغا واستوسر ابنه وتعلّق من سلم من التتر برؤس الجبال وتتبعهم المسلمون فافنوهم ، فهرب من سلم منهم الي الشرق ، فجرّد قطز ركن الدين بيبرس البندقدار في اثرهم فتبعهم الي اطراف البلاد الشرقية *m* ، وكان ايضا في صحبة التتر الملك الاشرف موسي صاحب حمص ، ففارقهم وطلب الامان من المظفر ، فامنه ، ووصل اليه ، فاكرمه واقرّه علي ما بيده وهو حمص ومضافاتها ، واما الملك السعيد صاحب الصبيبة فانه امسك اسيرا واحضر بين يدي الملك المظفر ، فامر به فضربت عنقه بسبب ما كان المذكور قد اعتمده من السفك والفسق ، ولما انقضي امر المصاف احسن المظفر قطز الي الملك المنصور صاحب حماة واقرّه علي حماة وبارين واعاد اليه المعرة ، وكانت في ايدي الحلبيين من حين استولوا عليها في سنة خمس وثلثين وستماية ، واخذ سلمية منه واعطاها امير العرب ، واتمّ الملك المظفر السير بالعساكر وصحبته الملك المنصور صاحب حماة حتي دخل دمشق وتضاعف شكر المسلمين لله تعالي علي هذا النصر العظيم ، فان القلوب كانت قد ييست من النصر علي التتر لاستيلايهم علي معظم بلاد الاسلام ولانهم ما قصدوا اقليما الّا فتحوه ولا عسكرا الّا هزموه ،

فابتهجت

l) Aut عنها , aut عن تلك الكنيسة delendum.

Damaſcena] apud Ain Galut (416) die Veneris, vigeſimo quinto dicti modo noni menſis. Sed foeda pellebantur fuga Tatari, Muſlemorum gladiis lacerati; cadebat ipſe dux, Ketboga; filius eius capiebatur; qui ſalvi aciem et ferrum effugiebant, in montium illi peribant cacuminibus ab inveſtigantibus noſtris. Evadebant ſoli, qui matura celereque fuga ſe in orientem [hoc eſt ultra Euphratem] recipiebant: quo tamen etiam Malec el-Modaffar Cotuz ipſis ſubmittebat Rocn-ed-dinum Bibarſum Bondocdarum, qui ad terrarum orientalium confinia usque ipſos perſequebantur. Victoriam et victorem ſequebatur tota Syria. Emeſſae dominus, Malec el-Aſchraf Muſa, qui etiam cum Tataris ſteterat, adverſa uſos fortuna deſerebat, ſibique parci rogabat a Modaffaro Cotuzo; contendebat ad ipſum, poſt impetratam ſecuritatem, ab eoque non tantum magna comitate accipiebatur, ſed etiam in Emeſſae tractusque adhaerentis poſſeſſione confirmabatur. At Malec es-Saïdo, Sabibae domino, non fiebat item gratia. Is enim captus in acie, coram adductus ad Cotuzum, huius iuſſu capite plectebatur, eoque luebat immania numeroque plura facinora, quae in capita et vitas fortunasque et famam Muſlemorum deſtinaverat. Porro reddebat Cotuz Malec el-Manſuro Hamatam ſuam, quam Choſruſchah, Tatarorum ibi praefectus, gentilium percepta clade, vacuaverat, et Barinam, et Maarram quoque, quam Halebenſes iam anno DCXXXV, ut ibi diximus, Hamateno principatui ſubtraxerant. Sed Salamiam ipſi ademtam, aſſignabat Arabum Emiro. Tandem movebat e campo tanta victoria inſignito, una cum Manſuro, verſus Damaſcum, ubi adventus eius Muſlemorum animos multiplex in gaudium, grataeque mentis erga deum, tantorum bonorum auctorem, teſtificationes uberrimas reſolvebat. Omnes enim omnino deſperaverant eos vinci et depelli poſſe, qui potiſſimum Iſlamicae ditionis partem tanto cum impetu obundaverant, qui nullam hactenus invaſerant provinciam, quin ſubigerent, nullam

 adorti

فابتهجت الرعايا بالنصرة عليهم وبقدوم الملك المظفر قطز الي الشام ، وفي يوم دخوله دمشق امر بشنق جماعة من المنتمين الي التتر ، فشنقوا ، وكان من جملتهم حسين الكردي طبردار الملك الناصر يوسف وهو الذي اوقع الملك الناصر في يدي التتر ، وفي هذه النصرة وقدوم قطز الي الشام قال بعض الشعراء

هلك الكفر في الشام جميعا واستجدّ الاسلام بعد دحوضه ،
بالملك المظفر الملك الاروع سيف الاسلام عند نهوضه ،
ملك جاءنا بعزم وحزم فاعتززنا بسمره وبيضه ،
اوجب الله شكر ذلك علينا دايما مثل واجبات فروضه *

ثم اعطي الملك المظفر قطز صاحب حماة الملك المنصور الدستور ، فقدم الملك المنصور قدامه مملوكه ونايبه مبارز الدين اقوش المنصوري الي حماة ، ثم *n* هو واخوه الملك الافضل ووصلا الي حماة ، ولما استقر الملك المنصور بحماة قبض علي جماعة كانوا مع التتر واعتقلهم ، وهني الشيخ شرف الدين شيخ الشيوخ الملك المنصور بهذا النصر العظيم وبعود المعرة بقصيدة منها .

نزغت

m) الشرقية deerat cod. Leid.

n) Post ثم deest aliquid, forte سار aut قدم

adorti fuerant exercitum, quin pellerent. Merito itaque veri Muſlemi, et de victoria, ut expetita quidem, ſic tamen parum ſperata, et de adventu Malec el-Modaffari Cotuzi laetabantur. Qui Tatarorum bene multos puniebat publico crucis ſupplicio, et inter alios illum Hoſainum Curdum, Malec en-Naſeri Ioſephi Thairdarum [vel ornithophylacem], qui, ut ſupra narrabamus, herum in ungues Tatarorum coniecerat. Illuſtres hos caſus non negligebant, ut facile iudicatu eſt, poëtae carminibus celebrare. Hos inter aliquis unum edebat aliquod, e quo depromti ſunt ſeqtientes verſus:

Periit Cofr [ſeu turba et potentia, res et fides infidelium] in Syria prorſus; et nuper oppreſſus Iſlamismus quaſi novam faciem novosque ſpiritus accepit,

per Malec el-Modaffarum [hoc eſt, principem victorem], regem alacrem et prudentem, gladium Iſlamismi, quando ſurgit, et hoſti profligando ſe accingit;

Regem, qui ad nos venit cum virile et conſtante, ſed circumſpecta, prudentia, cuius nigris haſtis, nitidisque gladiis, ut potentiſſimo praeſidio, tuti ſumus et valemus.

Pro tantis itaque beneficiis perpetuo gratum animum praeſtare non minus impoſitum nobis eſt officium, atque ceterorum praeceptorum ſancita eſt ſtricta obſervatio.

Rebus igitur omnibus in Syria conſtitutis, dabat Cotuz Manſuro, Hamatae domino, domum abeundi veniam. Et prior quidem Hamatam veniebat praemiſſus Manſuri mamlucus et locumtenens, Mobarez-ed-din Manſuricus; quem ipſe porro ſequebatur herus, cum fratre, Afdalo. Denuo is rerum ſuſcepta cura mittebat aliquos in vincula, qui cum Tataris ſteterant. Venienti victori panegyricum offerebat carmen Schaich Scharf-ed-din Schaich-es-Schoiuſch, quo ipſi victoriam de Tataris et receptam Maarram gratulabatur.

Nuta-

زغت *o* العدي فضمنت ثل عروشها *p* ، ولغينتها فاخذت ثل *q* جيوشها ،
نازلت املاك التتر فانزلت عن فحلها قصرا *r* وعن اكديشها ،
فغدي لسيفك في رقاب كماتها حصد المناجل في يبيس حشيشها ،
فغت الملوك ببذل ما تحويه اذا ختمت خزاينها علي منغوشها ☼

ومنها

وطويت عن مصر فسيح مراحل ما بين بركتها وبين عريشها ،
حتي حفظت علي العباد بلادها من رومها الاقصي الي حبوشها ،
فرشت حماة لوطي نعلك خدّها فوطيت عين الشمس عن مفروشها ،
وضربت سكّتها التي اخلصتها عما يشوب النقد من مغشوشها ،
وكذا المعرة اذا ملكت قيادها دهشت سرورا سار في مدهوشها *s* ،
طربت برجعتها اليك كانّما سكرت فحموه حاسها *t* او حيشها ،
لا زلت تنعش بالنوال فقيرها وتنال اقصي الاجر من منعوشها ☼

وكان

o) زغت Forte زاغت aut ازغت

p) ثل عروشها *ruinam foliorum.* Non infrequens phrafis ثل عرشه *fubrutum fuit folium eius*, quam fic explicat Meidanius. اي ذهب عزه وساءت حاله ، يقال ثللت الشي اذا هدمته وكسرته ، قال العتبي للعرش معنيان احدهما السرير، والاسّرة للملوك ، فاذا ثل عرش الملك فقد ذهب عزه ، والمعني الاخر العرش البيت ينصب من العيدان ويتظلل ، وجمعه عروش ، فاذا كسر عرش الرجل فقد هلك وذل h. e. "abiit eius gloria et depravatus fuit ftatus. Dicitur ثللت rem, fi eam diruis et confringis. Ait Atabicus: Poteft vox العرش gemino fenfu accipi: uno, quo folium notat; quum autem folium fit peculium regum, hinc idem eft dicere

ثل

Nutabant hoſtes, ſpondebatque [ſeu minabatur] thronus ipſorum everſionem. Tunc occurrebas tu ipſis, et rumpebas ipſorum copias.

Deſcendebas cum principibus Tatarorum in arenam, ſed idem tu quoque deſcendere faciebas eos vi detractos a nobilibus eorum et curſoribus equis.

Quo nata eſt gladio tuo in cervicibus heroum eius gentis meſſis, qualem habent falces in foenu aridum.

Superas alios reges in erogandis opibus, quas aut poſſides, aut acquiris, quum ceteri ſuis apothecis et intus concluſis ſignatis numis ceras, et ſigilla, applicant.

Inde quoque ſunt ſequentia.

Pervaſiſti totum illud ab Aegypti confiniis inde ad Syriam usque vaſtum ſpatium diaetarum, a Barca (417) inde usque ad Ariſch.

Itaque conſervaſti dei veris cultoribus ſuas terras ab extima Romania inde usque ad Habeſſiniam.

Subſternit Hamata tuo calceo calcandam ſuam genam: hanc calcans, calcas et protrudis diſcum ſolis a fundo ſuo.*

Cudis monetam eius, tua cura puram a mixtura ſcoriarum, quae alias probam ſolent adulterare.

Pariter quum nactus es Maarrae frena, ſtupet haec prae gaudio, quod eius animum penetrat.

Plaudit et tripudiat ob reditum ſuum ad te, tanquam ebria.

Nunquam deſinas eius pauperes erigere atque fortunare tuis donis; et a fortunatis erectisque ſupremum laudis mercedem adipiſci.

Sed

* Hoc eſt, ſumma potiris felicitate. Satis petulantur in re tantilla apud regulum tantillum.

وكان خسروشاه قد سافر من حماة الي جهة الشرق لما بلغه كسرة التتر، ثم جهّز الملك المظفر قطز عسكرا الي حلب ليحفظها، ورتّب ايضا شمس الدين البرلي العزيزي امير بالسواحل وغزة، ورتب معه جماعة من العزيزية، وكان البرلي المذكور من مماليك الملك العزيز محمد صاحب حلب وسار في جملة العزيزية مع ولده الملك الناصر يوسف الي قتال المصريين وخامر البرلي وجماعة من العزيزية علي ابن استاذهم الملك الناصر وصاروا مع ايبك التركماني صاحب مصر، ثم انهم قصدوا اغتيال المعز ايبك التركماني المذكور، وعلم بهم فقبض علي بعضهم وهرب بعضهم، وكان البرلي المذكور من جملة من سلم وهرب الي الشام، ولما وصل الي الملك الناصر اعتقله بقلعة عجلون، فلما توجّه الملك الناصر بالعساكر الي الغور مندفعا من بين يدي التتر اخرج البرلي المذكور من حبس عجلون وطيّب خاطره، فلما هرب الملك الناصر من قطية دخل شمس الدين اقوش البرلي المذكور مع العساكر الي مصر، فاحسن اليه الملك المظفر قطز وولّاه الان السواحل وغزة لما استقرّ بدمشق علي ما ذكرناه، وكان مقرّ البرلي لما تولي هذه الاعمال بنابلس تارة وبيت جبرين *x* اخري، ثم ان الملك المظفر قطز فوّض نيابة السلطنة بدمشق الي الامير علم الدين سنجر الحلبي، وهو الذي كان اتابكا لعليّ بن المعزّ ايبك، وفوّض نيابة السلطنة بحلب الي الملك السعيد ابن بدر الدين لولو صاحب الموصل، وكان المذكور قد وصل الي الملك الناصر يوسف صاحب الشام ودخل مع العساكر الي مصر وصار مع المظفر قطز، ففوّض

ذل dirutum fuit folium regis, atque dicere: abiit eius potentia. Altero

وفيها في ذي الحجة توفي الصاحب كمال الدين عمر بن عبد العزيز المعروف بابن العديم انتهت اليه رياسة اصحاب ابي حنيفة ، وكان

m) البغدادة Aut البغدادي aut البغدادية legendum.

praeſtabat ſacramentum, titulúmque Hakem beamr allah Emir el-mumenin tribuebat. (426) Sed quas in priorem Chalifam fecerat, in hunc non item faciebat expenſas. In turre quadam potius depoſito, vigileque ſepto cuſtodia, ſupremae auctoritatis nihil omnino quidquam indulgebat, praeter honorem recitandi nominis in publicis precibus. De huius Ahmedi proſapia differunt genealogi. Miſrenſes quidem eum ſic derivant. Faciunt nempe filium Haſani, filii Abu-Becri, filii Emiri Abu-Alii, filii Emiri Haſani, filii Raſchedi, filii Moſtarſchedi, filii Moſtadhari. Ceteros recenſere non vacat. Habentur in ſtemmate Chalifarum Abbaſicorum ſaepius propoſito. Verum Scharifi Abbaſici Solaimanici ſic exhibent in pura et ſincera ſui generis arbore: Ahmed erat filius Abu-Becri Alii, filii Abu-Becri, filii Ahmedis, filii Imami Moſtarſchedi Fadli, filii Moſtadhari.

Eodem expediebat Malec el-Manſur, Hamatae dominus, Schaich es-Schoiuch Scharf-ed-dinum Anſaricum [ſeu Medinenſem] legatum ad Malec ed-Daherum Bibarſum. Sed hunc quidem inveniebat legatus hero ſuo non nimis faventem. Reprehendebat enim Daher in Manſuro, quod nimius voluptatum mollisque vitae captator curare Muſlemorum commoda negligeret. Deinde tamen ſedata rurſus et reconciliata mente mandabat ea legato, quae poterant afflictum territumque Hamatenum rurſus conſolari et erigere. Itaque dimittebat eum rurſus ad ſua.

Eodem anno decedebat apud Miſram Schaich Azz-ed-din Abd-el-Aziz, filius Abd-es-Sallami (427), Damaſcenus, Imamus ſectae Schafeïticae; cuius ad mentem quoque multos edidit egregios libros.

Eiusdem anni menſe ultimo pariter exceſſit e vivis Saheb Camal-ed-din Omar, *filius Abd-el-Azizi, vulgo ſub nomine Ibn el-Adimi (427) [ſeu filii pauperis] notior, ſub ultimam aetatem ſectatorum Abu-Hanifae Raiis [ſeu generalis], vir ingenio*

 prae-

من نسل بني العباس يسمي احمد بعد ان اثبت نسبه وبايعه بالخلافة ولقب احمد المذكور الحاكم بامر الله امير المومنين ، وقد اختلف في نسبه ، والذي هو مشهور بمصر عند نسّابة مصر انه احمد بن حسن بن ابي بكر بن الامير ابي علي القبي *o* ابن الامير حسن ابن الراشد ابن المسترشد ابن المستظهر ، وقد مرّ نسب المستظهر في جملة خلفاء بني العباس ، واما عند الشرفاء العباسيين السليمانيين *p* في درج نسبهم الثابت فقالوا هو احمد بن ابي بكر علي بن ابي بكر بن *q* احمد بن الامام المسترشد الفضل بن المستظهر ، ولما اثبت الملك الظاهر نسب المذكور نزّله في برج محترزا عليه ولم يترك له غير الدعاء في الخطبة لا غير ذلك *

وفيها جهّز الملك المنصور صاحب حماة شيخ الشيوخ شرف الدين الانصاري رسولا الي الملك الظاهر ، ووصل شيخ الشيوخ المذكور ، فوجد السلطان الملك الظاهر عاتبا علي صاحب حماة اشتغاله *r* عن مصالح المسلمين باللهو ، وانكر الملك الظاهر علي الشيخ شرف الدين ذلك ، ثم انصلح خاطره وحمله ما طيّب به قلب صاحبه الملك المنصور ، ثم عاد الي حماة *

وفيها توفي الشيخ عز الدين عبد العزيز بن عبد السلام الدمشقي الامام في مذهب الشافعي ، وله مصنفات جليلة في المذهب ، وكانت وفاته بمصر رحمه الله تعالي *

وفيها في ذي الحجة توفي الصاحب كمال الدين عمر بن عبد العزيز المعروف بابن العديم انتهت اليه رياسة اصحاب ابي حنيفة ، وكان

m) البغدادة Aut البغدادي aut البغدادية legendum.

praeſtabat ſacramentum, titulùmque Hakem beamr allah Emir el-mumenin tribuebat. (426) Sed quas in priorem Chalifam fecerat, in hunc non item faciebat expenſas. In turre quadam potius depoſito, vigileque ſepto cuſtodia, ſupremae auctoritatis nihil omnino quidquam indulgebat, praeter honorem recitandi nominis in publicis precibus. De huius Ahmedi proſapia differunt genealogi. Miſrenſes quidem eum ſic derivant. Faciunt nempe filium Haſani, filii Abu-Becri, filii Emiri Abu-Alii, filii Emiri Haſani, filii Raſchedi, filii Moſtarſchedi, filii Moſtadhari. Ceteros recenſere non vacat. Habentur in ſtemmate Chalifarum Abbaſicorum ſaepius propoſito. Verum Scharifi Abbaſici Solaimanici ſic exhibent in pura et ſincera ſui generis arbore: Ahmed erat filius Abu-Becri Alii, filii Abu-Becri, filii Ahmedis, filii Imami Moſtarſchedi Fadli, filii Moſtadhari.

Eodem expediebat Malec el-Manſur, Hamatae dominus, Schaich es-Schoiuch Scharf-ed-dinum Anſaricum [ſeu Medinenſem] legatum ad Malec ed-Daherum Bibarſum. Sed hunc quidem inveniebat legatus hero ſuo non nimis faventem. Reprehendebat enim Daher in Manſuro, quod nimius voluptatum mollisque vitae captator curare Muſlemorum commoda negligeret. Deinde tamen ſedata rurſus et reconciliata mente mandabat ea legato, quae poterant afflictum territumque Hamatenum rurſus conſolari et erigere. Itaque dimittebat eum rurſus ad ſua.

Eodem anno decedebat apud Miſram Schaich Azz-ed-din Abd-el-Aziz, filius Abd-es-Sallami (427), Damaſcenus, Imamus ſectae Schafeïticae; cuius ad mentem quoque multos edidit egregios libros.

Eiusdem anni menſe ultimo pariter exceſſit e vivis Saheb Camal-ed-din Omar, filius Abd-el-Azizi, vulgo ſub nomine Ibn el-Adimi (427) [ſeu filii pauperis] notior, ſub ultimam aetatem ſectatorum Abu-Hanifae Raiis [ſeu generalis], vir ingenio

وكان فاضلا كبير s القدر الّف تاريخ حلب وغيره من المصنفات ،
وكان قد قدم الي مصر لما جفل الناس من التتـر ، ثم عاد بعد
خراب حلب ، فلما نظر ما فعله التتر من خراب حلب وقتل اهلها
بعد تلك العمارة قال في ذلك قصيدة طويلة منها

هو الدهر ما تبنيه كفّاك هدم ، وان رمت انصافا لديه فيظلم ،
اباد ملوك الفرس جميعا وقيصرا واصمت t لدي v فرسانها منه اسهم ،
وافني بني ايوب مع كثير جمعهم وما منهم الّا مليك معظّم ،
وملك بني العباس ازال ولم يدع لهم اثرا من بعدهم وهم هم ،
واعتابهم اضحت تداس وعهدها تباس بافواه الملك وتلثم *

ومنـهـا

وفي حلب ما شيت قل من عجايب احل بها يا صاح من كنت تعلم ،
فيالك من يوم شديد لعامة وقد اصبحت فيه المساجد تهدم ،
وقد درست تلك المدارس وارتمت مصاحفها فوق الثري وهي ضخم *

وهي طويلة واخرها

ولكنما لله في ذا مشية فيفعل فينا ما يشاء ويحكم *

n) بيبرس Paullo poſt طيبرس legitur aliquoties. In *Bibars* latere videtur nomen Biberii, ut in *Tibars* illud Tiberii.

o) Ita ſcriptum erat in codice, quod quomodo legendum ſit, non percipio.

p) السلمانين Num recte?

q) بن forte delendum.

r) اشتغاله C. L. للاشتعاله Forte لاشتغاله deleto علي ante صاحب حماة

s) كبير C. L. كثير

praestans, et dignitate pollens. Composuit Chronicon Halebense et alia. Quum irrumpentes in Syriam Tataros trepidi passim omnes fugerent, et hic quoque Misram secedebat. Vnde quum redux desolatam videret urbem patriam funditusque eversam, quae olim tot pulcherrimis aedificiis tantaque hominum frequentia clarebat, longum edebat carmen, cuius particula haec est:

Tale tempus est, talis fortuna rerum. Quidquid struant tuae manus diruit. Ab ea si cupias iustitiam, falleris: iniqua est.

Perdidit Persiae reges pariter atque Caesares. Tela eius istorum heroas et defensores tam repente prostraverunt, atque venator feram, quae momento citius ipso cum ictu et casu exspirat.

Consumsit reges Eiubidas non obstante magno ipsorum numero, et unius eorum cuiusque maxima maiestate.

Finiit regnum Abbasidarum, neque reliquum fecit deletis vestigium a quo agnoscantur illi, qui nuper admodum tam potentes, tam venerabiles et sacrosancti erant.

Quorum limina pedibus iam calcantur, quae regum osculis et frontibus nuper adhucdum trita meminimus. (429)

Interiectis aliis pergit sic:

Dic iam, mi amice, de Halebo quidquid lubet et nosti rerum mirabilium quae ipsi contigerunt,

post scaevum illum annoque suo gravem et atrum diem, in quo diruta fuerunt sacra oratoria;

in quo deleta sunt tam splendida collegia, sparsique humo voluminosi eorum codices.

Claudit longum hoc carmen hic versus:

Sed deus voluntati suae iure suo satisfacit. Faciat itaque de nobis quidquid volet et decernet.



t) اصمت *conficiunt praedam eo ipso in loco ubi feriunt.* يقال اصمى الرامي اذا اصاب ، وانمى اذا اشوى اي اصاب الشوى ولم يصب المقتل — وفي الحديث كل ما اصميت ودع ما انميت "Dicitur (verba sunt Meidanii) اصمى ferit sagittarius, si locum letalem feriit; et انمى si artus, cutem aut aliquid periculo vacuum feriit. — Est in traditionibus. Comede quod (اصميت) ipso momento occidisti, et abstine te ab eo quod (انميت) a telo tuo quidem cecidit, sed aliquo tempore post et procul a loco quo vulneratum fuit." Haec affert ad proverbium اصمى رميته "feriit letaliter praedam suam" quod ait *usurpari* يضرب لرجل يقصد في الامر ويصيب منه ما يريده "de eo qui rectam viam in opere suo tenet, et obtinet id quod cupit." Pro simplici *ferire* aut *occidere* passim usurpat Haririus; ut Conf. XXVII. اصماني بسهم اهانته "feriebat et occidebat me [رماني وقتلني ut reddunt Scholia] sagitta suae exprobrationis" eo quod me dehonestabat. In commentariolo ad eundem Consessum excitat Idem illud Ibn er-Rumii non inelegans.

تشكي المحبّ وتشكو وهي ظالمة كالقوس تصمي الرمايا وهي مرنان ،

"Miserum facit sui amantem, et ipsa tamen, quamvis iniqua, queritur iniuriam sibi factam; ut arcus, qui quamvis feriat [aut occidat] petitas feras, valde tamen tinnit."

v) لدي aut delendum, aut كبري aut aliud quid latet.



IO. IA-

IO. IACOBI REISKII

ADNOTATIONES HISTORICAE

AD

ABVLFEDAE ANNALIVM

TOMVM QVARTVM.

(1) *Pag.* 3. *Nemine repugnante.* Forte hoc ideo dicit, quia Ilducuz non erat ipſe princeps, aut certe nolebat videri, ſed tantum Atabek Arſlani. Poterat ergo eo mortuo Arſlan iam ipſe capeſſere imperium: ſed non faciebat; vel potius non poterat facere.

(2) *Pag.* 5. *Caracuſch.* Non confundendus cum Baha-ed-dino Caracuſcho, de quo ſupra ad a. 564. — Hic ergo primus fuit Turcarum in Africam ingreſſus, in qua hodie tantopore valent.

(3) *Pag.* 5. *Nur-ed-din.* Vehementer dubitari poteſt, ſitne hic ille *Αταπακος* de quo Nicetas pag. 152. tam enim is ibi multa obſcura et cum Noſtro pugnantia habet, ut paene non appareat ipſum de hac expeditione loqui. Forte appellarunt Selgukidae ſuum ſupremum aulae et militiae magiſtrum Atabecum, ut in aliis aulis orientalibus faciebant; quamvis apud Noſtrum quidem eius rei notitia et veſtigium non exſtet. *Πανασιον*, quod Nicetas memorat, eſt noſtri بهسنا *Bahaſna;* ſed ille legit بهنسا *Bahnaſa.* Quod non dixerim, ſitne rectius: quamvis Abulfeda in Geographia claris verbis damnet.

(4) *Pag.* 5. *Sivaſam.* Mihi nullum dubium eſt *Siſam* legendum eſſe. Wilh. Tyr. XVIII. 27 deſcribit hanc actionem, quam refert ad A. C. 1160 propemodum, et nominat loca, quae Nur-ed-din Iconienſi eripuit, *Mares, Behetſelin* et *Creſſum.* De quibus apparet, *Mares* eſſe *Maraſch,* et *Behetſelin, Bahaſna*; *Creſſum* autem eſt Gallicum nomen *Croiſſon*, quod Ioſſelinus *Siſae* olim impoſuit, quum ad ipſam pertineret. Vid. Mar. San. p. 162. 39.

(5) *Pag.* 7. "Obſedit Salah-ed-dinus Caracaum, ſtatimque in Aegyptum rediit accitus, ut videri volebat, a patre morituro. Sed revera ne ea arce capta et Francis depulſis liber Noraddino aditus [ad Aegyptum et ad ſe] pateret." Renaudot p. 538.

(6) *Pag.* 7. *Anno* 569. Non anno 550, ut male habet d'Herbelot pag. 499. b.

(7) *Pag.* 9. Memorabilis eſt ad hunc caſum locus Renaudoti p. 541. quem non poſſum, quin integrum adſcribam. "Anno, ait, 570 rebellavit Kenaz ſeu Kenazoddaulah, [diverſus ab illo, Hamdanida, quem pag. 452 memoravit,] Aſovanae praefectus, debellatus ab Adelo, Sultani fratre. Is Kenaz [vid. ad ann. 570] ad rebellionem Aegyptios Nigritasque in Thebaide concitaverat, eo nomine, quod Fatimidas avito regno reſtitutos vellet. Item a Macrizio memoratur defectio Habbaſi [hoc eſt Abbaſi] filii Chadi [hoc eſt Schadi], qui urbem Kous cepit, ſed in praelio occiſus. [Parum abſum quin credam hunc virum Saladini patruum fuiſſe.] Alia etiam, ſed quae a Macrizio refertur ad annum 572, fuit circa Keft, ſive Coptum, antiquam urbem in Thebaide duce Abdelkouae filio, Davidem, Adedi, ultimi Califae, filium, ſe eſſe ſimulante. Sed is ab Adelo oppreſſus: urbs paene diruta, tria rebellium millia ſuſpendio necata."

(8) *Pag.* 9. *Supremus invitator.* Vtut ſaepius hoc in opere mentio facta fuerit invitatorum, ευτρεπιστων, in negotio Alidarum, fateor tamen me, quid illud rei fuerit, nondum liquido intelligere. Forte fuit hic *invitator invitatorum*, id enim proprie notat dictio, caput eorum, qui Miſrae clam Alidis factionem comparabant. Vel quoque magiſter ordinis eorum qui *legem occultam, myſterium vocationis* amplectebantur, de quo ſupra.

(9) *Pag.* 9. *Omara — Iemanicus.* Vid. d'Herb. p. 107. b. ubi qui *Amarah, ſurnom de Nagmeddin* et e continente, ſed ſeparato articulo, *Amrah ben Ali Iemini* (ſic enim leg.) appellatur, unus et idem homo eſt. Debebant ergo una notitia comprehendi. Poſterior articulus parum ab ineptiis abeſt. Conf. p. 343. a. 742. b. 871. b. ubi eadem repetuntur et alia ſuperadduntur, ut eſt illud p. 742. a. Saladinum fuiſſe fratrem Schircuhi; ut cetera praeteream quae ibi temere narrantur. Hic ipſe eſt ille *Khazergi*, cuius *hiſtoriam Arabiae felicis* p. 980. a. voce *Ketab al Maimoun*, laudat.

(10) *Pag.* 11. *Vtriusque palatii.* Eſt idem, quod alias *Caſr*, noſtratibus *Caſſere*, palatium, in ſingulari. Chalifarum nempe Fatemidarum.

Ita

Ita Marai: "Gauhar incipiebat condere Cahiram ودار الامارة المعروفة الان بالقصرين et domum Emiratus [vel ſedem Emiri], quae hodie ſolet Caſrein appellari." Vicus ibi vicinus appellabatur olim et adhuc hodie ſic audit بين القصرين *Bein el-caſrain*, de quo memorat Leo Afric. VIII. 17. p. 461. Scilicet quatuor diverſa ſucceſſive fuerunt Miſrae palatia. 1) *Dar el-Amarat*, ſedes Emirorum, a Chaliſis Bagdadicis legatorum, et quae in قصر الشمع *Caſr es-Schama* (*Caſr Iſſcemma* apud Wanſleb. Voy. p. 129) erat. 2) القطايع *al-Cataie*, vulgo *Catheia*, quam Ahmed Ibn-Toulun condidit, es eius gens atque ſucceſſores deinceps inhabitarunt. Vid. Wanſleb. l. c. et Marai, cuius haec ſunt verba: هو الذي تحول من دار النيابة التي بقصر الشمع الي قصر بناه بين مصر والقاهرة وسماه القطايع ويقال هو الميدان الذي تحت القلعة بالرميلة الان ، وبني الي جانبه الجامع الطولوني الكبير المشهور 3) *Caſr* vel *Caſrain* Chaliſarum Fatemidarum, et 4) tandem قلعة الجبل *arx montana*, a Saladino condita, ſedes Sultanorum Eiubidarum et Mamlucorum.

(11) *Pag.* 15. Vid. Renaud. p. 538. d'Herbelot p. 679. a. "Nouroddin entra puiſſemment en Egypte, enfonça la ville capitale, et contraignit Saladin à prendre la fuite devant lui. — . Nouroddin après avoir reduit Saladin à la raiſon, retourna en Syrie." — Sed haec de ſuo dedit V. D. nimium feſtinus. Subſtitit ea res intra molimen.

(12) *Pag.* 15. Wilh. Tyr. XVI. 7. "Noradinus vir providus et diſcretus et iuxta traditiones illius populi ſuperſtitioſas deum timens; felix quoque et paternae ampliator haereditatis."

(13) *Pag.* 15. Raud el-Achiar narrat, Nur-ed-dinum noſtrum non tantum fikham ex mente Hanafitidorum calluiſſe, et quamvis huic ſectae addictus eſſet, Schafeïticos tamen magno in honore habuiſſe: ſed etiam سمع الحديث وحدث بحلب ودمشق عن جماعة اجازه اليه وسمع منه جماعة "audiviſſe traditionem, et eam Halebi et Damaſci, qualem a ſuis magiſtris, neſcio quibus, acceperat, auditoribus, quos ibi locorum habebat, reddidiſſe." Sepultus fuit primum in arce Damaſcena, dein in Madreſa ſua;

 ubi

ubi etiam وقد جرب استجابة الدعاء عند قبره "experientia compertum fuit, deum preces apud eius tymbum factas, clementer audire."

(14) *Pag.* 17. *Ibn-el Mocaddam.* Vox *Mocaddami* ſaepius apud eos noſtratium, qui Barbariam deſcripſerunt, praecipue apud Addiſonum, occurrit.

(15) *Pag.* 17. Vid. quae de hoc Canazo, vel Canaz-ed-daula, iam ad ſuperiorem annum [adn. 7.] ex Renaudoto adſcripſimus. Id unum deſidero, quod non prodiderit cuias ille fuerit, et quae illi ad Fatemidas aut aliam gentem principalem relatio.

(16) *Pag.* 19. *Domus Akiki.* Videtur illius Scherif Akiki eſſe de quo ſupra narravit noſter ad ann. 334.

(17) *Pag.* 19. *Seif-el-Iſlamum Togtekinum.* Atqui Wilh. Tyr. XXI. 11. non hunc, ſed alterum fratrem Schams-ed-daulam Turanſchahum ait a Saladino Damaſci relictum. "Semſedotus, Salahadini frater, qui Damaſci reſidebat procurator." Sed fallitur procul dubio. Nam Schams-ed-daula erat tunc in Arabia felice.

(18) *Pag.* 21. Longe aliam allegat cauſſam Wilh. Tyr. XXI. 8.

(19) *Pag.* 23. *Cornua Hamatae.* Videtur locus aut tractus ita dictus eſſe. Cl. Schultens *colles Hamatae* vertit.

(20) *Pag.* 25. *Caimazum.* Semper erat in codice Leidano قيمار *Caimar*, et ita quoque Herbelotus pag. 630. b. 1005. a. At ipſe Abulfeda damnavit in ſuperioribus et iuſſit قيماز ſcribi, et ita quoque ſcribitur in Abu-Oſaibae vitis Medicorum, e quo locum integrum hicc egregie illuſtrantem, cuius ſupra ſpem feci ad a. 566, nunc adſcribam. Recenſens itaque vitam *Ibn-Safiae*, ſeu vero nomine *Abu-Galebi* dicti, Chriſtiani medici, ſic narrat. "Erat Abu'l-Modaffar Iuſef el-Moſtanged billah Chalifa vir penetrans, acer, imperioſus, et quandoque ſaevus. Vezirum olim habuerat Abu'l-Modaffarum Iahiam, filium Hobairae; poſt huius fata deinceps Scharf-eddinum, filium Baladenſis, deceſſoris ſui veſtigia ſectantem. Erat autem inter proceres aulae Bagdadicae praecipuus Cotb-ed-din Caimaz origine Armenus; at qui tamen magnam ſibi comparaverat poteſtatem et late regnabat,

aulamque

aulamque pro arbitrio moderabatur, nemine adversante, et quo firmioribus fundamentis dominationem superstrueret, maximos quosque duces filiarum matrimoniis innectebat. Verum cum Veziro ipsi non conveniebat, qui apud Chalifam hanc Caimazi et ipsi adhaerentium magnatum tyrannidem suspectam faciebat, eamque cavere iubebat. Decernebat igitur Chalifa Caimazum cum factione sua comprehendere. Sed secus cadebat res quam speraverat. Ibn-Safia enim, qui eum aegrotantem curabat, ut compererat quid consiliorum agitaretur, statim ad Caimazum deferebat, eius gratiam et familiaritatem aucupans: eoque sic utebatur Caimaz ad necem augusti. Condicebat nempe cum Ibn-Safia, ut is augusto balnei usum imperaret. Medicus etiam hoc pacto usum eius suadebat. Sed repudiabat Chalifa, suae debilitatis probe sibi conscius. Sed Caimaz post medici discessum ingressus ad principem una cum parte suae factionis vehementer urgebant medici consilium exsequendum esse, ut quem scire deceat, quid actu opus sit; eaque ratione invitum et obluctantem Mostangedum pertrahebant in balneum, quod per continua tria nychthemera calefecerant, foribusque obseratis abibant, certae morti permittentes principem, qui, quum neque sustinere vim caloris, neque egredi posset, periit. Vehementem quidem monstrabant luctum conscii sceleris, sed simulatum, et mortui filium salutabant Chalifam sub titulo Mostadii beamr allah. Novus dominus perstabat aliquamdiu reconditam alto pectore gestarum rerum memoriam et malevolentiam servans; incipiebat interea ipse solus et pro auctoritate res imperii tractare cum Veziro suo quem nuncupaverat, Adad-ed-dino Abu'l-Farago, filio Raiis er-Rusa [seu supremi Raisi], excluso Caimazo. Qui nihilominus pristinam conservaverat archiatri dignitatem Ibn-Safia, continuans quoque vetera officia clandestinus explorator, quidquid intelligebat rerum in secreto consilio peractarum ad Caimazum referabat. Nemo enim eum, ut augusti corporis curatorem, quin iret quo vellet, arcebat. Sed pertaesus tandem proditoris Chalifa nocte quadam ipsum, velut sontica de caussa arcessebat; et, o mi Hakim, aiebat, obversatur mihi ob oculos homo quidam, cuius adspectum aegre fero, et quem leni quodam modo, non valde ignominioso, neque turbas et famam cienre sublatum de medio cuperem. Componamus ipsi, respondebat medicus, potionem potentem et

 effica-

efficacem, quam si hauserit, iam in vado es, domine, quemadmodum optas. Et cum dicto abibat domum, compositamque qualem memoraverat potionem exhibebat, altera nocte rediens, Chalifae; qui aperta pyxide, contemplatus eam, mi Hakim, aiebat, vellem equidem huius medicamenti vim explorare, sed in te, et impero tibi, ut deglutias. Miris modis torquebat se medicus, amarum potum declinans, deumque immortalem suamque innocentiam aliquoties obtestatus. Verum Chalifa talia manere dicens eum, qui oblitus officii sui provinciam alienam invadat orbitamque suam transscendat: hauri, aiebat, ego tibi dico; et, ita me deus amet, non effugies ab hoc pharmaco nisi per hunc gladium. Hauriebat ergo medicus potionem suam, et ab una morte properabat ad alteram. Dein exibat e palatio litterisque ad Caimazum datis de casu suo significabat, monens atque praesagiens eum, qui de se orsus fuerat, ad ipsum et sodales ceteros perrecturum esse; iisque scriptis protinus peribat. Meditabatur quidem Caimaz hanc amici necem ulcisci et Chalifam perdere. Sed retorquebat deus eius artes in auctoris caput. Direptis enim opibus exutus aufugere Bagdado cogebatur. Vnde degressus offerebat Saladino servitium militare; sed eo repudiante tendebat Mauselam per desertum [vel Campaniam, quae transituro ex Syria in Mesopotamiam apud Euphratem transmittenda est;] correptus autem morbo in ipsa via, urbem, Mauselam nempe, attingebat aeger, ibique paullo post exspiravit."

(21) *Pag. 29. Ibn Asaker.* Vid. d'Herb. p. 131. b. 317. b. 391. a. 859. a. 865. a. Forte quoque idem est, qui p. 26. b. *Abul Iemen* citatur. Libri *Ethaf al Zair* titulus Arabicis characteribus ita scribitur اتحاف الزاير

(22) *Pag. 29. In arce Masjaf.* مصياف Ita passim scriptum reperii, videturque mihi quidem ea scriptio vera esse. Alibi reperii مصيات *Masjat*, uti etiam exhibuit celeb. *Schultens*, cuius *Index Geograph.* ea voce consulendus. Renaudot pag. 541 prodit se مصياب legisse, dum *castrum Mosjab* appellat.

(23) *Pag. 31. ulnarum Casemicarum.* Non novi huius appellationis rationem. Ipso de muro illo sic narrat Herbelot p. 233. "Saladin fit enfermer ces deux villes [Mesr et Fosthath] d'une seule muraille, qui avoit 26 mille

mille coudées de tour. Ce prince ne put pas cependent achever entièrement ſon ouvrage, quoiqu'il y fit travailler ſans diſcontinuation jusqu'à ſa mort."

(24) *Pag.* 31. *Carafa.* Eſt coemeterium publicum. Vid. Wanſleb Voyage fait en Egypte p. 132. et Leo Afric. paſſim. Vid. ſupra ad a. 564.

(25) *Pag.* 33. Hanc cladem luculenter deſcribit Wilh. Tyr. XXI. 22. 23. et dicit Saladinum vix cum centum equitibus rediiſſe. Sed incredibilia paene dicit de paucitate Chriſtianorum et immane numero Muſlemorum.

(26) *Pag.* 33. *Fakihum Iſam.* Hunc Renaudot p. 542 *doctorem Iſa El-Ararari* appellat; non exputo quid in ſuis codicibus habuerit; rectum eſt الهكاري *Haccari*, Curdus, de tribu Haccaritorum, ut ſub a. 564 legitur.

(27) *Pag.* 33. *Poëtae.* Eſt is Abu'l-Ata Sendicus. Vid. Excerpta Hamaſae Schultenſiana pag. 348.

(28) *Pag.* 35. Wilhelm. Tyr. XXI. 25. "Quum iam qui incluſi tenebantur in ſupremam deſperationem incidiſſent, noſtri coeperunt de reditu ad propria tractare — videns ergo dominus Princeps [Antiochenus], quod ita Comes Flandriae [Philippus] fixerat propoſitum, — ſumta de obſeſſis, incerta quantitate, pecunia, obſidionem ſolvit." Conf. c. 19.

(29) *Pag.* 35. *ante hunc annum.* Deceſſerat enim Arſlan anno 571, ut ait Herbelotus, aut 573, et Hagi Chaliſa.

(30) *Pag.* 37. *al-Hisbis.* حيص بيص *His Bis* eſt de lingua Arabum gloſſematica, ſeu minus vulgata, partim caſca et obſoleta, partim tantum in libris et inter grammaticos aut ſcenitas Arabes nota. Notat rerum omnium confuſionem, perturbationem, aeſtum. Notionis aliquot exempla et etymologiae rationem dedi in notis ad textum Arabicum. Hic autem denominationis rationem et occaſionem enarrabo verbis Abu-Oſaibae, qui ſic de noſtro narrat in vita Abu'l-Caſemi Muhammedis filii Fadli, medici Bagdadici. "Simultates alebat hic medicus poëta cum Emiro Abu'l-Favareſo Saado, filio Muhammedis, filii Saifii, poëta celebre ſub nomine His Bis. Interdum quidem agebant hi duo pacem ſed haud diuturnam, quin rurſus in ſe ruerent, ſeque morderent et lacerarent carminibus. Occaſio autem,

quae

quae isti Emiro agnomen His Bis dedit haec erat. Minabantur praesidia Bagdadica deserto Chalifa in castra Sultani Selgukidae [tunc urbem obsidentis, Muhammedis filii Mahmudi] transire. Id contingebat sub Moctafio beamr allah. Ingens inde inter oppidanos aestus, et multi sermones atque concursationes. Quod cum videret Emir, quid hoc sibi vult, inquit, aut quid cogitare debeo, videns homines in His Bis [tanta aestuatione]. Hinc adhaesit ipsi hoc nomen, ex peregrina et haud vulgare illa eloquentia Arabica petitum, quam is tam sermone quam scriptis affectabat."

(31) *Pag.* 39. *Abarensis.* الابري Hoc non intelligo. Forte *Amidensis* الامدي, aut *Abharensis* الابهري Ceterum simile exemplum feminae doctae prostat sub ann. 464.

(32) *Pag.* 39. Wilhelmus Tyrius XXI. 30. Oliver. Schol. "Anno MCLXXVIII, ait — rex quoddam castrum construxit super ripam Iordanis in loco qui dicitur vadum Iacob — Ex hac Saladinus elatus victoria, castrum illud obsedit, violenter cepit, occisis Templariis et aliis omnibus." Robertus de Monte ad A. Chr. 1180 de castri situ sic narrat: "Rex [Balduinus IV.] fecit castrum munitissimum et arte et natura super fluvium Iordanem, quod vocatur vadum Iacob, ubi luctatus est Iacob cum Angelo — proximum civitatibus Belinas et Damas. Et quia Agarenis per hoc vadum transitus est in terram Christianorum, illud quam plurimum odio habent." Et aliquanto post eiusdem anni fine: "Saladin, ait, cum innumero exercitu obsedit castrum de vado Iacobi, quod machinis et vi cepit, et milites templi qui intus erant per medium serris per latera scidit; alios, qui erant inferioris ordinis, decapitavit; ipsum tamen castrum obtulit Saladin, quod reficeret et munitum Christianis redderet, si vellent Christiani ei reddere nepotem suum — quod utrum factum sit, nondum scimus."

(33) *Pag.* 41. *in Tagum*, hoc est *coronam.* Videtur locus in aula Bagdadica, sic dictus, et forte carcer procerum fuisse.

(34) *Pag.* 43. Comparentur illa Renaud. p. 542. "Salaheddin copias duxit adversus Livonem, seu Leonem, Armeniae regem, auxilium laturus Kelige Arslano, Romaniae principi, pacisque conditiones utrique praescripsit."

(35)

(35) *Pag.* 45. *Barnas.* Id est *le prince.* "C'etoit le brave Renaud de Chaſtillon, qui après avoir gouverné long tems la principauté d'Antiochie [unde titulum Principis habebat] dont il avoit epouſé la princeſſe Conſtance, étoit alors Gouverneur des Pays, qui ſont au de la du Jourdain, et arreta ſouvent le cours des victoires de Saladin." Maimbourg Hiſt. des Croiſades p. 420. conf. p. 531. Conf. Wilh. Tyr. XXI. 14.

(36) *Pag.* 45. *Az-ed-dino.* Falſus itaque eſt Marin. Sanut. p. 190. quum pro hoc *Cateboddinum*, hoc eſt Cotb-ed-dinum Maududum, patrem eius nominat. Ridiculum eſt quod Renaudot pag. 542 tradit, auctore non idoneo, ſed nec nullo, *Chaliſam petiiſſe Halebi praefecturam, non tamen obtinuiſſe.* Habet laudatus auctor l. c. ad hunc annum alia Saladinum ſpectantia memorabilia, Noſtro praeterita.

(37) *Pag.* 45. *Emad-ed-dino.* Hunc Wilh. Tyr. XXII. 19 Cotb-ed-dinum male appellat.

(38) *Pag.* 47. *Ibn-el-Anbar.* Hic eſt ille quem deſignât Herbelotus pag. 114. a. "Un autre Ambari qui mourit" cet. ſed obſcuriora ſunt, quae ibi tradit. Declarabo ex *Raudo*, qui liber haec habet: "Abu'l-Baracat Abd-er-Rahman, filius Muhammedis, f. Abdallae, f. Abu-Saïdi, Anbari, auctor *Kitab el-Inſaf* [libri qui aequum inter partes litigantes iudicium fert] *fi maſaiel el-Chelaf*, agentis de theſibus controverſis; in quo libro propoſuit opiniones Baſrenſium et Cufenſium quatenus fikham polemicam concernunt. Auctor eſt etiam alterius libri *Mizan el-Arabiat*, ſeu trutinae Arabiſmi; item Nozhat el-Ouliia [delectationis excellentium hominum]. Tractat ille tabacat el-Odaba, varias claſſes et aetates litteratorum. Tandem ſcripſit Kitab el-Foſul, librum articulorum, vel Aphoriſmorum. Pertinet ille ad ſcientiam Oſul." Haec Raud.

(39) *Pag.* 49. *Heſn-es-Schakif.* Eſt procul dubio illud caſtrum de quo Wilh. Tyr. XXII. 15 narrat absque ut id nominet.

(40) *Pag.* 51. *Togtekino vindicata Arabia.* Sic tamen ut vaſallus eſſet ſui fratris Saladini, et ut regnum Arabiae felicis a Sultanatu Syro-Miſrenſe dependeret. Hinc intelligas illud Marci Pauli Veneti (modo verum ſit),

quod III. cap. 46. narrat, "cum Sultanus Babyloniae [Saladinum notat] obsideret civitatem Acconensem — misisse Sultanum Aden in auxilium eius triginta millia equitum, et quadraginta millia camelorum" cet. In ceteris pro more suo ineptit Paulus.

(41) *Pag.* 53. Renaudot ita de hac expeditione. "Arnaldus Castillionaeus Caraki dominus Aila solvens classe instructa, Aidab in Arabia obsedit, et Meccam tendens, cum inde abesset unius diei itinere, redire aquae penuria coactus, Muamedanos peregrinos multos occidit, adversus Muamedem et Meccam multas contumelias et minas iactavit, quae ipsi necis caussa fuerunt. Variant tamen auctores. Sunt enim qui dicant illum ab Aegyptiaca classe interceptum magnam cladem accepisse." In his est quod offendit aliquos, Aidab in Arabia posita, ad orientale maris Erythraei litus, quae seu in Aegypto seu in Habyssinia, certe in occidentale istius sinus litore iacet. Conf. Idem p. 544.

(42) *Pag.* 55. *Filius Abd-el-Maleki.* Non ergo Maleki, ut apud d'Herb. p. 191. b. sed recte habet p. 862. a. voce *Tarikh Andalous.*

(43) *Pag.* 57. *Nur-ed-din f. Cara Arslani.* Conf. Wilh. Tyr. XXII. 24. ubi hunc *Noradinum* appellat, filium *Carassalem.*

(44) *Pag.* 61. Procul dubio cum aliis etiam hoc iram Az-ed-dini concitavit, quod ille Caimaz ipsi maxime nolenti persuaserat importunis precibus, ut Halebum, nobilem et momentosam urbem, fratri, homini levi et imbecilli, dederet, quem credibile erat parta non diu tuiturum esse.

(45) *Pag.* 61. *Abu-Iacob — morbo oppetebat.* Conf. Hist. Revolut. Hispan. T. III. p. 199. et II. 543. In Tago periisse caesum a Sancio, filio Alphonsi I. regis Lusitaniae ait Feria y Susa p. 179. En locum: "Aben Iacob Miramamolin de Marruecos, sentido de lo que las armas Portuguesas rendian por sus tierras, y certavan por su gente, convocandola de varias partes, y ayudado de Albojaque, el que saliò castigado de los campos de Santaren, y otros reyes, (eran onze) con exercito innumerable vadeado el Tajo — passaron a sitiar la villa de Santaren adonde estava el Infante Don Sancho. Fortificó se, resistio cinco dias asperrimos combates, y en quanto el viejo Alonso

con

con noventa annos de edad (colera y brios venerables) Anno 1185 desde Coimbra bolava a socorrerla — que en su carro les aparecia terrible! pues quasi sin levantar la espada con mirarlos fueron vistos desemparar los quarteles con miedo huyendo — En la corriente del Tajo perecio el Miramamolin huyendo, herride dela mano del Infante."

(46) *Pag. 63. si forte discordes essent.* Imo vero tumultuasse non obscure arguit Hagi Chalifa. Conf. Hist. R. H. p. 200. 202.

(47) *Pag. 65. donec Husam-ed-din obiret.* Quia fatalem huic annum neglexit Abulfeda definire, non possum certo edicere sitne idem quem Abu-Osaiba Vit. med. c. X. *Husam-ed-dinum Ortocum* appellat. Videtur tamen idem esse temporibus congruentibus. Verba sunt: "Fachr-ed-din Merdinensis — obiit anno 594 et legavit libros suos collegio Merdinensi, quod ad templum ab Husam-ed-dino Ortoco dedicatum pertinet. Erat ille Husam-ed-din vir excellenter doctus scientiam rerum naturalium et omnem philosophiam. Et is quoque collegio suo magnum apparatum librorum philosophicorum legavit."

(48) *Pag. 65. Lulu.* Abu-Osaiba in vita Ibn-Hobali hunc Bedr-eddinum appellat, et vitricum Naser-ed-dini fuisse perhibet. اقام ابن هبل عند بدر الدين لولو والنظام بماردين الي ان قتلهما ناصر الدين بن ارتق (fic) صاحب ماردين وكان بدر الدين لولو متزوجا بام ناصر الدين .

(49) *Pag. 67.* Feminae illustri aliquid roganti negare, pro summa scaevitate et ignominia habetur apud orientales. Hinc saepius deinceps inculcabit noster, Saladinum hac turpi actione sibi suaeque genti maledictionem contraxisse, ut idem prorsus experientur a suis proximis affinibus, quod ipsorum pater in hostes statuebat. Eandem turpitudinem et duritiem demonstrare voluit Elmacinus, in eo quod pag. 118 narrat a Raschido repudiatam uxorem Iahiae Barmakidae, sui viri dimissionem e carcere rogantem. In qua femina miror ingenii elegantiam; quae dum Raschid adversus eam versum aliquem ex antiquo carmine proferret (quod carmen deinceps in Hamasam

maſam relatum fuit): non tantum intelligebat protinus unde ſumta eſſet illa ſententia, tam callebat poëtas; ſed etiam ex eodem illo carmine reponebat aliam ſuo voto et intentioni aptiſſimam. Dignus eſt locus qui legatur. Sed non ſatis recte et perſpicue redditus eſt verſus, qui ſic debuerat exhiberi.

Si me deſeras et abiicias, idem facies atque ſi tibi dextram tuam ipſe amputes. Quod ſi feceris, vide unde alteram dextram accipias.

(50) *Pag. 75. Comiti.* Raimundo III, filii Raimundi II, f. Pontii, f. Bertrandi, f. Raimundi I, Comitis Toloſae et Marchionis Provinciae.

(51) *Pag. 75. Ex proelio Hirtinenſe.* "Infelicem ad Tiberiadem, ut vocamus, pugnam Muhammedani *praelium Hettin* appellant, ab eo loco ubi Chriſtiani aciem diſpoſuerant." Renaudoti verba ſunt p. 544. Sed et inter noſtrates Oliverus Scholaſticus in Chronico apud Eccardum eodem modo atque Muhammedani appellant. "Congregatus eſt exercitus domini, ait, ad fontem Sephoritanum. Saladinus ab altera parte ſuos contraxit, et Tiberiade tunc relicta obviam venit ad praelium quod commiſſum eſt in valle non procul a Tiberiade diſtante, ubi rex victus cum maioribus Tyronem Hatti [Hattin] aſcendit, ubi comprehenſus eſt cum principibus ſuis et aliis et in captivitatem ductus." Τυρις, *τυρσις*, *τυρρις*, *turris*, *la tour*, *Thoron*, *Tyron* الطور omnia idem notant, turrim, burgum, caſtellum.

(52) *Pag. 77. Vigeſimo quinto menſis quarti.* Maimbourg Hiſtor. Cruciat. p. 416. *au plus fort de l'été, au commencement du Juillet.* Recte quidem. *Die Translationis S. Martini* ait Anonym. in hiſt. Hieroſ. p. 1153.

(53) *Pag. 77. Moerore confectus obiit.* Alii alias cauſſas allegant; ab ipſo Saladino, alii a ſuis quidem altero ſtatim die poſt acceptam cladem, tandem alii poſt recuperatam a Saladino Hieroſolymam dicentes interemtum. Hiſtoria S. Ludovici I. p. 388. "Ceux qui ſe refugierent a Tripoli (ex Hieroſolyma) y trouverent encore pis que des Turcs, et furent depouillés par le Comte du peu, que ceux-ci leur avoient laiſſé. Mais ce lache ne jouit pas long tems du fruit de ſes trahiſons, et dans le tems qu'il preſſoit les habitans de faire ſerment à Saladin ſuivant ſon traité, on le trouva mort dans ſon lit, et l'on vit qu'il s'etoit fait Mahometan."

(54)

(54) *Pag.* 77. Robertus de Monte *Christianorum* perhibet eo praelio cecidisse 21 *mille et quingentos homines* p. 676. f.

(55) *Pag.* 77. *Rex.* Est Guido Lusignanus, rex Hierosolymarum ultimus.

(56) *Pag.* 77. *Princeps Arnaldus.* Est Rainaldus de Chastillon, Princeps quondam Antiochiae. Conf. Marin. Sanut. p. 191.

(57) *Pag.* 77. *Magister Templariorum.* Nomen magisti Templariorum, qui tunc erat, fuit Gerardus, ut perhibet Fuller II. 45. p. 104. "Rainold of Castile was slain, ait, with most of the Templars and Hospitallers, Gerard Master of the Templars and Boniface, Marquesse of Montferrat, ware taken prisonners" cet. et in tab. chronol. loco eius Terricum Vice-magistrum fuisse creatum ait, donec Gerardus liberaretur. Hospitalariorum autem eo tempore magistrum, numero nonum, appellat Garnerium de Neapoli Syriae oriundum.

(58) *Pag.* 77. *Hospitalariorum.* Rarum quod Renaudot p. 544 de Templariis et Hospitalariis narrat. "Captus rex Guido, ait, cum Arnaldo et multis aliis. Templarii et Hospitalarii equites plus quam ducenti ante tentorium eius occisi. Neque enim quoscunque bello ceperat, dimittebat; Assasinos eos vocans, et quinquaginta aureos pro cuiuscunque capite militibus donare solitus." Nostratium profecto relationes pingunt illos equites ut pessimos et sceleratos hominus, Assasinis haud multum dissimiles.

(59) *Pag.* 77. Apud orientales non licet capienti captivum suum occidere postquam is de victoris aqua biberit.

(60) *Pag.* 77. Melius haec intelligentur ex Wilh. Tyr. XXII. 14.

(61) *Pag.* 79. "Anno MCLXXXVIII, ait Oliver. Schol., mense Iulio Tiberiade destructa Accon dedita fuit victori. Ascalona transiit in Saladini dominium et Beritum et tota fere Palaestina. Vrbes etiam Phoenices obtinuit, Sidonem et alias. Cladem hanc gravissimam audiens Vrbanus Papa III. apud Ferrariam, dolore tactus intestino, et febre correptus, migravit a Saeculo. — Frethericus Imp. crucem accepit, et filius eius Dux Sueviae Frethericus. — Saladinus interfecto principe Rainaldo post multam vexationem

 Montem

Montem regalem et Caracam obtinuit, et ſitiens totum regnum Hieroſolymitanum Tyrum obſedit, quam capere non valuit, propter loci munitionem. Nam miſerator dominus Conradum Marchionem Montis ferrati transmiſit, qui cives a deditione, quam facere decreviſſe dicuntur, prudenter cohibuit. Interim orientalis militia cum rege Widone apud Tyrum congregata Acconem civitatem obſedit cum ſexcentis fere militibus anno MCLXXXIX menſe Auguſto. Grandis fiducia fidelium, quod tam modica manu obſidionem Acconitanae urbis tam audacter inchoaverunt inter malleum et incudem. Supervenit in auxilio oportuno claſſis quinquaginta vel plurium cogonum ab aquilone navigans cum viro nobili Iacobo de Avennis." — Volui haec iunctim et in iis nexum rerum memorabilium quae tunc contigerunt brevi conſpectu ſiſtere, quod lectores aegre non ferent. Qui totam ſcire cupiat huius cladis, quam Chriſtiani a Saladino paſſi fuerunt, hiſtoriam, apprime cum Noſtro congruam, adeat Magnum Chronicon Belgicum p. 176. 177.

(62) *Pag.* 79. *Marchio.* Eſt ille Conradus, Marchio Montis ferrati [le Marquis de Montferrat], dominus Tyri deinceps, et rex Hieroſolymae a ſua factione creatas. Conf. Anonym. Hiſt. Hieroſ. pag. 1153. qui longe aliter haec refert.

(63) *Pag.* 79. *Malec el-Afdalo.* Pro hoc Adelum nominat, Saladini fratrem, Renaud. p. 545.

(64) *Pag.* 81. Rarum quod Renaudot p. 545 perhibet. "Salaheddinus Hieroſolyma obſedit; nec cepiſſet absque civium diſcordia et Chriſtianorum Melchitarum proditione. Nam per quendam Ioſephum Elbatilh ex eadem ſecta, qui negotiorum cauſſa multoties in urbem receptus erat, eos ad excutiendum Francorum iugum, quos numero ſuperabant, incitavit." Habet ibidem alia hoc de caſu memorabilia.

(65) *Pag.* 81. *Septimo et vigeſimo.* Marai *tertio et vigeſimo* ſcribit; Bernardus in Magno Chron. Belg. p. 178 *ſecundo die Octobris;* dignus auctor qui ad hunc locum conferatur. Albericus, qui ibidem allegatur, *infra octavas Apoſtolorum Petri et Pauli* captam ſcribit Hieroſolymam; quod in finem menſis Iunii incideret.

(66)

(66) *Pag.* 83. Mirum Abulfedam de Saladino non praedicare quae Chriſtiani de ipſo. Vnde ſuſpicio fiet non vera eſſe. Audi quae auctor Hiſtoriae S. Ludovici I. p. 387. "Il y eut une infinité de femmes et de filles qui ſe trouvant ſans maris et ſans péres, l'attrendrirent tellement par leurs larmes qu'il rendit ceux de ces maris et de ces péres, qui n'étoient que priſonniers, et fit donner des ſommes conſidérables à celles que la mort avoit privées des leurs. Ce qu'il y avoit des Chrêtiens Orientaux Syriens, Georgiens, et autres demeurerent en payant tribut, et pour les Latins, comme il étoit dit, que moyennant un certain prix ils ſeroient conduits en lieu ſûr avec tout ce qu'ils pourroient emporter, il remit ce prix à pluſieurs milliers de miſerables, qui n'avoient pas de quoi le payer, et qu'il auroit pû retenir eſclaves."

(67) *Pag.* 83. *Crux deaurata* cet. Conf. de hac et de tota hac hiſtoria Mar. San. p. 192. c. 6. Renaudot p. 545. "crucem inſignem auratam, quae ſuper ecclesia Hoſpitalariorum exſtiterit, deiectam fuiſſe" ſcribit.

(68) *Pag.* 83. Hinc confinxit d'Herbelot p. 743. b. "un très grand tumulte, — que Saladin appaiſa par ſa prudence, et fit que les Muſulmans vecurent fort paiſiblement avec les Chrêtiens." Adhuc magis intendit pag. 747. b. "Après que Saladin eut pris Jeruſalem ſur les Chrêtiens, il s'eleva un grand tumulte dans cette ville, au ſujet de la Croix dorée, que les Muſulmans enlevèrent du faiſte du temple nommé Sakhra — que les Chrêtiens y avoient planté. Car ceux ci, quoique vaincus, ne voulurent jamais permettre, que cette croix demeurat entre les mains des Muſulmans, de peur, qu'ils ne la profanaſſent, et Saladin conſentit enfin, qu'elle leur fut rendue."

(69) *Pag.* 85. Refert hanc rem Renaudot p. 545. et quodammodo auctius, ita tamen ut intelligi nequeat. Verba haec ſunt: "Hoc primum anno ex quo Franci in Syriam venerant, Caravanae Meccanae liberum per oram Syriam iter habuerunt." [Et ideo forte ad inſolentiam elati flagitarunt praerogativam erigendi vexilli in monte Arafat, velut virtutis ſuae praemium, per quam allerta ſacra domus et ad eam via patefacta rurſus fuerit.] "Verum cum occurriſſent prope Arafat ea, quae ex Aegypto, et altera quae

ex

ex Yraca veniebat atque Emirus iſtius honoris praerogativam peteret [ſed quam et in quo conſiſtentem?] ob Califae inſignia, Aegyptiacaeque Emirus Salaheddini nomine tympanum pulſari vexillumque attolli iuſſiſſet, cruentum fuit inter eas praelium in quo Emirus Aegyptiacus occiſus eſt; neque Salaheddinus excuſationes Califae admiſit." Vid. ad a. 619.

(70) *Pag.* 91. *Gaſr el-Hadid.* Quidam crediderunt *el-Hadid* ipſius fluvii nomen eſſe. Hinc appellarunt *Ferrum.* Ita exſtat, ſi bene memini, apud Oliverium Scholaſticum. Alii rectius *Ferum*, *τον αγϱιον*, appellant. Id enim notat vox Arabica, el-Aſi, *rebellis, indomitus, male morem gerens.*

(71) *Pag.* 91. *apud Antiochiam.* Forte nata hinc traditio de Antiochia a Saladino capta, per proditionem patriarchae, incertum cuius, Graeci an Latini. "Not long after was the caſtle of Antioch betrayd unto him by the patriarch; and the city, ſcarce got with elevent moneths ſiege, was loſt in an inſtant; with five and twenty ſtrong towns more which attended the fortuue of Antiochia." Ita perhibet Fuller III. 1. p. 110. auctorem laudans Sabellicum Ennead. IX. l. 5. pag. 377. ſed nihil huius rei alibi reperio et Paulus Langius Cygnaeus, monachus Bozauienſis, in Chronico Citizenſe ad A. C. 1187 expreſſe ſcribit, "Saladiuum ſecundam victoriae fortunam ſecutum quinque et viginti civitates de principatu Antiocheno cepiſſe, et ipſam Antiochiam occupare tentaſſe." Si tentavit tantum, non ergo cepit.

(72) *Pag.* 91. Ad hoc et totum hunc articulum vid. Marin. Sanut. pag. 194. cap. 9.

(73) *Pag.* 93. *inviſebat ad Schaichum Abu-Zacariam* cet. Vivum adhuc tum temporis. Putabat d'Herbelot verbum زار *Zara, viſitavit*, tantum de ſepulcri religioſa viſitatione uſurpari, ideoque vertit: "Le pelegrinage, qu'il fit au ſepulcre d'Abu Zacaria Al Magrebi, qui paſſe dans la Syrie parmi les Muſulmans pour un ſaint à miracles."

(74) *Pag.* 93. *Scharakiiun*, Saracenos. Syri, reſpectu ſui appellabant Meſopotamiam es-Schark. Vnde nati Saraceni. Haec vera eſt nominis ratio. Ceterae quae proferuntur coniecturae, ſunt alienae.

(75) *Pag.* 95. Conf. cl. Schultens ad Harir. Confess. V. p. 69. col. a.

(76) *Pag.* 99. Obscura haec, quibus multa idearum vincula desunt. Non multo clariora et integriora praestitit Renaudot pag. 546, sic reddens: "Salaheddinus obsedit rupem Arnon, cuius dominus Arnaldus nomine post longam defensionem de deditione cum eo egit; sed cum moras necteret ab eo in vincula coniectus est."

(77) *Pag.* 99. *obsidebant Franci Ptolemaidem.* De hac obsidione quae ultra biennium tenuit, vide quae compendiose narrat Historia S. Ludovici I. p. 389. Noster nimis brevis et obscurus in his est.

(78) *Pag.* 99. *Addiderant illis Messiae imaginem.* Locum hunc non recte accepit d'Herbelot pag. 743. b. "Les Chrêtiens reçurent un très grand secours des princes de l'Europe, et mirent sur pied une très grosse armée toute composée de gens, qui portoient, comme dit Ben Schunah, Sourat el-Massih, la figure du Messie, par oû il entend l'image de la Croix." Eadem verba leguntur apud Epitomatorem quae apud Nostrum auctorem.

(79) *Pag.* 101. *Ceciderunt Francorum decem millia.* Mille quingentos tantum tradit Anonymus in Hist. Hierosol. p. 1166. qui in antecedentibus de hac pugna accurate exposuit.

(80) *Pag.* 101. *Incidebat in morbum.* Perquam critice; quum trepidabat et fugere volebat, protinus aderat morbus colicus, cuius praetextu elabi poterat: prorsus ut supra Chalifa ultimus Misrensis Fatemidis ex eorum voto peroportuno tempore moriebatur.

(81) *Pag.* 103. Arabes poëtae omnia sua carmina iustae magnitudinis a memoria et encomiis amorum suorum incipiunt, a quibus deinceps ad rem veniunt modis variis interdum miris. Modus quo poëta hic usus in hoc loco est, is est brevis et facilis, neque contemnendus. Moris autem est apud Arabes, ut transeuntes per deserta restitent apud loca quae olim culta norant, nunc deserta vident, ibique memoriam veteris notitiae recolant, et sese invicem interrogent, quonam abierint eius areae quondam incolae.

(82) *Pag.* 107. Pyrotechnum nominat Renaud. p. 546 ابن النجاس *Ebn Nejas.* Forte male legit, aut invenit malam scriptionem in suo Emad-

 ed-dino

ed-dino Isfahanense, e quo videtur haec de Saladino excerpsisse; forte rectior lectio est ابن النحاس *Ebn Nahhas*, uno puncto minus, hoc est *filius fabri cuprarii.*

(83) *Pag.* 107. Vide, praeter alios huc pertinentes et alibi saepius laudatos scriptores, Reuneri Epist. lib. I. p. 44. et lib. V. fine, a p. 291 — 304. ubi habetur luculenta descriptio expeditionis huius Friderici Barbarossae, auctore *Tageno Decano Butthaven* [*de Betawen*], qui huic expeditioni interfuit; ex Freheri Scriptor. Hist. Germ. si recte memini transsumta.

(84) *Pag.* 107. Vid. Nicet. pag. 267. et Tageno l. c. p. 304. qui "quarto, ait, Idus Iunias, qui erat tunc dies Solis, circa vesperam Seleuciae subito Imperator obiit. Exercitus tristitia dissipatus est; maior pars exercitus ducem Sueviae, filium Imperatoris, et alios principes post luctum secuta est; milites sacramento adacti in verba filii Imperatoris iurarunt." Oliverius Schol. de exitu huius expeditionis ita narrat. "Morti principis [Friderici I.] hoc accessit periculum quod exercitus tam copiosus factus acephalus per loca varia se divisit. Nam dux Sueviae in campestribus aegrotabat Armeniae, nec montana conscendere potuit propter infirmitatem. Maior tamen pars multitudinis Antiochiam pervenit, ubi post longos labores et multam famem, quam passa fuit in via, otium et crapulam secuta, moribunda deminuta fuit. Residui cum duce Fretherico tandem pervenerunt Ptolemaidam, ubi etiam ipse adolescens magnae probitatis diem clausit extremum. Hinricus primogenitus Frederici patri successit defuncto, qui dominam Constantiam haeredem regni Siciliae duxerat uxorem, ex qua genuit dominum Fredericum Imp. Rom. et regem Siciliae." Conf. Hist. Terr. Sanct. Anonym. apud Eccardum T. II. p. 1351. et Magn. Chronic. Belgic. p. 182. ubi ait, peregrinos duce Frederico, duce Sueviae, Frederici Barbarossae filio, usque ad Acconem processisse, ubi is, postquam *cum Acconanitanis triduo bello conflixisset, diem extremum clauserit.*

(85) *Pag.* 107. Faceta pavoris excusatio. Quo tempore Francos resistendo impares e Palaestina et Syria paene exigebat non legitur torminibus laborasse.

(86)

(86) *Pag*. 109. *Satis apparet Saladino penuriam et hominum adfuisse et aliarum rerum tolerandae obsidioni necessariarum*.

(87) *Pag*. 109. *Anno 587 paene medio*. Die 11 Iunii A. C. 1191, vid. Marin. Sanut. p. 197. 198.

(88) *Pag*. 111. *Multos trucidabant*. Ad unum omnes occisos scribit auctor Vitae S. Ludovici I. p. 390. "Cinque mille hommes, qu'il y avoit de garnison demeurerent prisonniers à condition d'étre relachés en faisant rendre la vraie croix et les esclaves Chrêtiens; si-non, qu'ils demeuroient à la discretion des vaincqueurs. Mais Saladin ayant fait mourir un grand nombre des prisonniers, qu'il avoit de son coté, bien loin de tenir la capitulation ces cinq mille hommes eurent touts la téte tranchée, une moitié au nom de Philippe (Philippi Augusti, regis Franciae) et l'autre au nom de Richard (regis Angliae). Ce fut Eudes, duc de Bourgogne, qui menagea cet honneur à la France avec tant d'exactitude" cet. Egregius enimvero honor in feriendis tot miserorum cervicibus. Rem ita narrat Scholasticus Oliverius: "Composuerunt huiusmodi pacta, ut aperta civitate Christianis, si Saladinus lignum dominicae crucis, quod in praelio [Hitthinense, aut apud Tiberiadem] perditum fuerat, restitueret cum omnibus captivis, liberi dimitterentur defensores civitatis, sin autem capitibus truncarentur. Nostris igitur urbem ingressis — clerus noster sperans se dominicam recepturum crucem, nudis pedibus et sacris vestibus processionaliter obviam venit, militia gradatim incedebat armata, et cum veraciter intellectum esset, crucem sanctam nequaquam adesse, rex Angliae inter acies Saladini et nostros captivos decollari iussit, non veritus praesentem Sarracenorum multitudinem. Recuperata est Accon civitas anno MCXCI mense Iunio."

(89) *Pag*. 111. Marin. San. pag. 196. "Diffidens Saladinus cetera posse tueri maritima loca, destruxit; Porphyriam [hoc est Hesn Caifa] et Caesaream, Iopen, Ascalonem, Gazam, et Darum."

(90) *Pag*. 115. *Adelo*. Vir hic erat callidus, et lucri quacunque ex re cupidus, nihil unquam absque praemio agebat.

(91) *Pag.* 115. Apud hypocritas Turcas pars honoris advenae exhibendi est eum lacrimis excipere. Docti norunt plorare ad lubitum quando volunt.

(92) *Pag.* 117. Herbelotus p. 744. b. locum hunc, sed interpolatum et contaminatum suis additamentis exhibet. "Saladin mit pied en terre, ait, en prenent congé de ce novel époux" cet.

(93) *Pag.* 119. *lin.* 12. *Et alter de gente Zenkii stolam tuam componat.* In his verbis invenit d'Herb. l. c. mysterium, quod neque ego invenire potui, neque historia praestat. Vult dicere: Iam perinde tibi potest esse quando et qua ratione pereas, postquam summum culmen humanae felicitatis et gloriae attigisti. Omnis mors ab hoc tempore tibi decora neque praematura est.

(94) *Pag.* 119. *Philosophus.* Malo et iniquo sensu accipienda vox, pro homine, qui fidei suae minus quam rationi defert. Philosophum nostrum Schahab-ed-dinum designat Renaudot pag. 547 de Saladino narrans, "magis superstitiosum in religione quam doctum fuisse." — "qui de religione liberius disputabant, eos odio habebat, atque unum inter alios de haeresi suspectum capitali supplicio affecit: philosophos, praesertim dialecticos magnopere aversabatur, neque litteratis poëtis aut aliis eiusmodi, qui vulgo reliquis principibus erant in deliciis, multum favebat." Inter laudum argumenta Saladino caedem hanc hominis forte non mali, sed parum sapientis, imputat Herbelotus. Camal-ed-din el-Hemsi vitam suam narrans apud Abu-Osaibam cap. XV. de nostro sic censet. "Quum apud Mausalam agerem, et diu noctuque laborarem — increbescebat fama de Schahab ed-din Saherverdico, spargens eum doctrina tam veteres quam recentes superare, et ipsius scripta ipsis veterum philosophorum scriptis praestare. Excitus tam magnifico rumore volebam hominem adire. Iniecta tamen paulisper mora petebam a magistro meo Camal-ed-dino Iosepho, egregio mathematico et consummato chymico, libros quosdam Saherverdici. Quos quum legissem, ut et-Talvihat, al-Lumha, al-Maareg, deprehendebam stuporem vulgi, qui magni facere novit ea, quae nullius pretii erant. Multa certe mearum schedarum

darum diu abiectarum, quas ne quidem revidere cupiebam, deprehendebam praestare scriptis editis هذا الاذوك 'huius fatui.' Sed ut diversa sunt hominum de hominibus et rebus iudicia, ita quoque alii aliter de hoc iudicarunt. Narrat Abu-Osaiba eius sepulcrali cippo inscriptum inventum fuisse hoc vetusti poëtae distichon:

لما توفي ودفن بظاهر حلب وجد علي قبره والشعر قديم

قد كان صاحب هذا القبر جوهرة مكنونة قد براها الله من مشرف ،

فلم تكن تعرف الايام قيمته فردّها غيرة منه الي الصدف ،

"Incola huius sepulcri erat margarita abscondita, quam deus excelsa e materie confinxerat.

Sed aevum eius non agnoscebat ipsius pretium: propterea recondidit eam deus rursus in suam testam, invidens eam ingratis hominibus."

(95) *Pag.* 121. *totum oceanum deglutire.* Hoc repetendum ex orientalium doctrina symbolica. "La mer signifie un grand domaine, ait Oneirocriticus Vatieranus, pag. 49. — s'il songe qu'il boit de l'eau de la mer, et qu'elle ne soit ni trouble ni agitée, il aura des possessions selon la quantité de ce qu'il en boit; ou bien il vivra à son aise de ce qu'il possede en ce monde."

(96) *Pag.* 121. Non dixerim, quid Herbelotus in suo codice Ibn-Schehnae habuerit, qui pag. 782. a. locum hunc ita vertit: "Amed alors lui dit assez plaisamment: ce n'étoit peut-être que votre salive, que vous avez prise pour l'eau de la mer." In neutro meorum codicum tale quid est. Videtur V. D. ex coniectura reddidisse et ornasse facetus Gallica quae non percipiebat Arabica duo verba satis concisa لعله العلم. Forte credens secundam vocem corruptam, ei vocem اللعاب putabat substituendam esse.

(97) *Pag.* 121. *templorum lucis.* Possit quoque reddi, *imaginum lucis.* Nempe *Haiakel* sunt quoque *Indica*, iconiculae magicae, superstitiosae, quas collo appensas, aut alligatas brachio in nummis aut massis numiformibus secum gerit et veneratur stupida plebs. Vid. d'Herb. p. 138. b. Forte itaque voluit eo titulo imposito designare librum suum aeque carum et sacrum

 et

et utilem possessori esse, atque sunt et creduntur esse tales aediculae, talia, falsa sanctuaria, suis veneratoribus. Libri argumentum indicat Catalogus Leidanus pag. 448. n. 938. agere dicens *de mente humana, eiusque essentia, proprietatibus, operationibus, immortalitate, coniunctione cum corpore* cet.

(98) *Pag.* ۲۳۱. *Hekmat al-Aschraf.* Hunc librum citat Catalogus Biblioth. Leid. pag. 445. n. 848. in hunc modum: شرح حكمة الاشراف للشيرازي تاليف السهروردي Valde dubito titulum hunc Arabico illi codici a librario inscriptum esse. Videtur ab auctore Catalogi profectus, qui Latine sic reddit Arabica sua nonnihil scabra, *Sehreverdii commentarius in logicam et metaphysicam Schirazensis.* Scifcitantes quis ille Schirazensis sit, comperiemus ad p. 447. n. 912. respicientes, ubi sic proditur كتاب حكمة الاشراف لمحمود بن مسعود الشيرازي Arabicam hanc inscriptionem interpretari profitetur haec Latina. "Mahmud Ben Mesud Schirazitae commentarius in philosophiam Abul Fetuh Omar Sehreverdii, quae incipit cum logica et pergit per metaphysicam." Non respondent haec praescriptis Arabicis, et superius allegatis manifesto contradicunt, in quibus Schirazita dicebatur auctor libri Hekmat el-Aschraf, et Seheherverdensis in eum commentator; hic vero inversum perhibetur. Posterius hoc procul dubio rectius. Non movebo dubium auctori catalogi, annon potius ille Schirazita commentarium in magistri sui Nasir-ed-dini Tusani librum cognominem ediderit; cuius Hekmat el-Aschraf passim citat d'Herbelot. Conf. pag. 441. a. et p. 788. f. Sane probabilius discipulum commentarium in sui magistri librum et ore tenus traditas observationes, quam in vetustiorem aliquem alium auctorem, edidisse; idque factum testatur claris verbis d'Herb. pag. 137. b. Credemus tamen ipsi quod perhibet nihilominus; quandoquidem nihil inest repugnans. At hoc fieri non potest ut plus saeculo anterior commentarium scribat in librum auctoris post superioris obitum nati. Obiit autem Scheherverdi anno, ut patet, 587. Schirazita vero anno 710.

(99) *Pag.* 121. *Sapientia nobilium.* Ita quoque reddit d'Herbelot p. 788. a. "la philosophie des grands hommes ou des gens de qualité." Idque notat proprie vox *Aschraf*, quae est pluralis ab illo in vulgus noto *Scharif* vel

vel *Scherif* derivatus. Tenendum tamen in hoc praesente loco illam vocis huius notionem obtinere, quam d'Herbelot p. 137. b. exposuit, et quae designat, "ceux qui entre les philosophes ont les sentiments les plus elevés. C'est ainsi que les Aarabes appellent les Academiciens ou Platoniciens. Ce titre est magnifique. Mais il est bien au-dessous de celui d'*Elahioun*, ou de Divins, qu'ils ont aussi accoutumé de leur donner." conf. p. 311.

(100) *Pag.* 123. Vid. Marin. San. p. 199. Anonymus apud Eccard. T. II. p. 1353: "Anglorum rex in terra Hierosolymitana remansit [post abitum Philippi Franci] et reaedificavit Iopen et Ascalonem; Saladinum et exercitum eius bello confregit; mercationes Saladini ad Damascum euntes cepit; Iopen postea a Saracenorum insultibus strenuissime liberavit."

(101) *Pag.* 123. *Aliquis Batenita.* Duas fuisse perhibet Histor. S. Ludovici I. p. 391, unum Nicetas p. 253. Geuffr. p. 143 duos, et p. 152 unum. "Ex horum sodalitio, ait, fuit ille, qui Richardum regem Angliae Accone vulneravit, et qui Tyri Cunradum Montisferratensem occidit. De casu ita narrat Anonymus auctor Historiae Terrae Sanctae apud Eccard. T. II. p. 1353. "His diebus Conradus Marchio factus est dominus Hierosolymitanae, et post paucos dies ab Assasinis interfectus est. Quae fuerit caussa interfectionis suae, plus in opinione quam veritate repertum invenitur. Quidam dicunt, quod rex Angliae procuravit mortem eius, propter hoc, quod sororem suam in uxorem accipere noluit. Alii dicunt quod Vnfredus, dominus de Monrial, fecit eum occidi, propter hoc, quod sibi uxorem suam Isabel, filiam regis Almerici, abstulerat. Alii dicunt, quod propria voluntate motus est Assesinus quidam ad ipsum interficiendum, propter hoc, quod quosdam mercatores terrae suae apud Tyrum clam interfici fecit, ut eorum pecunias haberet, quia ditissimi erant." reliqua, quibus egregium illi canit praeconium, ut videatur eius cliens fuisse. Sane alio ex loco, quo Germanos non parum perstringit, apparet anonymum illum aut Francum aut Italum fuisse: "Fuit autem, ait, Conradus armis strenuus, — spes blanda suorum et hostium fulmen ignitum. Mortuo Conrado Marchione, Henricus, Campaniae Comes, accepit Isabel, filiam regis Amalrici, in uxorem, quae fuerat uxor

Mar-

Marchionis, et dominium Hierosolymitanae suscepit. Rex vero Angliae inter Christianos et Sarracenos compositis quinquennalibus treugis recessit."

(102) *Pag.* 123. Hunc apud Wilh. Tyr. XIX. 16. "Dominus Rex (Amalricus) his qui a Chalypha missi fuerant super placitis conventionibus dexteram dedit. — Petentibus nostris, ut haec propria manu firmaret Chalyfa, sicuti dominus Rex fecerat, prima facie visi sunt, qui ei familiarius astabant auriculares et cubicularii, rem nimis, tanquam in saeculis inauditam, abhorrere: tandem vero post multam deliberationem et Soldani diligentem instantiam, manum porrigit, invitus nimium, sed velatam." cet.

(103) *Pag.* 123. *Condharri.* Le Comte Henri de Champagne. Vid. Hist. S. Ludov. I. p. 151. 391. 392.

(104) *Pag.* 123. *Homfri.* Est Homfroi de Thoron, vel Henfran, dux de Torono, iunior.

(105) *Pag.* 123. *Balian.* Balian d'Ybelin. De castro Ibelin, vel Hibelin apud Ascalonem vid. Wilh. Tyr. XV. 24. Diversum id est a castro Gibelin, de quo vid. Idem XIV. 22. Balianus hic est iunior, Baliani senioris filius.

(106) *Pag.* 131. Hinc emendandus Nicetas pag. 264 fine: *απελογειτο μηδεν ειδεναι ὧν οἱ υἱεις αυτου διεπραξαντο, ὅτι και της αρχης ὑφ' ἑνος αυτων του* Καπταστανου [leg. *Κοτπαστανου*] *απεστερηται.*

(107) *Pag.* 131. *Μετα των παιδων του Ικονιεως Σουλτανου, οἱ τινες αυτον του αρχειν και βασιλευειν παρελυσαν, και του* Ικονιου *απεωσαντο, την προτεραν πατρικην ευκληρειαν εις γηρας μεταθεμενοι δυσδαιμον.* Nicet. p. 264.

(108) *Pag.* 131. *Caichosru.* Memorat ipsum Nicetas p. 256.

(109) *Pag.* 131. *Rocn-ed-din.* Hic est ille *Ρουκρατινος* [l. *Ρουκνατινος*] cuius meminit Nicetas p. 336 insigni loco, qui et fratrum partitionem paterni regni et mutua bella, et fugam Caichosrui, primum ad Romanum Imperatorem, Alexium Comnenum, tum ad Lifonem Armenum, tandem rursus ad Alexium, distinctius quam Noster exponit, sed et forte peius in quibusdam.

(110) *Pag.* 131. Vid. Nicet. p. 403.

(111)

(111) *Pag.* 135. Vid. Wilhelm. Tyr. ubi de obſidione noſtratium Damaſcena narrat.

(112) *Pag.* 137. In Arabico eſt من الحلل *ex Hello*, ſeu *ex licito*. Habent Muhammedani duplicis generis opes. *Hell*, ſeu *licitum*, opes quae tangi et ad uſus ſacros expendi debent, honeſtis modis acquiſitae. Et *Haram*, ſeu *interdictum*, opes quae piis uſibus impendi non poſſunt, illegitimis modis acquiſitae; et quae prius ſanctificari debent. Hinc notarunt itineratores noſtri ſollicitam Muhammedanorum curam licitam et illicitam pecuniam ſeorſim ponendi, et hanc poſteriorem ſanctificandi modos. Vid. de la Roque Itin. Palaeſt. p. 137. della Valle III. p. 182. Sanſon p. 100. Addiſon p. 60. Ricaut p. 282. et alii.

(113) *Pag.* 139. *et unum numum aureum Tyrium.* Eſt in arabico, *et unum* حرم *Haram Tyrium.* Patet numum aureum intelligi. Qualis autem ſit ille numus, et rectene habeat ea vox, non dixerim. Sic etiam edidit cel. Schultens p. 62 ſuorum Excerptorum. Verum in Baha-ed-dino p. 12 جرم edidit, *Gerem.* ومن الذهب حرم واحد صوري quae lectio melior videtur. Quid ſi vox Graeca *κερμα* hic lateret?

(114) *Pag.* 139. Amant Muhammedani Sunnitae preces in coetu facere, dicentes, eas religioſiores et deo gratiores eſſe. Preces autem non ſtatuto tempore dictas pro inefficacibus et nullis reputant. "Le ſcrupule des Turcs va ſi loin, ait Cantemir I. p. 111. pour l'acquit ponctuel de ces prières, que ſi on y manque à l'heure marquée, ils regardent comme inutile de les reciter après. — Ainſi ce n'eſt point remplir la loi, ni preſenter quelque choſe d'agreable à Dieu, que de dire la prière du matin après le lever du ſoleil." —

(115) *Pag.* 145. *Chaſchdaſch.* Eſt officium aliquod, ut videtur, quod tamen quale ſit, neſcio; Perſica vox eſt aut Turcica. Meninſky tamen non habet, ut alia multa, quae apud Abulfedam leguntur. Quantum colligo erat officium militare. Nam *Chaſch* bellum notat, et *Daſch* ſodalem. Erit ergo belli ſodalis, vel in bello ſodalis. Forte magiſter militiae. *Choſchdaſch*, ut aliquando legitur, notat *bonum ſodalem.* Forte ergo notat *ſocium*, *commilitonem*, ὁμοδουλον.

(116) *Pag.* 149. *Cadebat.* Manu Cotlogi, ut perhibet Herbelotus p. 277. a. et 1029. b.

(117) *Pag.* 149. Non satis recte Hist. Genkiz. p. 163. "Taquisch, sixieme roi de Carizme, — éteignit, aprés la mort de Togrul Arslan, dernier Sultan des Selgioukides, cette puissante maison. Il fit attacher le corps de ce prince à un gibet dans la ville de Rey, et il en envoya la tête au Calife de Bagdad." Memorabile et hoc est quod idem auctor habet p. 308. "Elle (Tourkan Khatoun) fit mourir jusqu'à douze enfans de souverains qu'elle tenoit prisonniers, et parmi lesquels se trouva un prince Selgiukide, fils de ce Togrul, dernier Roi de cette maison, que Tekisch son mari avoit fait perir."

(118) *Pag.* 151. *Ibn-al-Cassab.* Vid. d'Herb. pag. 663. a. 836. b. ubi de excidio Selgukidarum Persicorum, de statu Atabekorum Aderbaignensium, de huius belli caussis, et huius ipsius Ibn-Cassabi fine multo fusius, clarius et secius quam Noster, narrat ex Chondemiro, ut videtur.

(119) *Pag.* 153. *Commissa pugna.* Apud *Calatravo* et *Alarcos* cum rege Castiliae *Alphonso* VIII. Vid. Hist. Revolut. Hispan. T. II. pag. 554. d'Herb. pag. 467. et praecipue Renaudot p. 557. Robert. de Monte ad An. Chr. 1195, apud quem legendum videtur: *facta est plaga magna, tam Saracenorum, quam Christianorum.*

(120) *Pag.* 153. *vivis excedebat.* Quo tempore et in quibus circumstantiis narrat d'Herb. p. 836. b.

(121) *Pag.* 159. "Azizus, Damasco semel eius [Adeli] favore occupata, fratreque Afdalo pulso — astuti senis consilio eam amisit, cum uni ex propriis filiis, Moadamo Isae iussisset [Adel], ut sibi [Adelo] eam dari in beneficium peteret; quod negare ausus [Aziz] non est." Verba sunt Renaudoti pag. 556.

(122) *Pag.* 161. *Nisaburae, cum praefecerat,* Ergo mutaverit necesse est post ann. 589, ubi Tacasch dicitur hunc Marvae praefecisse.

(123) *Pag.* 163. *Malec el-Aziz.* Addit Renaudot p. 558 *Schamsel-Moluc.*

(124)

(124) *Pag.* 165. *Caba.* Qualis haec sit vestis, non bene novi. Apparet ex hoc loco Persarum, et gentium ad illud nomen pertinentium gestamen fuisse, non item Turcarum. Golius in Lexico قبا *Caba* ait esse *vestem virilem* pec. *Persicam, quae sub axillis per obliquum duplicatur.* Olearius in Itinerar. ait Keba esse *klare feine Filtze.* Cl. Schultensius in vita Saladini p. 212. cap. 130 vertit *sinum vestis:* ad sensum satis bene. Infra sub ann. 684 occurrit phrasis قبا تحتاني *Caba inferior,* et opponitur اطلس فوقاني *atlasinae superiori,* seu *exteriori,* unde conicias Caba fuisse vestem interiorem, tunicam.

(125) *Pag.* 165. *Franci Bairutam rapiebant.* Anonymus auctor apud Eccard. T. II. p. 1354 idem ille, quem supra coniiciebam clientem et domesticum forte Conradi Marchionis fuisse, Germanis imputat. "Treugis itaque, ait, sic dispositis [Richardum inter, Angliae regem, et Saladinum] et ab utraque parte confirmatis, anno 1197 Henrico Imp. procurante Alamani in terram promissionis venerunt, homines bellicosi, ingenio crudi, expensarum prodigi, rationis expertes [hoc est, qui n'entendent pas raison] voluntatem pro iure habentes, ensibus invictis, in nullis nisi in gentibus suis confidentes, ducibus suis fidissimi, et quibus vitam potius, quam fidem, posses auferre. Hi quum venissent in terram promissionis, treugas fregerunt, urbem Beriti recuperarunt, Iopen perdiderunt. His diebus rex Heinricus, qui dominus terrae Hierosolymitanae erat, de quadam fenestra palatii sui cecidit, et mortuus est. — Alamani vero ad obsidionem montis Turonis accesserunt, ibique mensibus aliquot commoratis, audita morte imperatoris Henrici recesserunt." Conf. Robertus de Monte ad A. Chr. 1197. "Archiepiscopus Moguntiae cum multitudine Alemannorum et cum rege Hungariae et regina, profectus est in Palaestinam, et obtinuerunt Barue [leg. Barut] et quasdam alias urbes, et regem Christianorum [Hierosolymitanum] creaverunt Hannericum [Henricum sextum]."

(126) *Pag.* 165. *Maiolum Casrensis.* Hoc est in Casr, palatio Misrense, educatus. Vid. ad ann. 610. Hoc est illud *Cascer* (pro istorum temporum ratione scribendi), seu *Casser* quod in Gestis Dei per Francos commemorat, et cuius magnificam opinionem facit Wilh. Tyr. lib. XIX.

Castell in his Persian Lex. under the word "Gr. καβάδιον Hisp. capa, vestimentum virile, vestis quae subucula superinduitur, gossypio plerumque suffulta et punctim suta, per transversum in latere pectoris decussantibus oris, ita ut exterior decussatio sit in dextro, pertingens ad medias suras."

(127) *Pag.* 165. Lepide de ista clade narrat Nic. Fuller II. 16. p. 135. e quo narrationem de ista expeditione Henrici VI. pro magna parte excerptam apponemus, quandoquidem liber inventu rarior est. "In this time, ait, Henry, Emperour of Germany, — set on foot, another Voyage to the holy Land. — Generall of the Pilgrims was Henry Duke of Saxony; next him Frederik, Duke of Austria; Herman, Lantgrave of Thuringia; Henry, Palatine of Rhene; Conrad, Archbishop of Mentz; Conrad, Archbishop of Wirtzburg; the Bishops of Breme, Halberstadt and Regensburg, with many more Prelates: so that here was an Episcopal army, wich might have served for a nationall Synod, insomuch, that one truly might have seen the Church militant — In Syria the brake the truce made by King Richard — the city Berytus they quickly wanne, and as quickly lost. For Henry the Emperour suddenly died. — Henry also, Duke of Saxony, Generall of this Army, was slain — other Capitains secretly stole home, and when their Soldiers would have fight, their Capitains ran away. — The rest, that remained, fortified themselves in Ioppa; and now the feast of S. Martin was come, the Dutch their Arch Saint. This man, being a Germane by birth, and Bishop of Tours in France, was eminent for his hospitality; and the Dutch badly imitating their countrey men, tourn his charity to the poore into riot on them selve, keeping tho eleventh of November, will not sai holy-day buit feast-day. At his time the spring tide of their mirth so drawned their souls that the Turks coming in upon them, cut every one of their throats, to the number of twenty thousand, — a day wich the Dutch men may well writte in their Kalenders in red letters, died with their own bloud; when their camp was their Shambles, their Turks their lutchers, en them selves the Martinmasse-beves, from which the beastly drunkards differ but a little." Bonus ille Anglus nostrates a suis gentilibus aestimabat βουφαγοὺς. Nisi forte tunc temporis S. Martino boves immolarint. Atqui hodie anseribus litamus. Martini anseres bene nobis sapiunt; at Martini boves non novit nisi forte unus et alter antiquarius ex medio aevo.

(128)

(128) *Pag.* 175. *Malec el-Mansur Abu-Iusuf Iacub.* De huius fine tragoediam instituerunt Hispani monachi, quam quisquis ridere cupit videre potest in Hist. Revol. Hisp. T. III. p. 206. Dignius est Leonem Africanum de potentia huius viri differentem audire p. m. 107. f.

(129) *Pag.* 175. *Razi.* De hoc viro mirum et impenetrabile galimathias habet Leo Afric. in vit. Arab. p. 280 sqq.

(130) *Pag.* 175. *Caramitae.* Vid. ad ann. 465 ex Raudo allata pro notitia Ibn-Furaki. Videtur, si coniicere licet, ea secta Haratae invaluisse ex contagio vicinae provinciae Segestanae; quae origo eius fuerat et praecipua sedes erat, et natales Ibn-Keramo, auctori sectae dederat. Vid. ad a. 255.

(131) *Pag.* 175. Vid. ad ann. 255.

(132) *Pag.* 179. *aliquis Schaich Islamismi.* Suum affinem notabat. Vid. d'Herb. p. 712. b. qui locum hunc, sed non satis exacte, reddidit.

(133) *Pag.* 179. *Muhammed Ibn-Zoher* vel *Avenzoar.* Quartus ordine inter illos quinque *Zoheritas*, quos recenset Abu-Osaiba in vitis Medicorum. Conf. Leo Afric. vit. Arab. p. 270. et de ipsius patre p. 269.

(134) *Pag.* 183. "Lorsque le Nil a quatorze brasses de profondeur dans son lit, on peut s'attendre à une recolte qui peut faire la provision d'une année; et lors qu'il en a seize, on peut s'attendre à une grande abondance et la provision de deux ans. Mais moins de quatorze fait cherté, et quand il monte jusqu'à dix-huit, il cause la disette." Verba sunt Herbeloti p. 672. a.

(135) *Pag.* 185. Nauba النوبة vel ut Turcae more suo efferunt *Neubet* in genere quidem est ἡ περίοδος, ἡ ἀλλαγη, vicissitudinaria consecutio, vel revolutio: in specie vero notat illam actionem, quando coram Sultanis, illis enim solis licet, excubiae sonantibus tubis et tympanis mutantur; *changer la sentinelle, monter la guarde, au son des trompetes et des tympanes.* Quinquies id per nychthemeron fieri solet, quoties nempe precum tempus instat. Vid. Leunclav. Annal. pag. 149. 31. Etiam apud nos in luctus significationem silet Musica militaris.

(136) *Pag.* 191. Forte machinatus id fuerat callidus senex, Adel, et suggesserat Halebensi metum, ne semel nactus Afdal nolit deinceps Damascum reddere.

(137) *Pag.* 191. *Emad* vel Omad, ut passim d'Herbel. p. 185. a. 263. a. 313. b. ubi male vertit *la lumiere de la Syrie*, 746. b. 862. b.

(138) *Pag.* 191. Et fuit quoque Emad-ed-din noster in triumviris illis, aulae Saladinicae proceribus amplissimis, quorum duo reliqui erant Cadi el-Fadel, et Cadi Baha-ed-din filius Schaddadi, a quo scriptam Saladini vitam edidit celeberrimus Schultens. Iuvat huc elegantem locum ex Abu-Osaiba adscribere, cap. XV. in vita Movaffec-ed-dini filii Abdallatifi Bagdadici, ubi vitam et studiorum suorum academicorum cursum et itinera ipse narrans Movaffec-ed-din inter alia sic ait: "Tandem adibam religiosa penes Hierosolymam loca et deinceps Salah-ed-dinum. In huius castris invisebam ad Baha-ed-dinum filium Schaddadi, Cadi el-Esker; qui postquam me humaniter excepisset, discedenti commendabat ut Emad-ed-dinum Catebum convenirem. Erat autem eius tentorium proximum Baha-ed-dini tentorio. Ingressus deprehendebam ipsum litteras ad Divanum praepotentem [hoc e[illegible]e Bagdadico-Chalificae supremum secretum con[illegible]um] exarantem الى الديوان العزيز بقلم الثلث من غير مسودة calamo trium sulcorum vel crenarum, [ad litteras nempe pingues et grandes exarandas] absque Mosavvadah [oculis subiecta praevia rudi in palimpsestis delineatione, qualem *conceptum* vulgo appellare solent, e quo, velut *e nigro*, scribenda in *mundum* transferuntur; sed ex solo capite, et a primo protinus impetu; quod magnam dexteritatem et habitum multo usu comparatum indicat]. Dicebat ille mihi: Hae litterae ad urbem vestram ibunt. Deinde dicebat, surgite nobiscum: [solent enim orientales quando virum axiomaticum alloquuntur, quamvis unum, in secunda plurali tamen alloqui,] surgite nobiscum ad Cadi el-Fadlum. Eo delatus deprehendebam hunc Cadium virum macilentum, qui totus erat caput et cor" hoc est in quo nihil considératione dignum praeter caput et cor, maximarum rerum et consiliorum conditoria.

(139)

(139) *Pag.* 193. *Barc es-Schami.* De hoc libro praeter Herbelotum plura differuit celeb. Schultens in praefat. ad Vitam Saladini pag. 7. eiusque specimen exhibuit. Renaudotus quoque passim Hist. Patriarch. Alexandr. eum citat, eoque se usum ait ad contexendam Historiam Saladini. Vid. praef. p. 9. Ad huius tituli instar editus fuit alius *Barc el-Iemani*, de subacta Ottomanidis Arabia felice, apud d'Herb. p. 185. a. et 276. b. init. et 477. b. et alius alterius auctoris p. 719. voce *Romouz*, et p. 999. a. voce *Khosruzadeh*.

(140) *Pag.* 193. *Garidat.* جريدة Ita est in codice. Ita quoque d'Herbel. qui pag. 383. b. titulum integrum ita exhibet: *Garidat el-Casr u-Garidat el-Asr.* Sed male vox *Garida* iteratur. Vera lectio est خريدة القصر وجريدة العصر *Charidat el-Casr va-Garidat el-Asr.* Sic recte prostat in Catalogo Leidano pag. 477. n. 1690. ubi inter eos scriptores relatus fuit, qui poëtarum vitas tradiderunt, et quinti, hoc est sui saeculi (vel rectius, sexti) saeculi poëtas celebrasse dicitur. Conf. eiusdem Catalogi pag. 474. n. 1609. et d'Herb. p. 993. b. ubi eadem tradit et veram lectionem exhibet.

(141) *Pag.* 193. *Ibn-Salcak.* صلقق Mirum et inauditum mihi quidem hactenus nomen. Putem rectiorem esse lectionem صليق *Salik*, aut, ut Hagi Chalifa habet سليق quod idem sonat. Porro nescio quomodo eundem cum Abulfeda componam, dicentem anno 556 incepisse hanc dynastiam Salikidarum in Arzen-er-Rum; quum Noster dicat eam diu durasse. Verba Hagi Chalifae Turcica haec sunt; ad ann. 556 ظهور دولت سليقية ملوك ارزن الروم, et ad ann. 598 انقراض دولت بني سليق در ارزن الروم Ceterum parva et obscura est haec dynastia.

(142) *Pag.* 193. *E tecto palatii.* Proprie *e plano Gusеki.* Quid جوسق *Gusek* sit, non optime novi. Reddit Golius in Lexico per *palatium, alta domus.* Sane *palatium* aut *arcem* notare patet illo ex Hamasae, sub finem libri, in ultimo epigrammate; ubi cristae gallorum comparantur cum turribus, quae altis et robustis Gusekis superstructae sunt.

كان اعرافها من فوقها شرف حمر بنين علي بعض الجواسيق ،

ad quem locum Scholiastes الجواسق جمع جوسق وهي قريبة من القصور ،

القصور، الجوسق القصر واصله الحصن المتهدم والقصر الخرب وليس بعربي "Guſek ait eſt propemodum idem, quod palatium. Proprie eſt caſtellum dirutum et ſublapſum, et palatium deſolatum. Vox non eſt Arabica." Quantum attinet ad id, quod dicit proprie *dirutam arcem* ea voce notari, forte feſellit ipſum poëtae verſus quem exhibet Ibn-Doraid:

لعل امير المومنين يسوه تنادمنا في الجوسق المنهدم ،

Quantum ad alterum, eſt omnino vox Perſica, ut Golius obſervavit. Perſae *Koſchk* كوشك ſcribunt et efferunt, ut idem ait, et ex della Valle apparet, cuius locum adſcribam, quia meliorem ideam, licet non perfectam, huius nominis dat. Ille itaque ſic ait, Lib. IV. pag. 79. "De Perſianen en Turken noemen Kuſck of Kioſck zekere hoge gebówen in een tuyn, of in een uyt ſtekende plaats, die aangenaem voor 't oog is, niet gelyk een zaal of kamer, om daer te woonen, en daer te ruſten, maer gelyk een wandelry om daer te wandeln, en zig eenige uren des daags te vermaken. Dit zyn ook, om eigentlyk te ſpreeken, geen wandelryen, die langer, dan breet, behoven te wezen, in plaats dat deze gebouwen ront of hoekig ſyn, of met veel canten, die alle even groot moeten wezen."

(143) *Pag*. 195. *Annonae caritas in Aegypto.* Deſcribit Marai ſic: "Tanta fuit anno 597 caritas, ut homines in Arabiam utramque et petraeam et Syriam et occidentem aufugerent; et pater filium ſuum, adiutus ab eius matre, mactaret et aſſaret; quorum quamvis bene multos combuſſerit Malec el-Adel qui id fecerant, non poterat tamen immanitas eo coërceri. Alii amicos ſuos ad prandium ad ſe invitabant, et nacti iugulabant atque devorabant; viae cadaveribus opplebantur; brevi tempore ſepeliebat Sultan aere ſuo ducenties et vicies mille cadavera — Ragif aut maza mille numis aureis vaeniebat" — Conf. Renaudot p. 559.

(144) *Pag*. 199. *Malec el-Moëzz.* Videtur idem eſſe, cum eo, qui ſupra a. 593 Malec el-Aziz appellabatur. Vid. d'Herb. p. 449. a. ſed col. b. lin. 1. 2. 3. tot paene leguntur errores quot verba. Nam non anno 550, ſed anno 569 potiti fuerunt Eiubidae Arabiae felicis regno. Neque duravit illa dynaſtia usque ad ann. 600, ſed ultra ann. 626, ubi vid. Neque nepos

Togte-

Togtekini (male prostat Doganghiri), sed filius fuit hic Ismaël; neque diversus Togtekin a Saif el-Islamo; neque frater Saladini fuit ille Ismaël, sed ex fratre nepos.

(145) *Pag.* 199. Hinc etiam palla Chalifae dicebatur الطويلة *Tavila, longa*, ut supra notavimus. Conf. Renaudot pag. 558. Herbelotus p. 499. b. locum sic exhibet: "Il se fit proclamer Khalife, et portoit comme tel à son habit une queue longue de vingt coudées, que quelques uns appellent la manche des Khalifes." Iam alio loco notavi Arabum manicas valde amplas esse, et ad terram propendere. Addatur della Valle I. 30. p. 139.

(146) *Pag.* 201. *Iudicii defectum.* Nempe debuerat nomen dei, sollemnemque illam formulam primo loco posuisse, tum suum, non autem inverso, quod is fecerat, ordine. Et praeterea vetus ille simplex mos initio litterarum scribendi من فلان الي فلان *a τῳ δεινα ad τον δεινα* iam ab aliquot saeculis exoluerat. Pomposis et ventosis titulis agendum erat eo tempore, quorum specimina deinceps proferet Noster aetati suae aequalia. Vid. d'Herb. l. c. fine articuli. At quod ibidem tradit Herbelotus de occasione et argumento istarum litterum, ab ipso confictum est. Frustra ibidem remittitur ad titulum *Mostaasam* id est p. 628. tanquam ibi de *manica Chalifarum* ageretur. Nihil eorum ibi.

(147) *Pag.* 207. *Ibn-Lavun.* Leo, Liso, Levo, cet. Baro Armeniae, de quo vid. Hase Phosph. Hist. p. 149.

(148) *Pag.* 211. Simile quid, sed sub anno 606 refert Renaudot p. 564. cui etiam concinit Hagi Chalifa.

(149) *Pag.* 213. Marin. San. p. 202. c. 9. ubi Adelum *Saphandinum*, hoc est Saif-ed-dinum, appellat; ut semper solet. Conf. Hist. S. Ludovici I. p. 394. ubi Iafa dicitur ab Adelo capta et 20 millia Christianorum caesa.

(150) *Pag.* 213. *administrationem eleemosynarum.* Arab. برّ Quod si بُرّ *Borr* legatur, posset mea quidem opinione munus procurandae rei frumentariae notare. Si autem بِرّ *Berr* legatur, posset notare munus distribuendi eleemosynas inter pauperes.

(151) *Pag.* 215. *Catada.* Aut *Kitada*, ut ſcribitur in *Itinere in Arabiam felicem* a quibusdam Gallis circa A. Chr. 1710 — 1712 facto. Vbi dicit auctor (de Merveille) pag. 100. eo tempore hanc gentem, Kitadahidas, apud Meccam iam plus quingentos annos regnaſſe. Fuit horum annorum, ſcilicet 598 — 601 epocha initialis huius dynaſtiae. Abulfeda noſter ad a. 601 refert. Hagi Chalifa ad a. 598. Marai ad a. 599, cuius verba maxime ſunt memorabilia. "Anno 599, ait, die 17 menſis ſeptimi, exibant Meccani [ex urbe ſua in montem Arafat et vallem Mena] pro more ſuo [annuo] ad faciendam Omra [ſeu viſitationem locorum ſacrorum]. Imperabat Meccae tum temporis familia quadam de gente Haſani, filii Alii, cui familiae nomen erat Banu-Heſchem. Occaſionem hanc, quam ſollemnis ille dies et feſtivitas et vacuitas urbis dabat, rapiebat ille Scherif Catada, filius Edriſi, qui tunc temporis dominus Iambuae erat, et conditor eſt Aſchraf el-Milla [Scheriforum in tota religione Muhammedana principum] qui hodienum regnant. Intrabat itaque Catada cum ſuis copiis Meccam, facileque ſe intus tuebatur, quoniam urbs tunc temporis cincta moenibus erat [quibus nunc caret]. Et ex eo tempore tenuit Catada Meccam, et eius ſoboles ad hunc usque diem tenet. Haſchemidae autem illi in Arabiam felicem abibant." Sed diſcrepant haec vehementer ab Abulfedae narratione.

(152) *Pag.* 215. Aut falſus fuit Noſter Abulfeda, aut valde turbat d'Herbelot, qui pag. 532. b. voce *Mahmud*, huius Schahab-ed-dini ſucceſſorem, et ex fratre nepotem, confoſſum ait anno 604 circiter, idque ideo, quod Aliſchahum, Muhammedis Chovarezimſchahi fratrem, ſuum hoſpitem et ſupplicem, necaverit. Conf. p. 765. a. voce *Schadbag*, et 835. voce *Tacaſch*, et ad ann. 605 et ipſe d'Herb. p. 781. b. init. ubi longe aliter tradit.

(153) *Pag.* 223. *Schahab-ed-din Scheherverdenſis.* Eſt procul dubio idem, quem d'Herb. p. 663. b. licet alia in legatione memorat, *Schehaboddin Scheherzouri.* Scilicet legit in ſuo codice شهرزوري, quod valde ſimile eſt τῳ شهروردي *Scherverdi.* Non dixerim utrum rectius. Alias *Schaherverdi* ſcribit, ut pag. 783. a. *Schaherverdi, ſurnom de Schehabeddin Ahmed* cet. Eius nomen ita exhibet Raud. "Abu-Hafs-Omar, filius Muhammedis, filii Abdallae,

Abdallae, filii Muhammedis, filii Abdallae, Beericus (quod nempe ab Abu-Becro Sedico Chalifa descenderet) Schahab-ed-din Saherverdi, Schaich es-Scheiuch Bagdadi, له مجلس وعظ cui mandatum erat munus Vaëti aulici [in pleno Megles seu conventu curiae] ونفس مباركة et cui erat anima benedicta. — Natus fuerat anno 539 *Saherverdae*, et obiit Bagdadi anno 632.

(154) *Pag*. 223. Ad hunc actum videtur pertinere illud quod Catal. Bibl. Reg. Parif. p. 347. a. non sine nugis habet. "Mansur anno vix elapso per speciem aetatis nondum maturae imperium amisit; idque pravis artibus patrui Melik el-adil Sifeddini, qui regni habenas suscepit. Rem probavit Chalifa, ea tamen lege [inepta ista sunt] ut per hiemem in Aegypto, aestate vero in Syria commoraretur."

(155) *Pag*. 223. *Adel legatum foris excipiebat.* Scilicet extra urbes recipiuntur dona maiorum principum a minoribus. Vid. della Valle IV. 26. p. 144. et de la Roque Itinerar. in Arabiam felicem, ubi describens donum a Rege Arabiae ad praefectum Mokae ait: "il conduttore di questi regali arrivato una lega lontano da Moka mandò a darne avviso al Gubernatore, il quale si pose subito in mancia — L' incontro del Inviato del Re e dal Governatore se fece una meza lega lungi dalla citta, e fù ricevuta la veste con molta cerimonia. Il Governatore smontò subito da cavallo per ricevere la lettera del Rè e per baciar la veste che l' Ufficiale portava alta senza smontar da cavallo. Indi l' Ufficiale smontato gliela pose addosso, gli cinse la scimitarra, et gli presentò il cavallo, che aveva condotto. Vi montò sopra il Governatore, e si cominciò la marcia verso la città col suono de timpani, essendo l' inviato del Rè alla sinistra del Governatore. Il popolo era in tanto uscito dalla città in gran folla per vedere questa cerimonia."

(156) *Pag*. 223. *Cosair.* Illud quod supra dixerat a Moïn-ed-dino Atozo structum fuisse.

(157) *Pag*. 223. *Spargebat super caput Adeli aurum.* Mos orientalium, in eius quem honorare volunt, caput numos aureos effundendi, quos humo servi recolligunt. Vid. ad ann. 330. Aut etiam (quod hic loci puto

 intelligi

intelligi debere) aurum pulveriſatum in eius vultum ungvento delibutum inſpergendi (non in capillos; nam torſi ſunt omnes orientales tulpandum gerentes). De ſponſis Arabum certe ſic narrat la Roque p. 223. "les femmes ménent la mariée — lui mettent des couleurs brogées ſur le viſage, qui eſt deja graiſſe d'une eſſence, ſur la quelle on jette de la poudre d'or, comme celle que nous mellons ſur l'ecriture."

(158) *Pag.* 223. *Ibn-Schocar.* Forte idem eſt cum illo cuius mentio ſit ad a. 596.

(159) *Pag.* 229. Iam ſupra monui ad a. 602 Herbelotum, ubi de regni Gorenſis everſione narrat, a Noſtro vehementer diſcrepare, et circulos turbare. Vid. pag. 532. b. et 610. b. ubi nec ſibi nec chronologiae congrua tradit.

(160) *Pag.* 229. *anno* 605. Hiſt. Genkizchani p. 156 A. C. 1217 citat, hoc eſt A. F. 614.

(161) *Pag.* 229. *Caſchli.* Hunc d'Herbelot p. 610 Cuſchlek nominat, item Hiſt. Tatar. Gen.

(162) *Pag.* 231. Haec erat aliqua velut exſecutio militaris. Egregie norat Adel affines et vaſallos ſuos exercere et vexare, et lucrifacere, peritus oeconomus. At frater eius homo militaris et liberalis erat.

(163) *Pag.* 233. *Hablan.* حبلان Infra eſt جبلان quod rectius videtur, *Gablan.* Confer. Golius ad Alfergan. p. 273. "rigandis hortis, ait, ipſe inſervit Eufrates, cuius inde a bidui intervallo per قنوات *ſubterraneos canales* huc derivantur aquae" et Teixeira Viage pag. 174. "goza de aguas puras, por que de mas de las, que le vienen por aquae ductos del Eufrates, que della diſta dos jornadas, que ſe dividen por la ciudad por muchas fuentes publicas y privadas, de que algunas ſon labradas con harta curioſitad, la banna en torno el rio Singa, llamado de los naturales Kykan [imo vero Covaik] y de los Hebreos Kykános."

(164) *Pag.* 325. *detondebat barbas.* Conf. Bulliald. ad Duc. Hiſt. Byzant. c. XV. *εκελευσε ξυρω καθαρει τους πωγωνας* p. 230. Facetum eſt quod

quod narrat Vansleb. pag. 336. de Consule nationis Francicae apud Cahiram anno Chr. 1672, qui in publica quadam festivitate — "plaça autour de ce reposoir le portrait du Roi, de la Reine, de Msgr. le Dauphin, — mais les Turcs étoient surpris de voir leurs barbes rasées, et ils demandoient s'ils étoient encore des enfants." Vid. ad ann. 8. Hinc intelligas, quare barba symbolum sit Arabibus famae et dignitatis, et quare "si quelqu'un songe qu'il a la barba rasée, cela signifie perte de ce qui le fait considerer parmi les hommes" ut est in Oneirocr. Vattier. p. 88. et quare supplicium sit barbae detonsio. Non possum quin hic adscribam facetum locum qui in memoriam incidit Marini Sanuti p. 155. ubi narrat, quibus strophis Balduinus de Burgo a socero divite Armeno pecuniam extorserit. Informaverat milites suos ut secum coram socero graviter rixarentur. "Petiit Armenus sibi interpretari, quae animose loquuntur; deinde perquirit, quod pignus eis debeat exhibere. Et respondetur, quia Comes, ni solvat, se ad barbae obligavit rasuram. Quo audito Armenus resupinus cecidit, nimiaque perturbatione animi loquelam amisit, tandem ad se rediens comitem cum multa stomachatione aggreditur, quomodo vir tantae opinionis mundi honorem et virtutis signa tanto exposuerit periculo, et se quasi eunuchum perpetuo damnasset opprobrio."

(165) *Pag.* 239. *Taim, quae a Bacr ben Vaiel originem ducit.* Dubito de hac lectione et interpretatione. Nam tribum Taim a Bacr ben Vaiel descendentem non invenio.

(166) *Pag.* 241. *Ibn-el-Atir.* Vid. d'Herb. p. 145. a. (ubi in linea antepen. verbis Kitab al Schaféi grande vitium typographicum, quod lectorem implicare valet, inhaesit; leg. Kitab al Schafi, deleto *e*.) Conf. p. 27. b. et 962. b. Qualis sit eius liber *Game el-Osul*, quia non satis patet ex Herbeloto, declarabo ex Raudo, cuius haec sunt verba: جامع الاصول هو كتاب جامع للاحاديث المذكورة في الكتب المعتبرة وجامع لاسماء الرجال المذكورة في الاسانيد ولتواريخهم ولبعض مناقبهم ولبيان لغات الاحاديث المذكورة في الجامع "Continet liber Game el-Osul inscriptus traditiones in libris praecipuae auctoritatis commemoratas, et exponit de nominibus, et fatis, et praecipuis virtutibus eorum qui quasque perhi-

buerunt et propagarunt, item gloffas interpretatur occurrentes in Traditionibus in ipſo libro illo propoſitis." Addit "Kitab es-Schafi eſt commentarius in Maſnad [ſeu Traditiones] Schafiaei. Herbel. p. 27. in eo fallitur quod *inſulam Euphratis* appellat patriam noſtri, quae *Tigridis* eſt.

(167) *Pag.* 241. *Magd-ed-din.* Atqui a Raudo et exinde a Herbeloto Borhan ed-din appellatur. Non tamen rarum eſt haec praenomina vel titulos mutari cum tempore. Perinde quoque eſt Motarrez, vel Motarrezi, vel Ibn-Motarrez. Raud de illo ſic narrat: "Borhan-ed-din Naſer ben Abu'l-Macarem Abd es-Saiied ben Ali, Motarrezi, auctor al-Mogreb, va'l Icna, libri philologici, et al-Idah, commentarii in Haririum [eſt ergo idem cum Motarrezio Schirazeno, quem d'Herb. p. 430 memorat] et Compendii Iſlahi'l-Mantak, nec non Mesbahi, grammaticae; item Morebi, cuius ipſe mentionem facit in Mogrebo. Natus fuerat anno 536 in Gorgania [vel Corcanga] urbe Chovarezmiae; obiit 10 menſis quinti anni 610 — vulgo ſolet ipſi praedicatum *Diadochi Zamachſchorii* tribui. Nam, ut Zamachſcharius, excellebat in fikha, in Arabiſmo, in philologia, et acceperat fikham a Zamachſcharii diſcipulo, ſcilicet a Baccalio. Bagdadum venerat ſacrum iter facturus, anno 601." Haec ille, quae cum pag. 645. a. init. Herbeloti, item cum pag. 50. a. 579. a. 598. a. 664. b. 950. a. comparari poſſunt. Eluendus eſt e p. 50. a. error in numeris, ubi dicit hunc virum ſuum Icnaum anno 659 ſcripſiſſe. Forte 569 reponendum. Confer. Pocockii Spec. Hiſt. Arab. p. 360. ſ.

(168) *Pag.* 243. *Kir.* Fons ille eſt apud *Hit*, urbem Iracae. Herbelotus p. 685. b. voce *Ojoun*, et 452. a. "Cette ville a une ſource de naphthe — ou eſpéce de bitume — *Ojun Hit*, les fontaines de Hit, d'ou ſortoit cette Naphthe ſi celebre parmi les Arabes et les Perſans." Teixeira Viage pag. 110. "Hyt celebre por el quir, de que y a ſe dixo [p. 76.] a que los Portugueſes en la India llaman quile, y ſe ſirven del, para vedar los eſtanques de agua" cet. Eſt illud *aſphaltum*, quo caementati fuerunt muri veteris Babylonis teſte Herodoto. Haec eſt ille *Kayyarah*, nomen loci, cuius meminit Okley Hiſtor. Sarac. II. p. 403. cum aliis vicinis, *Heſaſah*, *Sodud*, *Kayyarah*, *Hit*, *Ainoerdah*, *Carkiſia* cet.

(169)

(169) *Pag.* 243. Forte paralyticus erat. Sane refert Rauchwolff p. 573. illius tractus incolas illis thermis adverſus paralyſin uti. •

(170) *Pag.* 245. Credidi verboſequs locum hunq reddendum eſſe, quia obſcurus eſt et a me nondum ſatis intelligitur. Poteſt vox فتوة *Fatuva* notare 1) την ανδρειαν, fortitudinem, generoſitatem, nobilitatem, famam, dignitatem. Hoc ſenſu occurrit apud Maſudium, ubi de rebelle iſto Sinico, de quo vid. ad ann. 264, narrat, quod obſcura ſorte natus rebellarit per patriae calamitates gloriam et auctoritatem ſibi quaerens. طالبا للفتوة Coniiciebam inde aliquando *poculum Fatuvae* et *pallium Fatuvae* fuiſſe quod biberetur et indueretur quando principes orientales aliquem *Fata* فتى *virum*, hoc eſt nobilem, equitem, declararent. Sed laborat haec explicatio multis difficultatibus, et manifeſto ei adverſatur locus Hagi Chalifae, qui me ad verum loci noſtri ſenſum indagandum duxit. Refert nempe ille ad ann. 578 بوشيدن ناصر خليفة لباس فتوه را از شيخ فتوه عبد الجبار "Naſer Chalifa induit veſtem Fatuva acceptam a Schaicho Fatuvae Abd-al-Gabbaro." Patet ex hoc loco vocem Fatuva 2) quoque notare facultatem decidendi, reſponſum dandi ad propoſitum caſum, *Muftim* agendi. Nam Mufti olim erat communis dignitas et adhuc eſt apud Turcas, quamvis nos quidem de alio Mufti quam de ſupremo illo, neſciamus. *Mofti* vel *Mufti* eſt omnis deciſor, Caſuiſta. Et *induere pallium Fatuvae* eſt idem cum noſtrate caerimonia, qua pallium induimus quando doctores creamur. Eo ipſo accipiebant induentes facultatem *Fetvam ſcribendi*, ſeu reſpondendi, conſulendi, decernendi, et aliis quoque porro hanc dignitatem conferendi. Et qui tale facultate pollebat, erat qualis apud nos quidem in Germania, Comes Palatinus Caeſareus. Abd-el-Gabbar itaque hunc Chalifam creaverat Iuris Vtriusque Doctorem ſeu Muftin; quod mirum quidem in principale viro et nonnihil extravagantiam atque ſtoliditatem ſapit, unicum tamen ſui generis exemplum non eſt. Et hoc demum anno edicto imperabat idem Chalifa, ut, ſi quis deinceps Mufti ſeu doctor iuris crearetur, ille poculum ſub illo actu potari ſolitum, ex ipſius nomine et auctoritate biberet, et ideo لهما ut eſt in textu, vel quod rectius putem له ipſi, ipſius nomine et auctoritate indueret pallium doctorale, et ab ipſo Chalifa ſe creatum doctorem

rem ferret, idque in diplomate suo scribi curaret. — Sed novum scrupulum de voce نوغرة iniicit locus Ibn-Cotaibae pag. 119. 10. ubi debet studium carnalium voluptatum, mollitiem, luxuriam, notare.

(171) *Pag.* 245. Recurret infra sub anno 622 locus huic similis, quem aeque parum, atque hunc, intelligo. Videntur orientales pariter, atque nos, habuisse exercitia ludicra in arcu. Vt nos solemus sagittis ligneis praeferratis avem ligneam in alta pertica suffixam petere, et illum *regem* salutare, qui eam deiecerit: sic forte iactum illum supremum cum glandibus voluit ille de se Nasericum appellari.

(172) *Pag.* 245. Τον σουλταν Ιαθατινην, ut Graeci appellant. Vid. de hac clade Nicephor. Gregor. I. 4. pag. 11. et Georg. Acropol. Logothet. cap. X. p. 9.

(173) *Pag.* 247. *Baha-ed-dinum.* Illum, cuius vitam Saladini celeb. Schultens edidit.

(174) *Pag.* 247. Iacob. de Vitriaco I. 13. 14. de Assasinis vel Ismaëlitis. "Licet ex magna parte Machometi legem observent, dicunt tamen se legem quandam aliam occultam habere — et praeter morem aliorum Paganorum [Muhammedanorum] vinum bibunt et carnes porcinas edunt, et ab omnibus aliis tanquam haeretici legis reprobantur, pessima et abominabilia et sexui feminco contraria in occulto turpiter operantes" cet. Inde quoque dicti sunt *Bathenitae*, quasi dicas εντοσιαζοντες, *Internistae.* Et sane vulgo appellantur a Muhammedanis الملاحدة *haeretici, al-Molaheda.* Multa enim a fide Muslemica diversa statuebant; ut, (quemadmodum Ravanditae, quorum propago videntur fuisse) metempsychosin, et divinitatem in humano corpore. Quibusdam in rebus non abhorrebant a Christianismo. Certe narnat Auctor Historiae S. Ludovici T. I. p. 381. ex Wilh. Tyrio et Vitriaco, "que le prince des Assasins — se rencontrant nè avec quelque gout de la verité, et la lecture qu'il fit de l'Evangile et des épitres de S. Paul, l'ayant dégouté des extravagances de Mahomet il en dégouta aussi ses sujets, commença par leur permettre l'usage de tout ce que defend la loi de cet imposteur." Marai, ut ad annum 296 vidimus, eos diversos a Schiitis aut Rafeditis

disis facit, et prorſus e communione numeroque Muſlemorum excludit, deliramenta eorum enarrans.

(175) *Pag*. 247. *Ibn-Manaa*. Neſcio ſitne idem, nec ne, cum illo Kemal-ed-dino Abu-Amrano Muſa filio Iunaſi, filii Muhammedis, filii Manaae, cuius vitam Abu-Oſaiba fine capitis X exhibet, celebrans eum a peritia artium paene omnium, etiam Simiae, ſeu magiae naturalis; et narrans eius colloquium cum legato, quem Imperator (is eſt Fridericus ſecundus) ad Bedr-ed-dinum Luluum, Mauſelae dominum, miſerat. Videtur omnino idem eſſe: adeo conveniunt in eum omnia quae noſter de ipſo perhibet. Solummodo parvula illa chronologica difficultas officit, quod Lulu anno 608 nondum fuerit Mauſelae dominus. Sed Abu-Oſaiba hiſtoricus non eſt accuratiſſimus.

(176) *Pag*. 249. *arcem Tur ſeu montis*. الطور montem notat in genere. In ſpecie montem Sinai. Hic autem montem Tabor notat. Marin. Sanut. L. III. p. XI. c. 5. Agareni A. C. 1214 inter cetera Chriſtianis moleſta caſtrum firmaverunt in monte *Tabor* novem leucis a Ptolemaida, ut eandem civitatem ſaepius moleſtarent.

(177) *Pag*. 251. Congruit in hunc Muhammedem Naſerum, quod Wilh. Tyr. cap. 2. lib. XIX. initio de rege Amalrico dicit. De cauſſa mortis vid. Hiſt. Revol. Hiſpan. T. III. 207. 208. Leo African. p. m. 108. "Mahumetes Enaſir, qui victus in ea regione, quam Venalza appellant milites amiſit tam equites quam pedites ad ſexaginta millia hominum; ipſe tamen ſalvus evaſit ac Maroccum reverſus eſt. Chriſtiani hac victoria ſuperbi, non prius a bello deſtiterunt, quam triginta annorum ſpatio omnia haec oppida ſuis regnis adiecerint. Valenciam, Deniam, Alicantum, Murciam, Carthagenam, Cordubam, Hiſpalin, Iaën et Vbedam. Infauſtum hoc praelium mox ſubſecuta eſt Marocci regni ruina. Reliquit Mahumetes ab obitu decem iam provectae aetatis filios, inter quos varie de imperio certatum. Hinc factum eſt, dum nihil inter fratres convenire potuit, dumque illi ſe mutuis infeſtarent bellis, coepit Marinorum populus Feſſae, ceterarumque ibi adiacentium regionum imperium uſurpare." Haec verba ſuſpicionem mihi faciunt hanc cladem, quam Leo aliique noſtrates a Naſero A. C. 1210 acceptam

 dicunt,

dicunt, eandem esse cum illa quam noster infra ad ann. 624 commemorabit Iuvat ex Bosii Notit. Hisp. haec addere p. 22. "Alphonsus VIII. non tantum Mauros, an. 1210 — adortus plura oppida recuperavit, sed etiam Mahumedem Ennasir — celeberrimo omnium, ad saltum Marianum [Sierra Morena] praelio — tanta clade affecit, ut amissis suorum 200 millibus cum omni supellectile desperato Hispaniae imperio, velocissimo cursu, quatuor tantummodo suorum comitantibus e discrimine se eripuerit. Atque hac victoria ita penitus concisae sunt Afrorum Almohadarum vires, ut per annos bene multos Saracenis Hispaniensibus, gravissimo in Baetica bello laborantibus opem ferre nequiverint." Consentit cum his etiam Hagi Chalifa ad A. F. 612, et Leo Afric. alio loco p. 279. III. c. 95. luculentius. "In praelio, quo victus fuit Iosephus Ennesir, Marocci rex atque pontifex, interfecta sunt Maurorum sexaginta millia. — Haec autem pugna acta fuit Anno Hegirae sexcentesimo nono, a Christo nato 1160 [sed hic numerus vitiosus est]." — Idem V. 58. pag. 373 non statim ab ipsa pugna, sed non multis annis post obiisse Enasirum ait, eique Iosephum [non filium, sed] fratrem successisse. Fieri quoque vix potest, quin haec sit illa celebris pugna, quam ex Mariana citat Morgan. I. pag. 210. sub titulo pugnae ad *Las Navas de Tolosa;* et de qua ibi scribit multa mirabilia et incredibilia praedicari. Conf. Roder. Tolet. VIII. p. 268 sqq. et Richardus de S. Germano in Chron. apud Caruf. Bibl. Sic. pag. 561. qui ad A. C. 1212 refert. Sed Siculorum chronologia saepe ab nostrate differt, anno aut biennio, cuius rei caussas indicant qui de Sicilia exposuerunt.

(178) *Pag.* 253. *Gorvalensis.* Vid. d'Herb. p. 405. a. voce *Giozuli.* Varie scribitur, ut vox Barbara, et orientalibus parum nota. جروالة *Gorvalah*, كروالة *Corvalah*, كزوالة *Cozvalah*, جزوالة *Gozvalah*, *Gozula*, *Gozzola.* Quod ait d'Herbelot l. c. eum anno 677 obiisse, confirmat Hagi Chalifa testimonio suo. Error procul dubio natus in numeris in errorem eos induxit. Raud cum Nostro facit, et ait de cetero huic viro tributum epitheton fuisse *Amalici*, يقال له الامالي, quasi dicas *Dictarius*. *Amali* enim sunt *dictata*, qualia magister discipulis praeit. Talem forte voluerunt

runt designare, cui nunquam deest copia rerum quas dictet et suggerat avidis auditoribus.

(179) *Pag.* 253. Videtur itaque ille Schaich Ali esse, cuius زيارة الشام *Ziarat el-Scham, voyage ou pelegrinage de Damas et de la Syrie* memorat d'Herbelot p. 933. b. Quid si idem sit ille *Saïh* السايح, *es-Saieh, peregrinator*, de quo vid. p. 738. a.

(180) *Pag.* 257. *Ibn-ed-Dahhan.* Nescio sitne idem cum eo quem d'Herbelot p. 282. habet; ubi dicit (auctore Raudo) ipsum natum anno 494, obiisse anno 569. Posterius confirmat etiam Hagi Chalifa. At p. 858 ait eum obiisse anno 590. Ceterum in illis "étant devenu aveugle — il sçut profiter de son aveuglement" non recte cepit auctorem suum. In Arabico est كف بصره ، وانتفع عليه كثير "coecus evasit, et multi eum audiverunt" (ab eo profecerunt, discipuli). Sunt duae theses quae nullum inter se nexum habent.

(181) *Pag.* 259. *Malec ed-Daher.* Historia S. Ludovici pag. 393. et alibi *Hazer Gazi* appellat. Vitiosa scripto *Hazer* pro *Zaher*. ظاهر enim aliqui sic efferunt.

(182) *Pag.* 259. Hic enim ex filia Sultani susceptus erat, sed alter ille, natu maior, erat feminae sequioris.

(183) *Pag.* 261. *intra mare.* Ad verbum est *ab intra mare* mediterraneum nempe. Credo hanc phrasin, oppositam alteri, *ultra mare*, notare aut incolas insulasve et oras maris, aut potius totam Palaestinam. De hac expeditione vid. Marin. Sanut. pag. 206. c. 6. "Anno MCCXVII exercitus Christianus apud Ptolemaidam congregatur. Ibi fuit *rex Vngariae* cum Vngaris multis, ibi *rex Cypri*, ibi *dux Austriae* cum Alamanorum militum copia", cet.

(184) *Pag.* 263. Sanut. pag. 207. "prima dominica de *Adventu* insultum faciunt in castrum aedificatum in monte Tabor — superveniente autem nocte inglorius descendit exercitus."

(185) *Pag.* 263. De causis istius Chovarezmschahorum cum Bagdadico Chalifa belli vid. Histor. Tatar. geneal. pag. 240. 241. et Histor. Genkizch. pag. 166.

(186) *Pag.* 263. Mirum, nostrum memorabilis illius passus non meminisse, quem fecit Chovarezmschah, novum quendam constituens auctoritate sua Chalifam, seu Anti-Chalifam gente Alidam, nomine Ala-ed-din Malec Termedi, ut perhibet d'Herb. p. 83. b. 611. a. 663. a. 873. a. praeter citatos iam auctores.

(187) *Pag.* 267. Hist. S. Ludovici I. p. 399. "Avant cette entreprise des Croisés (captam Damiatam) Safadin (is est el-Malec el-Adel) étoit engagé vers Damas contre Nuradin (el-Malec el-Afdalum) son neveu, qui lui faisoit la guerre avec le Sultan d'Iconie. Ce fut là qu'il mourut, et de regret, a ce qu'on pretend, pour la prise de cette première tour, qui facilitoit celle de Damiette." De filiis et successoribus eius multa barbaro monacho digna Iacobus Vitriacus habet in Anecdotis Martenii Tom. III. et multo magis faceta sunt quae ex Turcarum traditione perhibet Ricaut Hist. Imper. Ottom. II. 27. quae adscribere piget.

(188) *Pag.* 171. *Sedecim mares.* Quindecim, ait auctor Vitae S. Ludovici p. 399. T. I. Notabile quod addit: "Pour les derniers, qui furent traités en cadets d'une famille trop nombreuse, on en voioit deux residents au St. Sepulcre, et partageant les offrandes, comme faisoient deux autres au tombaeu de Mahomet." Arabes hac de re nihil. Vitriaci nugas sapit.

(189) *Pag.* 271. *Malec el Moattam.* Hic est ille qui vulgo in historiis nostris *Coradinus*, vel et corruptius *Conradinus* appellatur, et a Marino Sanuto p. 206 *Melec Mahadan*, quod proxime ad verum accedit. Diu ignoravi et dubitavi quare nostrates hunc virum Coradinum appellarint, donec tandem in locum aliquem Iacobi de Vitriaco, ab E. Martene in Anecdotis T. III. editum incido, ubi scriptum video *Choradinus*. Statim succurrit *Ch* istud ex Gallico more pronunciandum esse, et scriptum olim fuisse *Charfaddinus* vel *Cherfadinus* شرف الدين *Scharfoddin*. Is enim eius erat titulus. Hinc natus *Conradinus*. In isto monumento historico, quod Christiani orien-

orientales Papae transmiſerunt, et quod verbotenus apud Richardum de S. Germanico pag. 562 legitur, medius dividitur hic *Coradinus* et *Melkemodam* ut ſcribitur. Sic autem comparatum eſt cum illa relatione. "Papa (verba ſunt ipſius Richardi) ſcire volens terras, mores et vires Agarenorum — ſcripſit patriarchae Ieroſolymitano, magiſtris domorum Hoſpitalis et Templi ut ſuper his eum redderent certiorem. Qui — tam detentores, quam terras et mores eorum expoſuerunt ei certiſſime in hunc modum," et protinus ipſam ſubiicit notitiam, in qua tot ſunt prava et falſa, ut mirum ſit, et turpe ſimul, a primariis viris, et integris collegiis tam inepta et mendaciorum plena tradi et venditari principibus extraneis potuiſſe; eademque *certiſſima* dici, in quibus paſſim ne umbra quidem veri eſt. Nolo omnia adſcribere, digna tamen quae cum Noſtro conferantur, et ex eo intelligantur atque emendentur. Sed quae huc faciunt, tantum afferre non gravabor. "Secundus Sephadini filius eſt (ait Richardus) Coradinus, qui habet Damaſcum, ſanctam Ieruſalem, et totam terram quae fuit Chriſtianorum. — Quartus filius eſt Melkemodam, id eſt magnus dominus, qui tenet regnum Doaſiae, l. Roaſiae" [hoc eſt Edeſſae]; neque obeſt, quod hiſtoria non condicat. Non unicus hic error eſt huius publici monumenti. Al-Malec el-Aſchrafum quoque bis numerat, quinto et ſeptimo loco; dicitque ipſi fuiſſe *Sarco*, hoc eſt صرخد *Sarchod;* quam tamen conſtat peculium al-Malec el-Afdali, filii Saladini, fuiſſe. Mitto ceteras nugas. Qui ibidem memoratur p. 563. "Maximucus [praecellit omnes, qui hodie vivunt, paganos, excepto Maximuco, in auro]" is eſt *Maximutus*, Maſſamutus, Maſſamutita, vel, noſtro more, Movahhedita, Marocci et Andaluſiae tum dominus.

(190) *Pag.* 273. *Auctor libri Irſchadi.* Patet ergo hunc eſſe anonymum illum Samarkendenſem, cui d'Herbelot pag. 196. b. كتاب الارشاد في الجدال *Kitab el-Irſchadi, librum directionis, vel de arte diſputandi* tribuit; aut ut p. 197. b. voce *Beheſchti* appellat ادب الجدال *Adab el-Gedali, Inſtitutionem artis diſputatoriae:* videntur enim liber idem eſſe. Pag. 753. a. latius et libri nomen et auctoris tradit, ſed hoc a Noſtri relatione nonnihil diſcrepans. "Samarcandi, ait, ſurnom d'Abu Hamed Muhammed ben Muhammed Al-Omari العمري [Noſter العميدي] mort l'an 515, qui a

com-

composé le livre intitulé Erschad [non Erschaf] fi Elm al-Khelaf v'al-Gedal كتاب الارشاد في علم الخلاف والجدال *Instruction sur la science de la Dispute.*" Monendum *al-Khelaf* et *al-Gedal* partes eruditionis Muhammedanae diversas esse, quod alibi iam saepe indicavi. Etymon gentilis *Omari* venit ab Omaro, filio Chattabi, Chalifa secundo, a quo descendere significatur hic homo, si lectio proba est, quemadmodum *Bacri*, qui ab Abu-Bacro devenit. Etymon *Amidi* unde sit, ab *Ebn-Amido*, an aliunde, non dixerim.

(191) *Pag.* 273. *Hasirensis.* الحصيري aut ut extulit d'Herbelot pag. 459. b. الحصري *al-Hosori* [non *al-Hosri*]. "Il est surnommé Hosri (ait laudatus auctor, non de hoc quidem, sed de alio exponens) à cause qu'il faisoit, ou vendoit ce que les Arabes appellent *al-Hosra*, plurier de *Hassir*, qui signifie une natte faite de jonc, de feuille de palmiers, ou d'ecorce des cannes, sur laquelle l'on s'assied, ou l'on se couche." Vid. ad ann. 624.

(192) *Pag.* 277. Vid. Sanut. pag. 208. cap. 7. Histor. S. Ludovici I. pag. 399. f.

(193) *Pag.* 277. Conf. Magn. Chron. Belg. p. 186. et qui omnium instar est Oliverius Scholasticus, qui expeditioni interfuit, et cuius opusculum *de expugnatione* [hac prima] *Damiatae* Eccardus scriptorum historiae medicae a se proditorum tomo secundo inseruit; ex parte vero ante ipsum ediderant Iacob. Bongarsius in Gestis Dei per Francos p. 1185 — 1192. et post hunc aliquanto auctius Thomas Gale in Collectione quinque scriptorum Anglicanae historiae, edit. ann. 1687 fol. Oxonii, p. 435 sqq. Ad mentionem Magni Chronici Belgici tenendum, eius auctorem expugnationem Damiatae anno circiter 1166 imputare, abnormi prochonismo. Richardus de S. Germanico Chron. pag. 566 satis fuse historiam hanc enarrat, ad A. C. 1217 et 1218, captamque ait A. Chr. 1218 *mense Novembri in vigilia Beati Confessoris Leonardi.*

(194) *Pag.* 277. Marin. Sanut. p. 208. cap. 8. Nonis Novembr. A. C. 1219 post obsidionem quindecim mensium expugnatam ait Damiatam. Hist. S. Ludovici I. p. 398.

(195) *Pag.* 277. "Ils établirent une siège Archiepiscopale dans la grande Mesquée dont ils firent une église dediée à la Sainte Vierge. Hist. S. Ludov. l. c.

(196) *Pag.* 277. *novae urbi nomen Mansurae imponebat.* Ergo haec est *nova Damiata.* Mar. Sanuti p. 210. *Massuram* appellare solent nostrates. Vid. Hist. S. Ludov. I. 399.

(197) *Pag.* 279. *Genkizchano.* Vid. Teixeira pag. 334 sqq. Assemani Bibl. Or. IV. 101 sqq. Herbel. hac v. et praecipue *l'Histoire genealogique des Tartares*, et *l'Histoire du grand Genkizkhan* par *Msr. Petit de la Croix.* De voce *Genkizchan* notabile quod habet Historia S. Ludovici I. p. 414. "Son premier nom étoit *Temugin*: mais l'assemblée générale de ce peuple lui avoit donné par honneur celui de Ginghiskan, c'est a dire *Roi des Rois* dans l'encienne langue Turque." Quod in medio relinquo: forte desumsit auctor ex Teixeira, qui idem habet. Non abludit multum etymologia Abulgazi Bayadur Sultani pag. 195. e quo auctore patet, Nostrum in Genkizchani initiis valde mancum et concisum esse, neque valde peritum aut fidis auctoribus usum.

(198) *Pag.* 279. Consulantur qui latius et ex professo de his rebus scripserunt, la Croix in Hist. Genk. et Histor. Tatar.

(199) *Pag.* 279. *Nasavensis.* Vel *Nisavensis*, ut eum appellat la Croix in Hist. Genk. p. 345. et in Catalogo Auctorum sub finem addito p. 547. ubi luculenta eius notitia exstat. Conf. et d'Herb. pag. 373. a. 621. b. et 662. b. tit. *Nassaoui*, ubi per errorem *Monschi*, qui titulus viri est, pro libri titulo accepit.

(200) *Pag.* 279. Conf. Marin. Sanut. p. 234. c. 4. Hist. Geneal. Tatar. p. 209.

(201) *Pag.* 285. *Ochbarensis.* Et ita quoque Hagi Chalifa. العكبري ab urbe Acbara, de qua vid. d'Herb. p. 114. a. Sed idem d'Herb. pag. 51 hunc hominem "Abu-Baca ben Hussein Askeri العسكري ou Oskeri, auteur d'un traité d'Arithmetique, intitulé Estiab fil Hesab" appellat, et addit mortuum

ſed غسانفر) appellat; uti quoque pag. 5. b. et pag. 871. b. voce *Tarikh Niſchabouri*.

(315) *Pag.* 303. *recuperabant Muſlemi Damiatam.* Poſtquam Franci per biennium tenuerant. Legi meretur ea de ea re Hiſt. S. Ludovici T. I. p. 400. Conf. Richardus de S. Germanico in Chronico p. 569. Bibl. Sic. Caruſ.

(216) *Pag.* 305. Paullo aliter de ratione conditionum narrat Hiſt. S. Ludov. l. c.

(217) *Pag.* 307. *Dux.* In Arabico eſt ملك *Malec*, quod indifferenter regem et ducem notat. Si articulus adeſſet الملك *al-Malec* crederem deſignari, aut Ducem Bavariae, quem Imperator Fridericus II. Locumtenentem ſuum miſerat, aut Ioannem Bryennium, regem tum Hieroſolymitanum et deinceps Conſtantinopolitanum.

(218) *Pag.* 307. *Roma magna.* Sic appellatur ab Arabibus urbs Roma, excellentiae cauſſa, non diſtinctionis. Parvam enim Romam non norunt. Legatus ille *Pelagius* erat Cardinalis, ab Honorio III miſſus. Vid. Hiſtor. S. Ludovici l. c. et Theodor. Duſa ad Georgii Acropolitae Chronic. Compend. p. 293. edit. Pariſ.

(219) *Pag.* 307. *Landaris*, aut *Londaris*. Vel ſi legatur كندريس, *Condaris*. Eſtne forte *le Comte de Rhetz*. Sed diligentius inquirendum. Si autem و prima littera in ولندريس *Valandaris* non ſit particula copulativa *et*, ſed pars vocis eſſentialis, poſſit eſſe *Flandrus*, *Vlandrus*, aut etiam *Ulandarus*, *Hollanderus*, *Ollandus*. Comes Hollandiae tum erat Wilhelmus I, avus Wilhelmi II, qui poſtea Romanus Imperator evaſit. Illum Wilhelmus I. perhibent aliqui expugnationi Damiatenae interfuiſſe; qua de re vid. Scrivenius in Hiſtor. Comit. Holland. Sane Friſones (ut tum temporis appellabantur Hollandi) et praecipue Harlemenſes ex ea expugnatione prae ceteris famam et laudem abſtuliſſe, res nota eſt. Flandrum autem tum adfuiſſe non invenio.

(220) *Pag.* 313. *Rug et Maarra-Neſrin.* Haec diverſa eſt ab illa quae ſimpliciter Maarra nominatur. Rug eſt illa, quae a Scriptoribus Cruciatarum *Rugia* dicitur.

(221)

(221) *Pag.* 315. *Vexilla — erigerentur.* Suntne hi panni illi, de quibus memorat Vansleb. pag. 348. "Après les Scherifs, ait, marchoit un homme qui portoit sur la tête un petit drap mortuaire brodé, de figure quarré, et étendu sur des batons, qui étoit suivi de quatre autres qui portoient chaquun sur l'epaule un drap de même façon. On me dit, qu'on les suspendoit à l'endroit, ou ils celébrent la memoire du sacrifice d'Abraham." Apud Hagi Chalifam invenio quoque disceptatum fuisse anno 38 inter asseclas Alii et Moaviae من اقامات حج *quis constituere sacrum iter debeat*, hoc est, quis eius sit ἱεροφαντης, et proinde quoque debeat vexillum erigere. Sed quod sibi volunt العلمان الذان يسعي بينهما illa duo magna vexilla, (vel etiam duae sperulae, columnae) inter quas, ut ait Elmacinus p. 108 solent sacri peregrinatores religiosas suas decursiones facere conditae a Mahdio? Conf. ad ann. 583.

(222) *Pag.* 319. *Tatarschah.* Scribebatur hoc nomen hic loci تيرشاه *Tirschah*, quod nihili est. Aliquando rectius تترشاه *Tatarschah*, quod elegi, quia d'Herbelot ita semper hunc virum appellat. Nescio tamen an non rectior sit lectio quam in Abulfeda reperii alias تيزشاه *Tizschah*, dominus Tizae, urbis Kermaniae.

(223) *Pag.* 321. *vivis excessit Iusef* rel. Fato nempe suo naturali. Sed Leo Afric. V. 58, pag. 373 *a quibusdam regis Telensini militibus interfectum fuisse* perhibet. At procul dubio confundit hunc Iosephum de gente Movahhedinorum cum Iosefo Marinida, de quo vid. ad ann. 706.

(224) *Pag.* 325. *Bacubam.* Pagum ad decem parasangas a Bagdado. Vulgo reputantur octo parasangae in diaetam, seu diurnum iter.

(225) *Pag.* 333. *Chafagitam.* Chafaga est tribus Arabica. Forte fuit mater eius Arabissa de hac tribu, et haesit inde filiae nomen.

(226) *Pag.* 333. Mirum quare sub ipsam paene brumam susceperit obsidionem urbis, quae vel ipsa aestate riget.

(227) *Pag.* 337. *Kelutam.* Est vox Persica, de qua sic habet Meninsky: "*Reticulum* seu *velum retiforme* ac *reticulare*, quo virgines faciem cooperire solent, et per quod ornamentum aureum capitis muliebris, pretiosae

 splendi-

ſplendidaeque veſtes micant, vultus tamen dignoſci non poteſt Turcis familiare, et KÜLVTE *vittae ſpecies quaedam.*"

(228) *Pag.* 337. Vid. ad ann. 625.

(229) *Pag.* 337. *Gemal-ed-dino Haſirico.* De hoc ita narrat Raud: "Abu'l-Mogahed Mahmud, filius Abd-es-Saiiedi, filii Otmani, filii Abd-el-Malec, Bocharicus, vulgo dictus Haſiricus; de vico quodam Bocharae urbis, in quo Schaich iſte, dum ibi agebat, habitabat, et in quo ſolebant *Haſir* [ſtoreae ex arundine aut culmis plexae] confici. الحصيري نسبة الي محلة ببخاري يعمل فيها الحصير وكان الشيخ ساكن فيها Studuerat ibi Fikhae ſub Imamo Haſano, filio Manſuri, vulgo Cadi Chano dicto. Dein veniebat in Syriam, et docebat in collegio Nurico, intentoque animo ſtudiis incumbebat, traditiones enarrabat, et ſcribebat commentarium in Game al-Cabir — characterem exarabat elegantem. Obiit die Solis, octavo Safari, anni 636." Conf. d'Herb. p. 460. a. Videtur ex allato loco exponi poſſe dictio, quae apud Georg. Nub. p. 138. pen. proſtat, ubi deſcribens Maſchhad [tymbum, martyreon] Alii apud Cufam: "Sex milliaribus a Cufa, ait, eſt Cobba [tholus], magna, قبة عظيمة مرتفعة الاركان من كل جانب لها باب مغلق وهي مستورة من كل ناحية بفاخر الستور وارضها مفروش بالحصر السامانية excelſorum paritum; ub uno quoque quatuor ſuorum laterum portam habens clauſam; undecunque velata velis pretioſiſſimis, ſoloque ſtoreis Samanicis inſtrato." Videntur ſubtilioris et elegantioris operis ſtoreae Balchae Bocharaeque fuiſſe fabrefactae, quales decerent Samanidas, illarum terrarum ultra Oxum aliquando dominos, eorumque ſupellectilem inſtruerent. Videtur hic homo filius eius Nattam-ed-dini Haſirici eſſe, cuius mentio fit ſub anno 615.

(230) *Pag.* 337. *Moattam Hanafiticae ſectae ſtudebat.* Laudat hoc in ipſo Abu-Ahmed Muhammed ben-Caſem ben-Iacub, auctor libri ſaepius allegati, *Raud el-Achiar*, ipſe Hanafita. Verba eius digna ſunt quae adſcribantur: "Abu-Becr el-Malec el-Moattam Scharf-ed-din Iſa, filius Malec el-Adeli Saif-ed-dini filii Eiubi, dominus Damaſci rex Aref [عارف, morum ſancto-

sanctorum] fortis, amator virorum eruditorum; nobilis spirituum, fakihus Hanafiticus, fervide addictus suae sectae; qua in re ipsum liberi eius imitati fuerunt, soli in tota gente Eiubica. Favebat elegantium litterarum studiosis. Quisquis memoria teneret Zamachscharii [Hanafitici] librum, cui titulus est al-Mofassal, ei donabat centum numos aureos et vestem honoris. Id multos invitavit, ut eum discerent. Acceperat Fikham ab Hasirico. Ipse composuit librum inscriptum: Sahm el-Mosib [telum recte feriens]. Est refutatio Chatibi [forte Fachr-ed-dinum Razium intelligit]. Obiit die Veneris quodam anni 624; natus fuerat anno 578. Legerat Game el-Cabir sub auspiciis Hasirici." Haec ille.

(231) *Pag.* 339. Marin. Sanut. pag. 211. "Medio tempore moritur *Conradinus* Damasci Soldanus [est Moattam] relicto filio *Melec el Naser*, puero annorum XII sub tutela Admirati *Esedinebec*, qui dominus erat castri Saquet [leg. *Sarquet*].

(232) *Pag.* 339. *apud Toletum pugna.* Est illa ipsa procul dubio quam anno Heg. 610, Chr. 1212, accidisse ferunt nostrates et supra nos ad illum annum ex Leone Africano et Bosio enarravimus.

(233) *Pag.* 339. Roder. Tolet. VIII. c. 10. p. 274. "Ad instantiam germani sui, qui Zeit Auozechrit [Abu-Zacaria] vocabatur, rex Agarenus iumento varii coloris insidens fugae praesidio se commisit, et cum quatuor militibus periculi sociis Beatiam usque venit, et Beatiensibus quid facerent sciscitantibus, dicitur respondisse: Nec mihi, nec vobis possum consulere. Dominus sit vobiscum. Itaque mutato iumento Giennum ea nocte pervenit."

(234) *Pag.* 339. *Mossammeditae.* Est tribus quaedam Arabica, in Sus al-Acsa, seu ultima Susa, et montibus Mauritanae Atlantico mari vicinis habitans, a qua principalis haec dynastia deveniebat.

(235) *Pag.* 339. Debet ergo ille esse quam Hist. Revol. Hisp. l. c. p. 212 *Sahadala* سعد الله filium *Feres*, ait.

(236) *Pag.* 341. *Arabes Makeli.* Videntur illi esse quos Leo Afric. I. 17. p. 22. *Mahchil populum* appellat et describit.

(237) *Pag.* 341. *Ibn-Hud.* "In diebus huius regis Fernandi, ait Rodericus Tolet. IX. 13. p. 286. ſurrexit quidam nomine Abenhut in caſtro Rechoc in territorio Murtienſi, et coepit contra Almohades rebellare, qui cismarinos Arabes adeo crudeli dominio opprimebant, quod de facili Abenhuti propoſito conſenſerunt et obtenta Murtia et finitimis oppidis et caſtellis omnes Almohades, quos habere potuit, capite truncavit, et omnes Mezquitas praeſentia Almohadum iudicans inquinatas, aſperſione aquae fecit a ſuis ſacerdotibus expiari; et armorum ſuorum inſignia fecit nigra [forte ſic obſequium Abbaſidis demonſtans; improbabile quod Rodericus ait] quaſi luctu praeſignans excidium gentis ſuae; et in modico tempore obtinuit Vandaliam Hiſpanorum, praeter Valentiam, et confinia, in quibus Zaën de genere regio, rebellavit. Erat autem Abenhut de genere Abohaget olim Regis Caeſarauguſtae. Et cum fere monarchus in cismarina Vandalia haberetur, audacia, largitate, iuſtitia, veritate, praeeminebat. Sed a quodam ſuorum qui Abenroman dicitur invitatus ad epulas — factione hoſpitis et vaſalli occiditur in conclavi apud praeſidium Almariae. Et tunc invaluit Arabs quidam dictus Mahoma Aben-al-aginat [l. Aben-al-Ahmar ابن الاحمر] qui paullo ante bovis et aratri veſtigia ſequebatur. Hic Arionae Gienni, Granatae, Vaſtae, et Accii et locis aliis adhuc hodie [ſc. Roderici tempore] principatur; et poſt interitum Auenhuti Vandalia cismarina in plures regulos eſt diviſa et ab Almohadibus ſeparata, quod Chriſtianis utile invenitur."

(238) *Pag.* 343. *in lacu.* صهريج *Sahrig.* Gol. ad Alferg. p. 202. "Aqua e vicinis montibus per ſubterraneos ductus in puteos defertur, ad quos fere per gradus eandem petituri deſcendunt. Illud ſtructurae genus Arabes et Perſae صهاريج *Saharizg* appellant" nempe in plurali. Tales in India permultos vaſtos lacus eſſe, paſſim narrat della Valle libro IV. Itiner.

(239) *Pag.* 343. *Abu-Hafs Omar fil. Ibrahimi.* Hic eſt ille *Brahem*, qui memoratur Hiſt. Rev. Hiſp. T. III. 206. Procul dubio hoc loco Ioſef, filius Abd-el-Mumeni deſignatur.

(240) *Pag.* 343. *Abu-Dobus.* Hiſpani *Budobus.* Vid. Hiſt. Rev. Hiſp. T. III. p. 210.

(241)

(241) *Pag.* 343. *Mortadium.* Eſt ergo ille *Ceyed Barrax* (hoc eſt *Saiied Mortazi*) quem memorat Hiſt. Rev. Hiſp. l. c. p. 208. 211.

(242) *Pag.* 345. *Abd-el-mumenidarum dynaſtia.* Aliter quam Noſter enumerat huius gentis principes Morgan. I. pag. 209 ex Nighariſtano, vel potius Herbeloto.

(243) *Pag.* 347. *Imperator.* الانبراطور Sic ſcriptum eſt hic loci. Supra erat الانبرور *al-Amparur*, *l'Empereur.* Herbelotus p. 269. b. invevit in ſuo codice الانبرطون "il ceda, ait, à Anbarthon Roi des Francs le royaume de Jeruſalem." Intelligitur Fridericus II, non Fridericus I, vel Barbaroſſa, quod ibi per errorem traditur.

(244) *Pag.* 349. Legatus Friderici fuit *Corradus de Amicis*, de quo multa ſuum aevum ſapientia narrat auctor Hiſtoriae Siculae p. 858. Aliam *Rogerii de Amicis* legationem ad Soldanum Babyloniae memorat auctor appendicis ad Gauffredum p. 252. ad A. C. 1240.

(245) *Pag.* 349. *principem ducum minorum.* Malec el-Omara, vel Malec Emirorum, princeps ducum, erat in aula Mamlucorum idem quod Emir al-Omara quondam in aula Bagdadica, et quod hodie Vezir Azem, ſeu ſupremus Vezirus in aula Ottomanica. Vid. Sorzani Ottoman. pag. 21. ubi de primis Veziris verba faciens: "Hi, ait, eandem poteſtatem obtinent, quam illi qui *Melicul Vmera* Arabibus, et Graecis *αρχοντες αρχοντων* appellantur." Sed praecipue huc pertinet locus Laonici Chalcondylae p. 74 fin. Επι μειζον χωρουσι τυχης άμα, και ύπο βασιλεως [ita leg.] ες τα πρατα τιμης αξιουμενοι, ες τους καλουμενους Μελικαμηραδας καθιςανται, αφ' δη της χωρας επ' αυτην ηδη χωρουσι την βασιλεως χωραν, και επι την της Μεμφιος αρχην και συμπασης τε της Αιγυπτου, Αραβιας τε και Παλαιςινης και των αλλων αρχων όσαι ύπο τουτῳ τῳ βασιλει ταττονται. Μελικαμηραδες εισιν αρχαι ες τας πολεις τας ύπο τηνδε την βασιλειαν επισημους αρχοντες καθιςαμενοι ύπο βασιλεως. Haec poſtrema periodus videtur ſcholion marginale fuiſſe et e margine in textum irrepſiſſe.

(246) *Pag.* 349. *Bar-et-tavil. Longobardia.* Haec videtur vera vocis origo eſſe. Vox hybrida eſt Longobardia, ex una Latina, *longus* et

altera

altera Arabica *Barr*, *Barria*, terra continens, composita, *Longa bardia*, h. e. *longa terra*, ἡ χερσοννησος ἡ επιμηκης. Neque antiquius est illud nomen illo tempore, quo Saraceni in Sicilia et Longobardia grassati sunt. Totam Italiam, sed praecipue Neapolitanum regnum sic appellarunt. Diversum est quod statim sequitur Lombardia, et particula tantum prioris. Neque mirum cuiquam videatur, me Longobardiae nomen ab Arabibus arcessere, quum Longobardi iam Tacito memorentur, certe dudum ante Saracenos in Italia dominati fuerint. Non protinus ab ipsorum in Italiam ingressu sic dicta fuit ea regio, sed tempore demum Caroli M. quo Saraceni iam dudum Italiam lacessere et ex parte quoque occupare coeperant. Vid. Felicis Osii Emendat. et not. ad *Historiam Rerum Laudensium* Morenae pag. 1058. init. T. III. Thes. Italic. Graev. Iuvat huc adscribere quae Carusius T. II. Bibl. Sicul. p. 1156. in notis ad Excerpta ex Annae Comnenae Alexiade n. 5 notat. "Longobardiae nomen, inquit, olim tam late patuit, ut universa Italia hoc vocabulo intelligeretur. Charta Caroli M. pro divisione imperii: Italia vero, quae et Longobardia dicitur cet. Postmodum Graecis ea potissimum pars, quae in Calabria et Apulia eorum imperio paruit. Sic in Themat. Constant. Porphyrog. l. 2. c. 11. Demum Aemilia et Liguria hoc nomine appellatur ab Alberto Mussato lib. 6. de Gestis Henrici VII. c. 14."

(247) *Pag*. 349. *Imperator*. Fridericus secundus, non iste, ad quem ille Cadi legatus ivit. Nam Frider. II. mortuus est a. 1250, et Bibars demum Sultanus Aegypti factus est a. 1258.

(248) *Pag*. 351. *Game-el-acsa*. Hoc est illud quod Marinus Sanutus pag. 213 *templum domini* appellat, ubi de his *treugis* et expeditione Friderici II ample disserit, et Malec al-Aschrafum *Melec Elassarab* citat. Conf. etiam Hist. S. Ludovici T. I. p. 462. f.

(249) *Pag*. 351. Richardus de S. Germanico, Friderico secundo faventior, multo lautiores et Christianis honorificentius initas fuisse conditiones ita narrat in Bibl. Sic. Caruf. p. 587. ad A. C. 1229. "Nuncii Soldani et Imperatoris indifferenter ibant hinc inde, tractantes de bono pacis et concordiae. Soldanus vero idem et frater eius, qui vocabatur Sarech [l. Sareph, الاشرف

الاشرف al-Aſchraf] cum innumerabili exercitu iuxta Gazeram iacebant ad unam diaetam, et Soldanus Damaſcenus cum ſuo magno exercitu erat apud Neapolin, per unam ſimiliter diaetam diſtans ab exercitu Chriſtiano. Et dum de reſtitutione tractaretur Terrae Sanctae, Dom. Ieſus Chriſtus ſic ordinavit, quod Soldanus reſtituit S. Hieruſalem ipſi Imperatori et Chriſtianis, cum omnibus tenimentis ſuis, excepto quod templum Domini debet eſſe in cuſtodia Saracenorum, quia diu conſueverant orare ibidem, et ut liberum introitum et exitum habeant illuc accedentes orationis cauſſa — villam etiam, quae dicitur ad S. Georgium, et caſalia, quae ſunt ex utraque parte viae atque [leg. usque] Hieruſalem, Bethleem quoque et caſalia, quae ſunt inter ipſam et Hieruſalem, reſtituit. Nazareth etiam cum ſuis tenimentis, et cum caſalibus, quae ſunt inter Accon et Nazareth — et caſtrum Zorontis [l. Turonis] — nec non civitatem Sidonis, cum tota planitie, quae attinet; ſed et omnes terras, quas Chriſtiani tempore pacis habebant et in pace tenebant. Licebit autem Imperatori et Chriſtianis ex pacto reaedificare civitatem ſanctam Hieruſalem in muris et turribus, caſtrum Ioppen et caſtrum Caeſareae, Montem fortem, et Caſtrum novum quod firmari coeptum eſt hoc anno in Montanis. Veriſimile etiam videtur, quod ſi tunc Imperator cum gratia et pace Romanae eccleſiae tranſiſſet, longe melius et efficacius proſperatum fuiſſet negotium terrae ſanctae." Conf. idem Chronicon p. 591. ubi memorantur qui pactioni interfuerunt et ſubſcripſerunt. Et Excerpta ex Conrado Vrſpergente, p. 972. b. et Epiſtola ipſius Friderici ad Henricum Angliae regem ex Matthia Pariſino excerpta, ib. p. 1022. ſane memorabilis, ſi ab ipſo vel eius ſecretario profecta ſit.

(250) *Pag.* 351. *ipſum exoſum efficere.* Id ipſum in Italia faciebant erga Fridericum Papa et clerici, pacem illam, ſatis honorificam Chriſtianis, pro indecora et damnoſa cum Saracenis colluſione infamantes. "Fridericus (verba ſunt Monachi Butſchauienſis in Chronico Citizenſe p. 800.) in Syriam tranſiens anno Domini MCCXXXIV cum maximo Aegypti principe quem Soldanum nominant, conventiones fecit, in quibus plura conſenſit Chriſtianiſmum minus decentia; poſtque Soldano conſentiente Hieruſalem ingreſſus in ea coronatur. Verum confoederationem iſtam Friderici cum Soldano cru-

cis inimico factam Romanus pontifex moleſtiſſime tulit. Proinde omni ſagacitate ac induſtria et conamine ſategit quomodo ipſum Fridericum imperio privare poſſet omnino." Bellum nempe trahi volebant Papae, non confici; quorum hoc ipſis valde damnoſum, illud inprimis utile erat. Ideoque vel lautiſſimas cum Saracenis conditiones vetabant iniri, et foedera pacta ſua rumpebant auctoritate.

(251) *Pag.* 351. Vid. ad a. 597 et 636.

(252) *Pag.* 351. Vid. ad a. 246 et Elmac. p. 134. ubi hic idem verſus citatur, Erpenio ſic interpretante: *ſpeculatur in verſibus Alcoranicis* cet.

(253) *Pag.* 353. *cedebat Naſer Camelo ſponte ſua.* Non quidem ſponte ſua, ut ego quidem crediderim, ſed ita doctus a quibusdam, qui ſciebant Camelum eam arcem appetere, et niſi accipiat novi belli anſam ſumturum et reliqua data forte ſimul ademturum eſſe.

(254) *Pag.* 357. *mittebat ſuum ſignum.* علامته ſuum ſignum, characterem, notam peculiarum, quale principes orientales uti ſolent in principio ſuarum litterarum, monogrammum; vel et typum armorum. Nam quominus pro ſigillo accipiamus, vetat quod potius, id ſi voluiſſet, خاتمه dixiſſet.

(255) *Pag.* 361. *Colaib cum ſuo Vajel.* Eſt alluſio ad Hema Vajel, de quo vid. Pocockii Spec. Hiſt. Arab. p. 81. 82. Comparat ipſum, dominum, et eius milites leonum ſilvae. Agedum, emendemus data occaſione locum Elmacini corruptum, in quo Colaibi huius mentio fit. Memorabilis et ſcita eſt, quae ibi narratur, hiſtoriola. Recenſet nempe portenta Amino paullo antequam regno et vita excideret, oblata, triſtia et horrenda. Voluerat moerorem vino et pſaltriae cantu diſſipare; iubebatque illam laetos et exhilarantes modos canere. Illa vero tanquam non noſſet niſi triſtia, neque poſſet per fatalem neceſſitatem alia canere, canebat inter reliqua etiam hoc apoſpaſmation فغنت شعرا للنابغة الجعدي *Nabigae Gaditae* (ſic leg.) de quo vid. ad ann. 36.

كليب لعمري كان اكثر ناصر وايسر ذنبا ضرج بالدم

"Coleib, ita vivam, etiamſi multo plures haberet adiutores et denfenſores, quam

quam tu, et multo leviora peccasset, quam tu, sanguine tamen perfusus fuit [et ferro cecidit]."

(256) *Pag.* 365. *in Scharaf.* Hoc est in edito. Videtur nomen loci vel regionis apud Damascum esse. Vid. ad ann. 646.

(257) *Pag.* 367. Haec est illa expeditio, de qua satis confuse (quod in eius aetatis scriptore mirum non est) narrat Geuffraeus in *Aula Turcica* p. 135. "Quaedam gens Corasminorum, (quos historici expeditionem Godefridi Bilionaei describentes brevi temporis spatio exstinctos appellant *Hoarmins*, Latini quidam historici *Grossiones* vocant) domino electo, qui vocabatur *Ialaoddinus*, (quasi diceres donum aut gratiam dei, aut a deo datum) Turcas in minore Asia degentes invaserunt. Sed Solthanus Turquiae nomine Aladinus eos magno praelio fudit, in quo interfectus est Ialaoddinus eorum rex. E fuga vero salvi se recollegerunt in planicie Rohaitz" cet. De Chorasminorum desolatione vid. deinceps.

(258) *Pag.* 369. Herbel. p. 372. b. ult. "Il devint si eperdument amoureux d'une de ses esclaves."

(259) *Pag.* 371. *terram osculatur.* "Il fait son treshumble compliment (ou respect) à V. Majesté." Est enim mos orientalium coram augusto, aut coram altero, qui eius nomine mandata refert, terram osculandi, *προσκυνεῖν*. Wilh. Tyr. XIX. 18. — "pro more consuetam domino exhibens reverentiam semel et secundo humi prostratus, quasi numini debitum cultum et quoddam adorationis genus, coepit supplex impendere; tertio iterum prostratus ad terram, gladium, quem de collo gerebat suspensum, deposuit; et ecce contractis mira velocitate velariis — apparuit *Chalyfa*" cet.

(260) *Pag.* 373. *Uzlag Schah.* Hunc *Imlag Schahum* appellat Herbelotus p. 613. a. sed non uno vitio laborat ille locus; ita منكبرني *Mankbernium* appellat سكري *Sekri;* et genealogia Chovarezimschahorum ibi tradita perquam turbata est et ridicula. Quod non in optimi viri dictum sit ignominiam; cui non licuit opus suum perficere; et qui alibi meliora et recta perhibet.

(261) *Pag.* 373. "Ils faisoient monter la guarde devant eux cinq fois par jour, avec la musique militaire." Herbel. p. 613. a. fine articuli, hunc locum sic vertit, non satis accurate, ut potest e nostra versione intelligi. "Ces quatre enfants joints au Sultan leur père avoient chacun leur garde, que les Mahometans distribuent ordinairement au cinqs heures qui sont destinées chez eux à la priére; en sorte que les quatre freres faisoient chacun leur garde pendant le jour après que le Sultan avoit fait la sienne au lever du soleil. C'est cette premiere garde ou veille qui porte le nom d'Alexandre le grand, et dans laquelle l'on comptoit 27 rois ou princes, qui étoient tous tributaires de ce Sultan." Aliter accepit et vertit Petit de la Croix in Hist. Genk. p. 163. Apponamus et huius interpretationem, quo conferri cum nostra queat, et pateat saltim, si quid erravi, locum difficilem fuisse ideoque ab interpretibus vexatum. "Mehemed faisoit ordinairement battre le tambour à la porte de son palais cinque fois par jour aux heures de la priére, suivant la coutume des autres princes Mahometans. Après qu'il eut conquis la Corassane — il devint si orgueilleux, que, pour se distinguer, au mépris même de sa religion, il fit changer cette coutume, ou plutot cette ceremonie, et voulant persuader à ses gens de guerre, qu'il se proposoit d'imiter Alexandre, il ordonna au Capitaine de ses Gardes, de ne plus faire battre le tambour que le soir et le matin: mais il augmenta le nombre des tambours jusqu'à vingt-sept, et outre, qu'on les bâtoit avec des batons couverts de pierres precieuses, ils étoient batus par vingt-sept Cans ou Princes souverains." Videtur in quibusdam nugari.

(262) *Pag.* 373. *Nauba du'l-Carnain.* Hoc est *istius cum duobus angulis.* Forte Du'l-Carnain (de quo tam multa fabulosa narrantur, quisquis ille tandem fuerit) dictus fuit ita ex eo quod apud utrumque diei vel coeli angulum, hoc est mane et vesperae curaret tympana et tubas coram se pulsari.

(263) *Pag.* 373. *a Togrilo, filio Arslani.* Atqui Tacasch, pater Muhammedis, iam dudum hunc Togrilum sustulerat. Vid. ad ann. 590. Forte itaque leg. *a filio Togrili, filii Arslani.* Sane Hist. Genk. pag. 308 ait Togrili filium hactenus a Muhammede captivum in aula sua detentum,

post

post ipsius mortem a Torcan Chatun peremtum fuisse una cum aliis captivis regii sanguinis, et inter eos quoque Tarmedae quondam dominum *Baharamschahum* (vid. p. 328.) quem Noster *Malec Sangarum* appellat.

(264) *Pag.* 375. Tribus haec *la Tribu des Kanliks* appellatur in gallica versione Historiae Tatarorum Genealogicae p. 86 sqq. qui locus meretur conferri. Anuschtekinum appellat ibi *Vigisch Chanum*, et p. 124 memorabilia quaedam de ipsius bellis habet, quae alibi nuspiam invenias.

(265) *Pag.* 377. *Torcan Chatun.* De ista femina conferri meretur Hist. Genkizch. p. 306 sqq.

(266) *Pag.* 377. ***Azdahan.*** ازدهن Sed Hist. Genk. p. 297 et sqq. semper اردهن *Ardahan*, cum uno tantum puncto. Vid. Indic. Geogr. — Herbel. p. 612. b. *Ilal* appellat.

(267) *Pag.* 379. *Gavisch.* Vox Turcica, vulgo *Chiausch* vel *Tschausch* pronunciatur, notat viatorem, statorem, apparitorem, famulum aulicum, quo ad mandata regia deferenda, missiones et commissiones peragendas, utuntur.

(268) *Pag.* 379. Id non metaphorice, aut ex sublimi orientalium loquendi more intelligendum, sed ad litteram. Nam revera terram osculantur qui orientales principes coram venerantur, ut iam constat ex superioribus et ex sequentibus constabit pluribus exemplis. Addison II. 4. "Wenn sie vor seiner königlichen Person erscheinen, beugen sie ihren Leib biss zur Erden und sagen *Sallam Allig Allah Ensoruk Muley* [سلام عليك الله انصرك مولي] — und diese Worte werden andächtig bey jedem Schritt wiederhohlet. Und wenn sie eine Bitte mitbringen, so küssen sie die Erde, bevor sie ihm dieselbe überreichen."

(269) *Pag.* 379. ***Gandar.*** Qualis hic fuerit officialis mihi non constat. Est vox Turcica, et vox *dar* his subiuncta, notat praefectum vel curatorem eius rei quam vox praeposita notat. In Meninskio non exstat haec vox, ut fere pleraeque omnes Turcicae quae apud Abulfedam nostrum leguntur.

(270) *Pag.* 379. *Signum Selicdari arcus.* Simile quid reperio in Itinerario de la Roque in Arabiam felicem p. 165. ubi memorat unum aliquem regis Iamanici officialem, qui "portava per contraſegno della ſua autorita una piccola ſcure col manico d'argento alla ſua cintura, o alla ſella del ſuo cavallo." Videtur *Selicdar* fuiſſe.

(271) *Pag.* 381. *Miſineh.* Apud Meninſkium exſtat مسين *miſin* et مسينه *miſine*, vox Perſica, aeneus, ex aere factum quidvis. Hinc coniicio pelvim aeneam hic deſignari.

(272) *Pag.* 381. *Hemdar.* حمدار Paullo poſt recurrit جمدار cum puncto. Neutrum exſtat apud Meninſkium. Si eſſet حملدار *Hemldar* poſſet praefectum oneribus, et iumentis onerariis et impedimentis notare.

(273) *Pag.* 383. Vid. hac de re Hiſt. Genk. p. 409. Herb. p. 373. a. ſed quod ibi ait, natum ea occaſione fuiſſe proverbium عش رجبا ترى عجبا "vivez jusqu'au mois de Regeb, et vous verrez des choſes extraordinaires," fabella eſt, quam hauſit ex ſcriptore antiquitatis ignaro. Nam Meidanius, qui anno 518 obiit, iam attulit in ſua Proverbiorum collectione, et Muhammede antiquius perhibet.

(274) *Pag.* 383. Vxores principum et totum gynaeceum absque miſericordia trucidandi, quando periculum eſt ne ab hoſte capiantur, mos ſolitus et notus in oriente eſt; ut paret ex della Valle, qui III. Itin. 23. p. 114. "Men antwoorde hierop, ait, dat de wyfen des Conings (*Schah Abbaſi primi*) wel by hem bleeven; maer dat de gelubden ook laſt hadden om hen alle, zo de ſaak tot vluchten uytviel, volgens de gewoonte te doden, eh 't hooft af te houwen, om niet levendig in de handen der vyanden te vallen."

(275) *Pag.* 387. Hiſt. Genk. p. 486. "Les Mogols le ſurprirent et pillerent entierement ſon camp. Il s'enfuit a Mahan aux confins d'Azerbijane ou il demeura tout un hiver entier ſans qu'on le reconnut, mais ayant été decouvert, il ſe retira en Curdiſtan ou il fut tué quatre ans après la mort de Genghizcan, par un Curde dans la maiſon d'un de ſes amis ou il s'étoit refugié."

(276) *Pag.* 399. ***Ibn-el-Atir.*** Vid. d'Herbelot pag. 144. a. 145. b. 261. a. et 892. ubi liber ipſi tribuitur *Tohfat al-Agajeb*, et p. 858. a. ubi quod editum eſt vitioſum *Ebrar* ex p. 145. b. corrigendum in *Ebrat*.

(277) *Pag.* 399. Conf. d'Herb. p. 384. b. Sed quod ibi addit de Abu-Eiub Ebn-Maharan, alienum partim et pravum eſt. "Cognominatus fuit, ait, Ahel al-Gezirat." Non recte percepit Arabica verba من اهل الجزيرة quibus ſignificatur, eius viri maiores ex Gezira fuiſſe oriundos, ipſe quamvis Rakkae natus eſſet.

(278) *Pag.* 399. Viſus mihi aliquando fuit hic ille Abd-al-Vahhab, filius Alii, filii Nodari, fakihus, Bagdadicus, eſſe, cuius hos elegantes verſus citat Rihan.

لقد طفت في شرق البلاد وغربها وسيرت خيلي بينها وركابيا ،
فلم ار فيها مثل بغداد منزلا ولم ار مثل دجلة واديا ،
ولا مثل اهليها ارق شمايلا واعذب الفاظا واحلي معانيا ،
وكم قايل لو كان ودك صادقا لبغداد لم ترحل ، فكان جوابيا ،
يقيم الرجال الاغنياء بارضهم وترمي النوي بالمقترين المراميا ،
وما هجروا اوطانهم عن ملالة ولكن حذارا من شمات الاعاديا *

"Circum vagatus ſum in oriente orbis terrarum et in occidente, ſuper equis et camelis.

Sed nuspiam vidi locum habitabilem et habitatum Bagdado ſimilem, neque fluvium ſimilem Tigridi.

Neque cives, tam, quam Bagdadici, elegantes et politos morum, ſuaves ſermonis, dulces et comptos conceptuum.

Sed obiiciat mihi forte quis, quare tamen exceſſiſti Bagdado, ſi eam revera ita amas, ut videri vis? Cui reſpondeo:

Divites hominum manent in patria. Quibus autem anguſta domi res eſt, illos exſilium huc illuc iactat.

Lares illi ſuos non prae taedio et odio eorum fugiunt, ſed ne hoſtibus ſuis riſus et gaudia faciant."

Sed deprehendi deinceps opinionis falſum me fuiſſe. Hic enim poëta iam

anno

anno 422 obiit Misrae, ut ex Rihano didici. Nolui tamen scripta dele-re, quod crederem versus illos non displicituros esse, etiamsi huc non pertinerent.

(279) *Pag.* 401. Implet opus نحو ثلاثة وعشرين مجلدا propemodum *tria et triginta volumina,* ut ait Noster in praefatione. Emendandus itaque d'Herb. p. 246. b. qui 13 habet. Habuit, aut certe visus sibi fuit habere in suo codice وعشر pro وعشرين

(280) *Pag.* 401. Vid. d'Herb. pag. 117. a. voce *Ansab Al Samani,* ubi commissos errores iam supra notavi ad ann. 563. Alio modo aberravit Simon Ockley loco citato pro الانساب *al-Ansab* legens الانسان *al-Insan* (*das Buch des Menschen*) *des Abu-Saïds* — Piget reliqua adscribere. Poterunt ex hoc loco emendari.

(281) *Pag.* 401. Vid. d'Herb. p. 46. b. voce *Aklath*, in quo tamen articulo recte omnia non habent, ut illud Selgukidas Romanos eam urbem paullo plus quam saeculum tenuisse. Pag. 240. a. memorat eundem casum, sed quod ait Caicobadum una cum Achlata etiam Sarmaraiam Aschrafo eripuisse, id non capio. Certe neque vicina isti urbi haec erat, neque Aschrafo supposita. Quid si *Salmas* voluerit scribere.

(282) *Pag.* 403. *Sovaida.* Videtur tractus esse qui Scriptoribus Passagii *montana Nigra* dicitur.

(283) *Pag.* 407. *Seif-ed-din Ali Amidensis.* Vitam eius habet Abu-Osaiba cap XV. ubi dicit hunc inter alios praeceptorem suum fuisse, et amicum patri suo, et se librum eius *Romuz el-Conuz* sub ipso tractasse. Sed de ipsius fatis in Aegypto nihil habet.

(284) *Pag.* 407. Citat hunc versum, sed absque nomine auctoris, Nuvairius, cum hoe augmento:

كضرائر الحسناء قلن لوجهها حسدا وبغيا انه لدميم ،

"Vt feminae cuiusdam pulchrae in eiusdem mariti thoro sociae de ipsius vultu dicunt, tantum ex invidia et malitia atque furore, turpem eum esse."

(285)

(285) *Pag.* 407. Hoc ideo dicit, quia Damascus propior est Aegypto, et quod ille qui ex Aegypto Hamatam, et tum Damascum it, quasi retro legit vestigia. Damascus enim necessario praetereunda est illis, qui ex Aegypto Hamatam tendunt.

(286) *Pag.* 407. *Saleh Arbelensis.* Nescio sitne idem, an alius, ille qui in Catal. Bibl. Leid. p. 476. n. 1661. memoratur. "Emir Hosam-ed-din Isa fil. Sangari, Arbelita, celeber. nomine Hagerii, poëta." Sane si *Saleh* non sit nomen proprium, sed titulus, *Emir es-Saleh,* nihil video, quod impediat quin iidem sint.

(287) *Pag.* 407. Id quod forte Sultano Romaniae Ala-ed-dino Caicobado copiam faciebat tantas in Cameli territorium strages edendi, quantas memorat d'Herb. p. 240. a. Noster, quod mireris, hac de re silet.

(288) *Pag.* 409. *Baha-ed-din Ibn-Schaddad.* Ille a quo scriptam Saladini vitam celeb. Schultens edidit.

(289) *Pag.* 409. Avum hic volo pro aliquo antecessore, etiamsi remotissimae memoriae, accipi. Nam nomen Schaddad sapit Paganismum Arabicum, ut constat ex illo pagano Arabico poëta et heroë, Antara, filio Schaddadi. Neque alias infrequens erat nomen hoc virile, ut mirer hanc observationem ab Abulfeda profectam fuisse.

(290) *Pag.* 411. Poëta mendicatur honestis verbis, et dicit: "Hoc meum votum *Proficiat tibi* cet. mihi quoque et sacculo meo proficiat." Dicunt Arabes *εξεκαυσε το πυρειον αυτου*, pro *adiuvit, donavit eum aliqua re.* Scilicet considerant latentes in aliquo praeclaras dotes ut fomitem, qui, nisi beneficiis tanquam scintillis immissis, foecundetur, nunquam ignem concipiet. Ceterum est Arabicus, hoc est puerilis lusus in voce زند *Zend* et *Saëd* ساعد Illa prior, *Zend*, notat tam *focile*, quo ignis excutitur, quam *focile* Anatomicorum, seu *radium*; Saëd autem *cubitum.* Hinc frigida argutia.

(291) *Pag.* 413. *lin.* 2. *mores fakirorum — exagitat.* Leo Afric. pag. 232. lib. III. c. 44. "Fuit et alius auctor, dictus Ibn al Farid. Hic omnem illorum [nempe monachorum istorum, quos ibi describit ut flagitiosissimos

fiffimos hypocritas] fidem feftivis verfibus defcripfit, qui allegoriis referti nil aliud quam amores tractare videntur: quam ob rem Elfarganus quidam opus commentario explicuit. — Carminum [Ibn el Faredi] tanta eft venuftas ut huius dogmatis affertores nulla alia fuis in conviviis cantillent et recitent; nam annis abhinc trecentis nemo praeter hunc eam linguam [myfticam, fophicam] magis excoluit."

(292) *Pag.* 413. *verfus me arrepebant fcorpiones.* Dictio proverbialis. Arreptatio fcorpionis eft Arabibus fymbolum ftudii alteri clam nocendi delationibus, aut proditione fecretorum eius. Vid. ad ann. 567, ubi quaedam ex Oneirocritico Vatierano citavi. Hic alia ex eodem dabo p. 196. "S'il fonge, qu'un fcorpion eft entré dans fon ventre, ou dans fa maifon, ou dans fon lit, ou dans fa chemife, il a avec lui un ennemi, qui rapporte aux autres ce qu'il dit, et qui le diffame et le décrie."

(293) *Pag.* 415. Muhammedani credebant prophetam fuum, eiusque maiores et pofteros pariter peculiarem aliquam lucem in fronte radiantem prae fe tuliffe. Hinc illa incredibilis eorum erga Chalifas veneratio. Inde quoqne Divanum [feu fuprema curia] Bagdadi appellatum fuit Divan en-Nabuvi, feu divanum propheticum in Vit. Salad.

(294) *Pag.* 417. *Vnus dat.* Videtur *uno Azizo* Deum defignare. Certe inter centum nomina quibus Muhammedani deum decorant, eft etiam nomen Azizi. In Corano quoque faepiffime legitur de deo, *al-Aziz al-Hakim, potens, fapiens.* Mallem tamen de Togtekino interpretari, fi noffem eum hunc titulum aeque geffiffe, atque geffit ipfius filius. Vid. ad a. 595.

(295) *Pag.* 421. *equi eius ftragulam — portarent.* Vel tegumentum ephippii, plerumque coriaceum, quod tollitur quum equus confcenditur. Eft regale, baiulatio talis tegumenti. Saepe recurret deinceps. Quo autem melius intelligatur, apponam appofita duo loca, ex della Valle unum et alterum ex Leone Africano. Hic III. 53. p. 250 proceffionem regis Feffani defcribens fic ait: "Regem nonnulli praecedunt, qui diverfas habent functiones; hic regium enfem, ille fcutum, ille vero baliftam portat. Vtrinque ftipatores incedunt, quorum alius ftapedes, alius regis iaculum, alius ephippii ftragu-

ſtragulum, alius equi fert capiſtrum; ubi regem ex equo deſcendiſſe vident mox ephippium ſtragulo contegunt." — Rationem vero quare ſtragulam vel tegumentum inſternant ephippio poſtquam princeps equo deſcenderit, non antea, eam dat della Valle I. 13. p. 47. "Zoo haaſt de groote Heer van zyn paert in 't portael van de kerke trad, daer niemand als hy te paert intreden mag, ſprong een der Chiaous, die naeſt hem waren, de welken gelyk onze loopers te Romen zyn, op dit paert, 't welk hy daer in veel keeren dee doen — Men zou 't by ons zeer quaclyk nemen, dat een knecht in een openpare plechtelykheit op zynes meeſters paert ſprong, maer dit is de Conſtantinopelen een gewoonte geworden. Ja de knechte der onbeampte lieden mogen de paerden van hun meeſters te beryden, zoo haeſt zy hun voet uyt de ſtegelreep hebben gezet. Doch zy leggen uyt eerbiedigheit een kleetje, dat zy onder d' arm dragen, derwyl hun meeſters te paert zyn, op de zadel." Haec eſt illa Gaſchiia, vel operculum, de quo Noſter memorat.

(296) *Pag.* 421. *Caicobad — vita exceſſerat.* Herbelotus p. 83. a. mortem eius ad ann. 636 refert, nempe auctore Chondemiro, ut patet ex pag. 240. a. ubi diſcrimen auctorum in numeris memorat, et violentam ei mortem, veneno nempe acceleratam, fuiſſe [conf. Abulfarag. ex ed. Kirſchii pag. 312.]

(297) *Pag.* 429. Propterea *dominum Mahubet* illum appellat Marinus Sanutus p. 215. et alibi. *Mahulbeth* vitioſa ſcriptio eſt pro *Mahulbech,* ut iſto tempore pronunciabant. Litteram *B* cum *M* permutabant; *Ain* per *H* efferebant, et *ch* Italorum idem eſt cum noſtro *k*. Locum hunc ſic reddit d'Herb. p. 246. a. "il reçut en echange de la principauté de Damas les villes de Baalbek, de Bekaah, et de Boſra."

(298) *Pag.* 429. Nepos erat hic Ioſeph, eius Ibn-el-Guzii, de quo ad ann. 597 dixi; ubi vid. item ad ann. 626.

(299) *Pag.* 429. Videtur ab hac legatione diverſa eſſe illa quam memorat Marai, dicens Moſtanſerum eundem Ioſephum ad Camelum magno cum diplomate miſiſſe, quo inveſtituram regni ipſi dederit. Videtur id ſtatim ſub initium ſui Chalifatus anno 623 feciſſe et ille mos novorum Chali-

ſarum fuiſſe, ut veteres principes, quaſi ſuos vaſallos, in ſuis regnis per miſſa diplomata confirmarent, ſimulque ea ratione ingentia et ſplendida dona veluti tributa, acciperent.

(300) *Pag.* 433. *Malet el-Gavvad.* Hic eſt ille quem Marinus Sanutus Torſellus p. 215 *Ioheth* [vel potius *Iobeth*, illud *I* more Italico pronunciandum) nepotem Saladini appellat.

(301) *Pag.* 435. *Nauras.* الناعور et in plurali النواعير. *Anorias* appellat Teixeira p. 110. Memorat has molas Hamatenas della Valle II. 4. pag. 16. "Ik zag ook, ait, deze groote honte raden van de welke Belon [Bellonius in Obſerv.] gewag maekt; door welker middel men 't water van de vloet in grachten brengt die 't vervolgens deur de hiele ſtadt verſpreiden." Frequentes tales rotae ſunt in Euphrate, quarum formam et uſum egregie tradit Rauchwolff II. c. 6. p 571.

(302) *Pag.* 439. *immittebat ipſi Emad-ed-dinum.* Atqui ſupra dixerat, illum eundem Damaſci remanſiſſe. Probabile itaque fit ipſum poſt aliquod exactum Damaſci tempus Miſram, et nunc demum Damaſcum remeaſſe.

(303) *Pag.* 443. *Saad-ed dinum Damaſcenum.* Vitam eius habet Abu-Oſaiba cap. XV. verſus finem libri; unde patet virum probum et religioſum, ſed ſimplicem et ſuperſtitioſum fuiſſe. Narrat enim inter alia ipſum conſuevisſe per menſem Ramadan totos dies in templo exigere, et ne verbum quidem hiſcere, quod genus aliquod eſt ſanctimoniae. Porro narrat, patrem eius, Movaffec-ed-dinum Abd al-Azizum, achiatrum Malec el-Adeli fuiſſe; hunc ipſum idem officium ſucceſſive apud Malec el-Aſchrafum, dein apud eius fratrem Camelum obtinuiſſe. De Saleho Eiubo non memorat. Natum fuiſſe anno 583, obiiſſe anno 644.

(304) *Pag.* 447. Conf. cap. 15. Part. XI. Marini Sanuti Torſelli, quod totum ex hoc Abulfedae loco mire poteſt illuſtrari. Nam alias per ſe nequit intelligi obſcurus ille et ſemibarbarus auctor.

(305) *Pag.* 449. *levi negotio.* Non ergo commiſſo praelio, ut perhibet auctor Hiſt. S. Ludovici T. I. p. 404.

(306)

(306) *Pag.* 451. Maximae nempe religionis et fiduciae reputantur ea pacta, quae apud lapidem et in *fano petrae* Hierosolymis iurantur. Lapis autem, es-Sachra per eminentiam dictus, ille reputatur esse, super quo dormiens Iacob in Betel vidit angelos ex coelo descendentes et ascendentes. Vid. Elmac. p. 28. Geogr. Nub. p. 130. (ubi, quod liceat in transitu notare, pro voce الراوية in istis يسكنها الجيل المعروفون بالراوية substituendum الداوية *Templarii*) item Wilhelm. Tyr. VIII. 3. pag. 748. Golius ad Alfergan. pag. 137. qui locus potissimum huc facit. "Prae ceteris excellit قبة الصخرة *fornicatum Petrae fanum*, in media [templi maioris, Masgad el-Acsa, seu oratorium excelsissimum dicti] area, quae septem supra reliquam cubitis assurgit, structum octangulare forma. Ibi enim *Petra* venerabundis visitur cancellato dirempta septo, ad quam preces fundere, et in magnis rebus iurare sollemnis mos est." Huius moris exemplum apud Baha-ed-dinum exstat in Vita Saladini, p. 235. lin. 17. "Itaque consultissimum, ait, autumo, ut ad sacrum lapidem congregati coniuremus in mortem." Discimus ex eodem auctore p. 265. cap. 174 Hierosolymis excedere instituentes apud illam Petram prius preces pro laeto sui itineris et coeptorum exitu fundere; et ex cap. 175. p. 268 intelligimus, interdum, si principes supremi Hierosolymis agerent, vasallis apud illam Petram tributam fuisse investituram, quo maior actui accederet auctoritas, veneratio, et religio, et quo firmius vasalli suis superioribus adstringerentur. Iuvat hic loci Leunclavii errorem notasse, qui Pandect. n. 210. multa quidem erudita et ipso digna de Cubbat as-Sachra et Masgad al-Acsa habet, sed Turcice quam Arabice doctior hoc quidem posterius nomen, quod effert *Messit axa*, interpretatur *Messita alba*, confundens اقصى *Acsa*, vocem Arabicam, cum *Akge* اقجه voce Turcica; alteram autem, quam more Turcico effert *Cubei Sahara* aut *Sehara*, *templum reddit in spatiosa area situm*, confundens vocem صخرة *Sachra*, *saxum*, cum voce صحرة aut ساهرة *Sahera*. Cantem. I. pag. 296. rationem, ob quam Turcae lapidem illum tanti faciant, diversam ab ea quam supra dedi, tradit, et multa simul fabulosa. Scilicet putare Turcas, Muhammedem in equo suo Boraco ex illo lapide in coelum ascendisse, et equum ipsi soleam suam impressisse.

(307) *Pag.* 451. Adeli mater nempe diverſa erat a matre Eiubi. Plerumque cauſſa bellorum inter fratres orientales fuit haec matrum diverſitas.

(308) *Pag.* 453. *Mamluki.* Obſcurum eſt cuius in caſtris fuerint illi mamluki, Aegyptii, an Eiubi. In Arabico enim eſt tantum hoc: "Quum ecce equitabat turma mamlucorum Aſchraficorum — et cingebat praetorium Adeli." Videntur huius ipſius milites fuiſſe. Id quod ex dictis ad a. 638 clare patet. Forte notat dictio *equitabat* tantundem atque hoc Gallicum: *lors qu'ils devoient monter la garde.* Conf. locus ſimilis initio a. 696.

(309) *Pag.* 455. *redituum legitimorum.* Quos attingere, exigere, percipere licet principi. Nam alii ſunt *Haram*, ſacri reditus, inviolabiles, ut legata in pios uſus.

(310) *Pag.* 457. Aliter narrat Abu-Oſaiba, in Vita Zain-ed-dini Hafetici: nempe "poſt obitum, ait, Malec el-Hafeti Nur-ed-dini Arſlanſchahi, filii Abu-Becri [Malec el-Adeli], filii Eiubi, domini Calaat Gabar, accipiebat Malec en-Naſer Ioſeph, Halebi dominus, eam arcem poſt multas tractationes, et Zain-ed-din Hafeticus, qui tum intus erat [ut capellanus, quemadmodum videtur] tranſibat Halebum, ubi propter hoc beneficium magna in gratia et honore penes Ioſephum erat, qui etiam eum deinceps ad Tatarorum principem ut legatum mittebat." Vid. ad a. 659.

(311) *Pag.* 457. *Chovarezmici.* Sacri belli ſcriptores valde contra hos declamant. Vid. Fuller. IV. c. 9. pag. 183. "the Coraſines, called by ſome Choermines, and Groiſſoms a fierce and warlike people — march to Ieruſalem, which was taken without reſiſtance" ex Matth. Pariſin. Conf. Appendix ad Gaufred. Monach. p. 252. A. C. 1241: "inſiluerunt Chriſtianos qui habitabant Ieruſalem et ceperunt illos, et captivos duxerunt. Et in eodem bello fuit mortuus ille Perfectus Epiſcopus S. Georgii de Rama et Dominus Guaterius de Breta, dominus Ioppen."

(312) *Pag.* 459. Tenendum, Raccam in Euphratis oriente, Roſafam et Seffeinam in occidente ſitas eſſe.

(318) *Pag.* 463. الوجه القبلي. Hoc neſcio quid ſit, neque ſimile alicubi reperii: ad verbum eſt *et faciem Keblicam*, vel *tractum auſtralem.* Nihil

Nihil inveni aptius, quam verba notare, quod Eiub istum Azz-ed-dinum praefecerit, ut Cadium non tantum Misrae urbi, sed et tractui Aegypti australi; quamvis laboret et haec explicatio suis difficultatibus. Nam insuetum est Arabice dicere الوجه القبلي pro الجهة القبلية et pro superiore australe Aegypto potius dixisset *as-Said* consueta appellatione. Neque novi unquam seiunctum fuisse Saidi seu Thebaidis inspectionem a munere Cadii Misrensis. Adversus priorem obiectionem afferri possit locus memorabilis Vanslebii p. 20. "Said, ait, en Arabe veut dire un lieu ou pays plus haut et plus elevé qu'un autre. C'est pourquoi l'Egypte superieure étant plus haute et plus superieure que l'inferieure, elle porte ce nom de haute. Les Arabes la nomment encore *Vogh il Ard*, *ou la face du pays* [وجه الارض] étant à l'egard du Caire située vers le midi, ou les *Hogias* ou *prétres* Mahometans tournent toujours leur face" cet. — Rem conficit et omne dubium tollit eiusdem locus pag. 297. ubi ait viam quae ad monasterium S. Antonii Eremitae ducit الطريق القبلي *viam Keblicam* appellari. Situm autem est illud monasterium versus Thebaidem ad orientem Nili. Fuit igitur *el-Vag el-Kebli* tractus Aegypti meridionalis orientalis, et forte in specie ille solus, qui Nilo ad orientem situs est.

(314) *Pag.* 463. Hunc Azz-ed-dinum ut hominem sanctam et *θαυματουργον* pingit Marai, dicens. "Eiubi diebus adveniebat Misram Schaich Azz-ed-din, filius Abd es-Sallami, et iubebat [in magna fisci Sultanici penuria] ut Emiri [duces primi ordinis], et ceteri magnates aulae venderentur [hoc est semetipsos Sultano venderent pro certa pecunia, quam si solverint Sultano, liberi deinceps sint]. Sultanus quidem blandis verbis et remonstrationibus tentabat aliquoties eum ab eo consilio avertere. Sed frustra erat. Azz-ed-din perstabat in sententia sua. Naieb es-Sultanat ergo [seu vicarius Sultani, qui tum erat] irruebat cum turba sua in tentorium Doctoris (nam in castris degebant) nudo cum gladio, trucidaturus ipsum. Sed vix adspexerat ipsum Schaich [seu Doctor] quum hebescebat et arescebat eius manus, et attoniti confusique haerebant praesentes, et resipiscebant a pertinacia sua, et redimebant semetipsos carissimo pretio, in commodum fisci. Alia eidem Schaicho multa negotia cum Sultano fuerunt, quae recensere longum foret.

Tandem

Tandem abdicabat se sponte sua suis muniis omnibus, et frequentabat actoasin [يتعصم السماع] collegium in quo traditiones propheticae docentur,] et [ibi] tripudiabat, atque in gyros multos variosque circumcurrebat [vid. Ricaut Hist. Imp. Ottom. II. 13. p. 338.] تواجد ut prae amore dei extra se raptus et mentis impos. Vt possit deo placere ut possit ipse eiusque similes nobis apud deum intercessione sua prodesse." Haec theologus Muhammedanus. Conferat qui vult cum aliis. Idem auctor huic Santoni eiusque praesentiae et devotionibus imputat victoriam quam Malec el-Moattam Turanschah de Ludovico Sancto reportavit. Vid. ad ann. 648.

(315) *Pag.* 463. Est ergo Schakif eadem arx quam Latini nostri Cruciatarum enarratores *Belfort*, item *Belveir* appellant. Patet ex Marino Sanuto XI. 15. p. 215. ubi hanc historiam narrat his verbis. "Soldanus Damasci petiit a Christianis anno 1240, et impetravit treugas sub hac forma. Ex pacto enim reddidit Christianis castrum *Belfort*, et castrum *Saphet* et totum territorium Ierosolymitanum; ipsi vero sine eo vel eius consensu cum Soldano Babyloniae treugas facere non deberent, sed cum contra illum iuvarent" cet. Hic quidem noster nihil memorat de Hierosolyma tradita, sed ad ann. 641 dicit.

(316) *Pag.* 463. *Mocaddamah.* Alias celebratur magis sub Cafiae nomine, et sub eo edita est Arabice Romae. Vid. d'Herb. p. 232. a. 419. a. 541. b. Raud ait auctorem natum anno 600 vixisse primum Halebi, dein Damasci, et ibidem obiisse anno 672. Scripsisse, praeter Cafiam, Schafiam, et Idah, qui sit commentarius in Zamachscharii Mofassalum; item al-Mochtasar fi 'l-Osul [vid. Herbel. pag. 323. b.] quem vehementer laudat. Conf. Herbel. pag. 644. b. ubi huius viri *Motawwalum* memorat; p. 695. a. ubi eius *Osul;* p. 864. b. ubi eius *Menan al-Cholafai;* modo eiusdem sint. Huc tandem pertineat, an alio, ille Ibn-Hageb, qui pag. 954. b. memoratur, non dixerim.

(317) *Pag.* 467. *Atir-ed-din Abharensis.* Vid. d'Herb. pag. 11. a. 145. b. et 441. b. sed quod ait p. 11. eum fuisse patrem eius Saad-ed-dini, qui Vezirus fuerit apud Sultanum Alischahum, filium Tagaschi, suspectum

id

id erroris eſt, neque cum ratione temporum conſiſtit. Vid. pag. 728. b. Quod autem eum p. 441 *Ebn-Atir* appellat, etiam id pravum. Nam *Atir-ed-din* eſt, non *Ebn-Atir*.

(318) *Pag.* 467. Orientales magiſtri non praelegunt auditoribus ſcientias aut libros, quos tractant, ſed hi praelegunt illis, et examinantur ab illis, aut interrogant magiſtros, ubi auctorem ſuum non intelligunt. Hinc illa frequentiſſima phraſis قرأ عليه *Hic* vel *ille legit ſuper* [hoc eſt coram] *hoc* vel *illo magiſtro hunc* vel *illum librum*, hanc vel illam ſcientiam, hoc eſt navavit ſub eo huic rei operam. "Profeſſore lectioni parato (verba ſunt Leonis Africani III. 24.) ex auditoribus quisquam textum praelegit; cui poſtea praelector [hoc eſt profeſſor, doctor] commentum addit atque locorum obſcuriorum interpretationem aliquam. Solent etiam interdum praeſente praelectore diſcipuli inter ſe lectionibus certare."

(319) *Pag.* 467. Non recte locum hunc accepit d'Herb. p. 956. a. (lin. 9.) "ſes [Calam-ed-dini], principaux maitres furent Atir-ed-din Abheri et Taki-ed-din Ben-Salah, que Schams-ed-din Ben-Khalecan dit voir vû lui donner des leçons."

(320) *Pag.* 473. *Gaiat-ed-dini.* Hic eſt ille *Guiatadin* de quo narrat Marin. Sanut. pag. 235. c. p. 236. "Magno, ait, igitur congregato exercitu obviam Tartaris perrexit et commiſſo bello MCCXLIV ſuperatus eſt." Et procul dubio haec eſt illa pugna quam deſcribit Georgius Acropolita cap. LXV. pag. 76.

(321) *Pag.* 473. Conf. Georg. Acrop. cap. LXIX. p. 79. Saad-ed-din ex Bradutti interpretatione p. 6. "L'anno 636 eſſendo morto il Rè Alladino Chiei Cubad, figliuolo di Chiei Huſrev Selgiuch, e ſucceduto al Regno di Romania Chiei Huſrev, queſto venendo vinto con ſettenta mila ſuoi da quaranta mila combattenti di Mogol, il regno Selgiuchiano perſe il ſuo decoro e riſpetto e il regno di Romania pervenne in poter di Muguliani reſtando una bagetella in mano de Selgiuchiani."

(322) *Pag.* 475. *Hageb.* Graeci *εισαγγελον* appellent, aut *τον επι των παραπετασματων και της εισοδου.*

(323) *Pag.* 475. Locum hunc expreſſit d'Herb. p. 269. b. ubi etiam qualis illa Petra fuerit exponit.

(324) *Pag.* 477. Mar. Sanut. III. p. XII. 1. p. 217. "Bellatur acriter, ſed non diu. Damaſcenis enim terga dantibus, Chriſtianorum vix quarta pars evadere potuit, omnibus aliis mortuis vel captis." Relegendus eſt totus locus, quem adſcribere non vacat. Quem *Soldanum Calamele* appellat, is eſt noſter Emeſſenus, Manſur Ibrahim. Quod Arabes حمص *Hems* illi Franci *Cameſa* pronunciabant; hinc corrupta ſcriptio *Camela*, et multo deterior *Calamela*. Conf. Hiſt. S. Ludovici T. I. p. 405. 408 — 411.

(325) *Pag.* 479. *legatus — ad Chalifam.* Vt ipſi nempe de morte Modaffari et ſucceſſione Manſuri ſignificaret, eiusque confirmationem peteret. Conf. d'Herb. p. 24. b. voce *Aboul Dem*, et p. 781. b. et 870. a. et 975. a. init. ubi pro *Abildemim* ſcribendum eſt aut *Abuldem*, aut *Abuldemmi*, quod perinde eſt.

(326) *Pag.* 481. *Modaffaricum.* Vel *Modferi*, ut Dobelius citat in inſcriptione latinae interpretationis quam ex eo libro fecit, Excerptorum hiſtoriam Siculam ſpectantium; apud Caruſium p. 19. "Excerpta ab Hiſtoria, cui titulus Aſmodferi [leg. Almodferi] compoſita in ſex volumina ab Alcadi Sciohabadin, filio Abiddami Amanienſi conſervata in Bibliotheca Eſcurialenſi."

(327) *Pag.* 483. Paullo aliter Mar. Sanut. III. p. XII. c. 1. p. 218. "Soldanus Babyloniae contra fidem datam Coraſminis, munito Belbeis, paſſum illis praecluſit, ne intrarent Aegyptum, illi vero ab invicem diviſi a terrae cultoribus laeduntur laeduntque, donec intra triennium totaliter de terra depulſi ſunt."

(328) *Pag.* 483. *in Gabal as-Salehiiat.* Hoc eſt in monte Salehicae, urbis, de qua vid. ad ann. 647.

(329) *Pag.* 483. Hinc corrigatur vitioſus numerus apud Herbelotum p. 51. a. "Takieddin, ait, Abu Amru Othman ſurnommé Ebn Salah al Schaharvadi, mort l'an de l'Hegire 243, de J. C. 875." Imo vero A. H. 643, I. C. 1245. Et ſic recte p. 741. b. habet. Vid. ad ann. 639.

(330)

(330) *Pag.* 483. *Schatibensis.* Hic est ille *Schathebi*, cuius nomen d'Herb. pag. 877. a. Mohammed ben Casem perhibet, libri autem titulum تتمة الطرز من ايمة الكنز *Tetemmat al therzi men aïmat al kenzi.* Ita videtur legendum esse. Fateor tamen hunc tilulum mihi perobscurum accidere.

(331) *Pag.* 485. *Ibn-es-Saieg.* Hic est diversus ab illo *Ibnu Saigh*, Almariense, de quo Leo Afric. Vit. Arab. p. 269.

(332) *Pag.* 485. *Barca-Chan.* Hic est ille *Barbacan*, cuius mentio fit in Hist. S. Ludovici T. I. p. 408. et p. 412. ubi de hac pugna narratur.

(333) *Pag.* 491. Non tamen eum ibi mansisse, sed herum in Syriam secutum fuisse constabit e sequentibus.

(334) *Pag.* 491. Marin. Sanut. p. 218. "Soldanus Aegypti coepit Damascum, Camelam quoque [id verum non est] et Mahubeth. Deinde Christianorum terras percurrens castrum quod Tyberiade firmatum erat, et Ascalonem, multasque munitiones — destruxit."

(335) *Pag.* 491. *obiit Adel.* Necatum a fratre Eiubo tradit Marai.

(336) *Pag.* 493. *dominii pacto.* بالولاء, ut accipio, cum Soncor esset mamlucus Adeli, debebant eius opes et familia ad pristini heri haeredes et nepotes devolvi.

(337) *Pag.* 493. *Schalubinensis.* Vid. d'Herb. p. 772. b. qui paene totum hunc locum Gallice dedit. Raud ait eum natum anno 564 apud Sevillam egisse, unde Sevillani quoque nomen accepit, et vulgo appellari ipsum aut eius compendium Grammatices خاتمة انمت النحو *Sigillum quod finem et perfectionem grammaticae imposuerit.*

(338) *Pag.* 493. *Gozvalicam.* الجزولية Supra sub anno 610 erat Gorvalica, الجزولية Vtroque modo scriptum reperitur. Raud expresse iubet جَزَوْلي *Gazauli* scribi, et addit جَزَوْله بطن من البربر "Gazaula est tribus quaedam Barbarica." Leo Africanus *Guzzulam* regionem appellat. De cetero ait Raud, commentarium eum geminum esse, maiorem et minorem.

(339) *Pag.* 493. *Schalubin.* Eſt *Salabrenna* caſtellum mari affuſum, ubi Mauri reges theſauros ſuos aſſervabant, ut ait Schmidius in Not. Revol. Hiſp. p. 120. Forte olim ſcriptum fuit شلربيني *Xalarbini.* Vnde facili errore شلوبيني factum.

(340) *Pag.* 493. *Ibn-Said.* Vid. d'Herb. p. 736. a. ubi tamen fallitur in iſtis, "c'eſt peut-être le même auteur." Nam ille quem Abulfeda citat, eſt *Ali ben Said* ut patet ex pag. 869. b. voce *Tarikh al Moſchrek,* et p. 974. b. voce *Ketab al Garaibat.*

(341) *Pag.* 493. *Mogreb* cet. Citatur etiam paſſim *Motreb*, ut Herbelotus pag. 772. b. voce *Schaloubini*, et pag. 869. b. ubi legitur المرقص والمطرب *al-Morkes va'l-Motreb* (vitioſe dederunt typothetae *Mothred*), et p. 964. a. voce *Ketab al Mathreb.*

(342) *Pag.* 495. *ibat in Syriam.* Atqui iam erat ibi. Abulfeda certe nihil de ipſius e Syria in Aegyptum reditu memorat. Vid. Hiſt. S. Ludovici I. pag. 429.

(343) *Pag.* 497. Vid. d'Herb. p. 98. b. 311. a. 737. a. et Catal. Bibl. Reg. Pariſ. p. 151. n. 491. et 493.

(344) *Pag.* 503. Haithon Armen. p. 52. "Iſte Malec Sala dominabatur in Aegypto tempore illo quo Tatari ſubiugaverunt regnum Cumanorum [Crim]. Et audiens qualiter Tartari pro modico pretio vendebant Cumanos quos ceperant; miſit cum magna ſumma pecuniae per mare mercatores, et fecit emi de iunioribus Cumanis in maxima quantitate, qui fuerunt deportati in Aegyptum. Malec Sala multum dilexit Cumanos, quos emerat, et ipſos fecit cum magna diligentia enutriri et in arte equitandi, ſagittandi, arma tractandi, illos inſtruxit, et magnam gerens fiduciam penes ſe ipſos detinuit, quodammodo omnes alios elongando. Et eo tempore quo B. Ludovicus Rex Francorum bonae memoriae transfretavit, et Chriſtiani nominis amore fuit carceribus mancipatus, praenominati ſervi emptitii Cumani interfecerunt eorum dominum Malec Sala et conſtituerunt quendam ex ipſis, nomine Turquimanum." Poſtrema falſa ſunt.

(345)

(345) *Pag.* 503. Non recte percepit hunc locum d'Herb. p. 741. b. "Ce prince ne parloit en compagnie que pour repondre a ceux qui lui parloient, et jamais en interrogeant." Neque illud ibi recte, quod Eiubi filium *Borhanſchahum* برهانشاه pro تورانشاه *Turanſchaho* appellat. Neque iſtud quod ait de Damiata: "Cette ville étoit demeurée, jusqu'à ce que St. Louis la reprit, entre les mains des Mamelucs, depuis l'an 618." Atqui poſt perditam altera vice Damiatam coeperunt demum Mamluki dominari.

(346) *Pag.* 505. *Cabſch.* Hoc eſt *aries.* Mentionem eius faciet Noſter deinceps aliquoties; fecit quoque Vanſleb p. 414. ubi appellat *le palais dit Calet il Kebſch.* Propius hoc ad Noſtrum accedit, quam quod habet d'Herb. p. 253. b. "on a bati une autre ville nommée Kebaſch entre le vieil et le nouveau Caire." Conſtare tamen poteſt utrumque. Nam circumpoſiti palatio illi vici potuerunt uno eodemque nomine comprehenſi peculiarem quaſi urbem efficere, ut fuit *Bain el-Caſrain* et alia talia.

(347) *Pag.* 505. *Turanſchah.* تورانساه Sic conſtanter omnes, et ipſe quoque Herbel. pag. 896. ſed pag. 741 *Borhanſchah* ſcribit, tamquam برهانشاه aut دورانشاه legiſſet.

(348) *Pag.* 505. *Schagar-ed-Dorr.* *Saiareldor* in Hiſt. S. Ludovici T. I. p. 404. "La femme du Sultan Saleh, une Turque, qu'il avoit achetée, et dont les auteurs Arabes diſent que nulle femme ne l'egaloit en beauté, comme aucun homme ne la ſurpaſſoit en courage. Auſſi ſût elle ſi bien gagner le coeur et l'eſtime de ſon mari, qu'il ne pouvoit vivre ſans la voir, ni rien faire, que par ſon conſeil." Herbel. p. 545. b. per errorem illam matrem Turanſchahi facit, uti et p. 746. a. ſcatet iſta Saladini notitia pudendis erroribus.

(349) *Pag.* 507. Hi ſunt illi duo, quos *Facardini* et *Haſſamedini* nomine citat Hiſt. S. Ludovici I. p. 428. Poſterior male appellatur *Ieſemedin* T. II. p. 27. quaſi جسام non حسام legiſſet. De ipſius patre conf. p. 55.

(350) *Pag.* 507. *aliquis eunuchus.* *Iſmaëlem* appellat Hiſt. S. Ludovici p. 474 "un de ſes ſecretaires, et le plus habile fauſſaire de ſon tems."

(351) *Pag.* 507. "Touran Chah Husn Caffadeh praefectum" ſcribitur in Catal. Bibl. Reg. Pariſ. p. 347. b. init. Converſa iſta ſunt e Turcico ſermone. Et *deh*, in *Caffadeh*, non eſt pars nominis, ſed eſt ſuffixa particula *in* notans: *praefectum in Heſn Caifa* حصن كيفاده والي

(352) *Pag.* 507. *occupabant Harmaſam.* In Arabico eſt نزلوا بحزمساح Facile patet poſtremam litteram puncto ſaltim ſuperius inſigniendam eſſe. Quid ſi legatur بجرمساخ *Garmoſach.* Hoc certe proxime accedit ad Mar. Sanut. *Sarmoſac* p. 218. qui omnino conſulendus. Tenendum pro inepta voce quae ibi exſtat *Deleyr,* legendum eſſe *Decembr.* dies XXII. Decembr. A. C. 1249 incidit in d. 5. menſ. 11. A. F. 647. In Vita S. Ludovici eſt *Charmaſah* p. 475. quae ſcriptionem per ح confirmat. Vt verum tamen fatear, dubium ſemper ſupermanet, an prima littera ب ſit ſervilis an radicalis; ſitne praepoſitio ب *apud*, an conſtituat partem eſſentialem vocis. Nam perinde dicunt Arabes نزلة et نزل Si radicalis ſit, erunt duae voces *Bahr* et *Maſah*, notarentque *fluvium* (vel ramum Nili) *Maſah* dictum.

(353) *Pag.* 507. De Turanſchahi itinere notabilia quaedam habet Hiſt. S. Ludovici T. II. 27.

(354) *Pag.* 509. *Manſura.* Haec eſt quam Mar. Sanut. p. 218 corrupte *Armaſorum* vocat.

(355) *Pag.* 509. *triginta millia.* Totidem numerat Marai, addens haec: "Aderat in caſtris Azz-ed-din filius Abd es-Sallami [magus ille, cuius terribile glaucoma iam vidimus ad a. 638] et ſtabat victoria primum a parte Francorum. Sed Ibn-Abd-es-Sallam, c. d. b. v. dicebat: O ventus, abripe illos; idque aliquoties iterabat, quo facto ventus ſe convertebat ſuper navigia Francorum eaque confringebat, et vectorum plurimos mergebat."

(356) *Pag.* 511. *Fareſcur.* De ſitu loci huius vid. Hiſt. S. Ludovici I. p. 470. Aedificium vel turrim hoc loco erectam ibique exhibitam tragoediam fuſe deſcribit Hiſtoria S. Ludovici T. II. p. 55 ſqq. qui locus omnino conferendus: nam egregie facit ad haec illuſtranda.

(357) *Pag.* 511. Forte necem Turanſchaho id tulit, quod ad imperium ambitioſae huius feminae, Schaggar ed-Dorr, cui regnum dedebat, ſe nolebat componere.

(358) *Pag.* 513. Formulam iſtius Chotbae ſeu precationis habet Marai hanc: "Solebant, ait, e ſuggeſtibus templorum poſt Chalifam ipſi pia vota dicere hac formula: اللهم احفظ الجهة الصالحة [forte الصالحية] ملكة المسلمين وعصمة الدنيا والدين ام خليل "o Deus noſter conſerva maieſtatem bonam piam [vel potius Salehicam] reginam Muſlemorum, et munimentum orbis atque religionis [rei politicae atque ſacrae]." In hoc titulo notanda vox جهة *Gihah,* quam per *maieſtatem* verti. Patet ex hoc loco et ex alio Noſtri, qui infra habetur anno 720 ſic convertendam eſſe, et de femina forte tantum uſurpari, atque idem valere quod de viro حضرت *Hedret* vel *Chizret*, vel *Azaret,* hoc eſt maieſtas. Deinde hoc notandum, hanc feminam titulum *Aſmat ed-Dunia va'd-dini, munimentum orbis et fidei,* pariter aſſumſiſſe atque Torcan Chatun, mater Sultani Muhammed Chovarezimſchahi, de qua vid. ad ann. 628.

(359) *Pag.* 513. *Moſtaſamica.* In Arabico eſt المستعظمية ſed leg. puto المستعصمية *Moſtaſamica.* Quod ſi ſit, credibile fiat eam olim ad gynaeconitidem Moſtaſami Chalifae pertinuiſſe. Videntur tamen temporum et aliae rationes obſtare. Ceterum permutari ſaepius a librariis has duas voces المستعظم *Moſtatam* et المستعصم *Moſtaſam* patet ex d'Herb. p. 628. b. qui vitam huius Chalifarum ultimi ſub voce *Moſtádhem* exhibet.

(360) *Pag.* 513. "Ludovicus — a Soldano captus eſt, et centum millia marcarum dedit et Damiatam reſtituit." Verba ſunt Siffridi Presbyteri II. pag. 696. ad A. C. 1249. Fuſius haec enarrat l'Hiſtoire de S. Louis, quae inſtar omnium de his conſulenda.

(361) *Pag.* 513. *Franciſco.* الفرنسيس Quod Gallus, quisquis auctor eſt recenſionis codicis XVII. pag. 347 Bibl. Reg. Pariſ. ſatis imperite *Firenziz* vertit. "Captus fuit illorum praefectus Firenziz;" et paullo poſt, "ut Firenziz claſſis praefectus liberaretur." Deſignat hominem Francicum quemcunque. "Dic Francis v. Gallis in univerſum omnibus, o mea epiſtola" rel.

(362)

(362) *Pag.* 515. *Caimarici.* القيمرية Sic conſtanter eſt in codice. Forte tamen rectius eſt القيمزية *Caimazici*, ſic dictio procul dubio fuerunt ab aliquo Caimazo, magno duce, ad cuius familiam olim ſpectaverant.

(363) *Pag.* 515. *abrogabant feminae poteſtatem.* Marai dicit, eam ſponte abdicaſſe, poſtquam tres menſes regnaſſet; menſe quarto anni 648 اقامت ثلاثة اشهر الي ان خلعت نفسها additque, Chalifam Moſtaſamum aegre tuliſſe feminae mandatum imperium, et ſcripſiſſe Miſrenſibus, niſi haberent virum imperio aptum penes ſe, velle ſe ipſis aliquem talem mittere.

(364) *Pag.* 515. *Paullo poſt.* Quinque tantum *diebus* interiectis poſt, ſcribit Marai.

(365) *Pag.* 517. Ergo male d'Herb. p. 896. a. "Ce prince [narrat de peremto Turanſchaho, quem hic loci recte ſic, ſecus alibi *Buranſchah* appellat] paſſe pour le dernier des Ajoubites [in Aegypto] quoique ſon fils, nommé Malek Al Aſchraf, enfant agé ſeulement de ſix ans, ait été aſſocié à l'Empire par le même Ibek pendant quelques mois."

(366) *Pag.* 517. *Malec el-Mogitum.* Hiſt. S. Ludov. l. c. *Moghiat Omar* appellat.

(367) *Pag.* 519. *Moſtaſami.* Hiſt. S. Ludov. T. II. p. 97.

(368) *Pag.* 519. *Malec es-Saïd.* Vid. ad a. 658. Hic eſt ille *Sahid* de quo Hiſt. S. Ludov. T. II. p. 90.

(369) *Pag.* 519. Erat tantum in Arabico وفي البر *et in continente.* Ego non dubito vocem الشرقي *orientale* excidiſſe. Conf. Hiſt. S. Ludovici T. II. p. 80.

(370) *Pag.* 521. Vid. de hac expeditione H. S. Lud. T. II. p. 98. 99.

(371) *Pag.* 521. Mar. San. p. 220. cap. 4. lin. 8 — 11.

(372) *Pag.* 525. *Amin-ed-daula.* Huius viri vitam expoſuit Abu-Oſaiba in *vitis Medicorum* cap. XV. unde nonnulla huc adſcribam. "Saheb el-Vezir Amin-ed-daula Camal-ed-din Abu'l-Haſan, filius Gazzali, filii Abu-Saïdi, vir admodum prudens et acer et eruditus plus quam ullus alius, erat

primum

primum in ministerio Malec el-Amgadi; deinde post huius mortem, quae contigit Damasci die Martis, undecimo decimi mensis anni 628, creabat Malec es-Saleh Amad-ed-dîn Abu'l-Feda Ismaël, filius Malec el-Adeli, eum Vezirum — Quum anno 643 Ismaël Maleco es-Saleho Nagm-ed-dino Eiubo Damascum traderet et vicissim Balabaecam acciperet, eoque sarcinas et opes et familiam suam transferret, exire quoque illuc tendebat Amin-ed-daula. Sed quoniam probe Damascenos expilaverat, ut homo cogendis nummis intentus, et qui fiscum heri sui incredibiliter auxerat, obruebat ipsum iam urbe egressum in ipsa via Emir Moïn-ed-din filius Schaich es-Schoiuchi, comprehensumque cum suis rebus omnibus (quod die Veneris, secundo septimi mensis anni 643 contigit) in vinculis et fide sub custodia mittebat Cahiram; ubi cum aliis in arce depositus in custodia fuit, ubi haesit usque ad obitum Malec es-Salehi Nagm-ed-dini Eiubi, hoc est annum 647, quo ipso quum occuparet vacuatam huius morte Damascum Malec en-Naser Ioseph, die Solis, octavo quarti mensis, et deinceps tenderet in Aegyptum, hoc regnum conquisiturus, in comitatu Malec es-Salehi Ismaëlis et aliorum Syriae principum; praeliumque committeret cum Misrensibus, quorum princeps tunc erat post heri decessum Malec el-Moëzz Azz-ed-din Ibek Turcomanus, mamlucus quondam Salehi Eiubi; quo praelio vincebant primum Syri, dein versa vice Misrenses: fiebat, ut Malec es-Saleh Ismaël aliique principes et proceres caperentur, quorum aliqui dimissi deinceps fuerunt, alii perierunt, ut Malec es-Saleh Ismaël ipse, qui ex eo tempore neque visus neque auditus fuit; corda strangulatus, si quibusdam fides habenda est; Vezir Amin-ed-daula vero in patibulo exspiravit. — Studebat hic vir numerosam et sumtuosam bibliothecam comparare, libris omnium scientiarum excellentem; alebat ideo scribas perpetuo scribentes; volebat aliquando Tarich (seu Chronicon) Damasci, auctore Hafeto Ibn-Asakero, integrum habere, quod minuto charactere scriptum octoginta volumina efficit. Distribuebat igitur opus in decem scribas, quorum unicuique octo volumina in pensum dabat. Et sic intra biennium habebat totum opus completum, quod alias raro occurrit.

(373) *Pag.* 525. *cannam saccharíferam mandebat.* Hoc est, secundae mensae assidebat, et bellariis fruebatur. Leo Afric. V. 62. "Hic [apud Cam-

mer] provenit maxima saccareorum calamorum copia, quae et Tunetum devehi solet; verum quandoquidem saccarum extrahendi artem non noverunt, in secundis tantum mensis succum sugendo eliciunt." Sed et alias quoque, deambulantes, item in via publica mandunt Turcae arundinem sacchariferam. Qua de re praeclarus locus est apud Rauchwolff L. 4. p. 530. "Hierum wachsen der Zuckerröre ziemlich viel. — Die Röhre sind underhalb nahe bey der Wurtzel, da sie am kräfftigsten, voll des angenemen Gesaffts. Darum sie denn die Türken und Mohren sehr kauffen, als die ihnen fast angenehm zu kieffeln und zu essen, wie sie denn auch zum Confecten, zu süssen Speisen und Getränken grosse Lust tragen. Ehe sie die Röhre anfangen zu kieffen, streiffens zuvor die langen Blätter ab, und schneiden oben was krafftloss ist darvon; dass allein was gut und gesafftig noch überbleibt, welchs kaum einer Ellen lang. Deren also zubereiten Rohr tragens etliche viel zumal mit sich durch die Gassen herum. — Schneiden ein Stücklein nach dem andern ab, lösen die Schelfen davon, kifens und essens also hin und wieder öffentlich ohne alles Abscheuen" —

(374) *Pag.* 525. Paullo aliter et distinctius haec narrat Hist. S. Ludovici T. II. p. 99.

(375) *Pag.* 527. Apparet ergo falsum fuisse et fallere d'Herbelot, quando p. 477. b. scribit: "Les Ajubites, princes de la posterité de Saladin, ont possedé l'Jemen long tems aprés que les Mamlucs se furent rendus maitres de l'Egypte et les en eurent depouillés." Neque sequentia naevis carent pluribus, in paucis verbis.

(376) *Pag.* 527. Abu-Osaiba cap. XIV. in vita Ibn-Gamii hunc bis *Gemal-ed-dinum* appellat, filium Iahia, filii Matruhi; Vezirum Eiubi, dominum gladii calamique, [rerum militarium et politicarum summum administrum,] et ducentorum equorum praefectum.

(377) *Pag.* 529. *quamobrem Misrenses ad Saieh ibant.* Dupliciter accipi potest hic locus. 1) Quamobrem illorum adventum non sustinentes Misrenses, qui Gazae praesidia agebant, excedebant ad Saieh. 2) Quapropter Misrenses ex Aegypto accurrebant, Syros a Gaza depulsuri. Sed prior

tamen

tamen explicatio verior videtur, quia remotior eſt Saich a Gaza, quam ut poſſint ibi caſtra Syrorum obſervaſſe cenſeri.

(378) *Pag.* 529. Mar. Sanut. p. 220. lin. 17. videtur nomen Naſeri Ioſephi non noviſſe, quia non nominat, contra quam ſolet.

(379) *Pag.* 531. *Daher Schadi.* Captus fuerat una cum fratre et Aſchrafo Emeſſeno, in illa ſiniſtra pugna, quam Naſer cum Aegyptiis commiſerat, de qua paulo ante noſter narravit. Ergo debuit dimiſſus ab Aegyptiis in libertatem fuiſſe, uti quoque Malec el-Aſchraf Emeſſenus; de quo noſter in continente memorabit; quamvis de ipſorum dimiſſione ſupra nihil memoraverit. Ita quoque rurſus comparebit liber Moattam Turanſchah filius Saladini, ad ann. 657.

(380) *Pag.* 533. Hi ſunt illi reges Tunetani de quibus Leo Afric. I. 10. "Belligerantur Maridinae cum — Tuneti regibus, qui origine ex Hantata [gente] et ex Muſmudis [alia gente] provenerunt."

(381) *Pag.* 533. *Abu-Hafs Omar.* Hic eſt ille Abi Haffi [ſic enim leg. non Abi Hafri] cuius nepos, Abu-Iſhac, filius Abi Ibrahim, filii Abi Haffi foedus pepigit cum Imperatore Friderico II, ut rege Siciliae, anno F. 628 menſe ſexto medio, ſeu A. C. 1231 m. April. d. 21. cuius pacti particulam aliquam exhibet e codice mſto Peireſciano Iſmaël Bullialdus ad Mich. Ducam pag. 227.

(382) *Pag.* 533. Memorabilia ſunt verba Abu-Oſaibae, in Vit. Med. ſub vita *Ibn-Roſchdi* ſeu *Averrois;* quae Arabice adſcribam: ولما كان المنصور بقرطبة وهو متوجه لغزو الفنش وذلك في عام احد وتسعين وخمساية استدعي ابا الوليد بن رشد واحترمه احتراما كثيرا وقربه اليه حتي تعدي به الموضع الذي كان يجلس فيه الشيخ عبد الواحد ابو محمد ابن الشيخ ابي حفص الهنتاني صاحب عبد المومن وهو الثالث او الرابع من العشرة ، وكان هذا ابو محمد عبد الواحد قد صاهره المنصور وزوجه بابنته لعظم منزلته عنده ورزق عبد الواحد منها ابنا اسمه علي وهو الان صاحب افريقية ،

"Quum

"Quum anno 591 Cordobae versaretur Mansur, bellum Alphonso intentans, arcessebat ad se Abu'l-Validum Ibn-Roschdum, eumque proxime ad se accedere et ad latus suum considere iubebat, propius quam ipse sedebat Abu-Muhammed Abd-el-Vahed, vir maximae dignitatis, ut qui non tantum filius erat eius Schaichi Abu-Hassi Omari Hentateni, qui sodalis Abd-el-Mumeni fuerat, et tertius aut quartus decuriae [discipulorum et sodalium Mahdii Ibn-Tomruti]: sed etiam carissimus Mansuro erat, eiusque filiam in matrimonio habebat; quo e coniugio prodit ille Ali, qui nostris hisce diebus Africae [Cartagini vel Mahdiae] dominatur."

(383) *Pag.* 533. *Abd-el-Vahedo.* Est hic ille *Habduluaidi*, cuius meminit Leo Afric. V. 58. p. m. 373. loco qui cum primis ad hunc nostrum conferri meretur. Adscribam initium: "Tuneti princeps [a Movahhedinis legatus] Marocci regi [Movahhedinico, qui circa a. 620 aut 630 regnabat] nunciavit, nisi statim — quare rex [Movahhedicus] ducem quendam, Habduluaidi, e Sicilia natum cum viginti navium classe Tunetum misit, quam iam ab Arabibus occupatam invenit; verum tanta huic fuit eloquentia, ut omnia suo consilio in pristinum statum restituerit — Patri successit Abu-Zacharias, qui patrem eruditione ingeniique dexteritate superavit." — cet. Quem Leo *Siculum* facit, eum perhibet Morgan I. 215. ex *Marmolo*, *Sevillanum*, et *Abdalhedi* appellat. Conf. locus.

(384) *Pag.* 535. Memorat Hagi Chalifa dynastiam Ammaridarum, quae ab anno 724 usque ad ann. 802 per annos 78 apud Tripolin Africanam regnavit, ad quam hic Muhammed procul dubio pertinet.

(385) *Pag.* 535. *Abu-Hafs Omar.* Hic est ille Muley Omar, quem Ludovicus IX aut *Sanctus*, Franciae rex anno Chr. 1270 obsedit; qua in obsidione obiit; et frater eius *Carolus*, Siciliae rex, Omarum ad solvendum tributum coëgit. Vid. Morgan I. 219.

(386) *Pag.* 537. Vid. Hist. S. Ludovici T. II. p. 407.

(387) *Pag.* 537. *Cotbicas.* Erat in Arab. القطبيات, quod interpretor القطبيات, hoc est, meo quidem iudicio, filias Malec el-Mofaddali Cotb-ed-dini, filii Malec el-Adeli. Et sic clare legitur infra a. 657.

(388)

(388) *Pag.* 537. Mirum profecto tantam, tam terribilem Christianis dynastiam utut satis diuturna et per aliquot generationes propagata fuerit; tam tamen brevem fuisse, ut Saladini, primi conditoris, filii ruinam eius viderint.

(389) *Pag.* 537. *Amk* in genere notat profundum omne; et quia varii sunt tractus ita dicti, propterea distinctionis gratia addit: tractus Gaurensis. Is est Coelesyria penes Damascum.

(390) *Pag.* 539. Vid. ad annum 669 quo obiit. Videtur quodammodo idem esse cum eo quem d'Herbelot p. 189. a. memorat voce *Barezi*. At ait eum anno 738 obiisse. Conf. p. 196. b. voce *Bedia*, sed ibi nomen patris discrepat. Et pag. 837. b. voce *Tacdim Abu-Becr* adhuc aliter citat. Vnde probabile fit eum diversos auctores colliquasse.

(391) *Pag.* 541. Georg. Acropol. c. XLI. p. 37. *Επει γουν ἡ των Μουσουλμανων παρα των* Ταταρων (non Ταχαριων) *καταλελυται στρατια, Σουλτανος ηρχεν αυτων οὑ κλησις* Ιαθατινης (Gaiiat-ed-din) *υἱος του Σουλταν* Αλατινη (Ala-ed-dini, non Αζατινη Azz-ed-dini) *Φαυλος εξ αγαθου αρχος γεγονως. ποτοις γαρ εχαιρε και ασελγειαις* rel.

(392) *Pag.* 545. *Gugarici.* Videtur ita dictus ab oppido Aegypti Gugar, de quo Geogr. Nub. p. 118. 4.

(393) *Pag.* 545. Non poterat ergo Schagar-ed-Dorrae ex Ibeco filius esse, ut perhibet d'Herb. p. 767. a.

(394) *Pag.* 545. Tantum duo nominat et mirum de supplicii genere tradit Hist. S. Ludovici T. II. p. 408. "Pour les deux esclaves ils meurirent attachés avec des cloux aux murailles de la ville."

(395) *Pag.* 547. *Mostarebum.* Scio quidem quid alias sit *Mostareb*, et exposuit iam Pocockius Specim. Hist. Arab. p. 39. et qui eum exscripserunt, nempe Arabem notat *επηλυδα*, insititium, reputaticium. Non video tamen quid huc faciat. Fuitne forte ex illis, quos *Mozarabes* appellant. Certe vox eadem est.

(396) *Pag.* 547. Multum ab his diversa quae Histor. S. Ludovici T. II. p. 408. "l'Emir Tagiaddin eut sous la conduite du royaume, qu'un autre lui ota d'abord en repandant parmi les troupes une somme de cent mille écus d'or. Puis celuici succombant à son tour, et ayant été roti vif, on retablit Tagiadin."

(397) *Pag.* 547. Aliam caussam perhibet Hist. S. Ludovici l. c. sed utraque consistere facile potest.

(398) *Pag.* 549. *Bondocdar.* Interdum invenitur quoque scriptum Bondocdaricus, quasi non ipse, sed antiquus eius herus fuerit Bondocdar. De officio Bondocdari sic disserit d'Herb. pag. 210. b "Bondocdar étoit en Egypte du tems des Sultans Mamlucs le nom d'un officier, qui étoit à peu prés ce qu'a été autrefois en France le maitre des Arbalétriers et Ganequiviers, que nous appellons aujourdhui le grand maitre de l'Artillerie. Le Sultan Bibars fut surnommé Bondocdar ou Bondocdari, parce qu'il avoit été l'esclave d'un Seigneur, qui possedoit cette charge, et qu'ayant été depuis affranchi par son maitre, il en avoit été pourvu." Potest tamen etiam officio huic adiuncta fuisse cura publicorum aedificiorum, quae Bondoc, Fondegos, πανδοχεια, appellantur, hospitia peregrinorum.

(399) *Pag.* 549. *Bosra.* Vrbs in Hauranitide ad minimum octidui spatio distans a Medina, dives emporium quod Arabes mercaturae caussa frequentare solebant.

(400) *Pag.* 551. Mar. San. p. 238. Hist. S. Lud. T. II. p. 308 sqq. Teixeira pag. 333 et 339.

(401) *Pag.* 551. *Ibn-el-Alcam.* De hoc viro mirum quid narrat Ricaut Hist. Imp. Ottom. p. m. 351. locum supra citavi ad ann. 561. Conf. d'Herb. pag. 629. Non ausim quidem gravissimis auctoribus contradicere. Nescio tamen an non fidei suspecti videri queant Sunnitae, haec tradentes, et quorum solorum narrationes de rebus Tataricis hactenus habuimus. Annon poterat crudele et ambitiosum genus Tataricum ad invadendas opulentas provincias sola aviditas et divitiarum rumor allicere? Si proditio Schiitae sola Bagdadum evertit, quare non integrae manserunt Chorasana, Syria, Roma-

Romania? quas nemo prodidit. Aiunt tamen Naſerum Chaliſam, Schiitam, hoſti ſuo Chovarezimſchaho Tataros immiſiſſe. Non negarim. Sed Sunnitae ſunt qui hoc tradunt.

(402) *Pag. 553. Caria.* Videtur vicus aliquis Bagdadi occidentalis ita fuiſſe appellatus.

(403) *Pag. 555. De Chaliſae ſupplicii genere varia tradunt.* Equorum pedibus conculcatum fuiſſe tradit Marai; dubium num صبرا frigido ſanguine, an in tumultu bellico, et in oppreſſione ſub porta quadam aut in vico quodam urbis; quale quid contigiſſe memorant Conſtantino Palaeologo ſub quo capta fuit a Turcis Conſtantinopolis. Addit idem auctor, Tataros per quadraginta dies Bagdadi ſaeviſſe, et bis millies mille homines peremiſſe.

(404) *Pag. 555. per urbem.* Procul dubio Damaſcum. Sed tota haec fabella traditionibus ceteris eſt ſimilis, *ἀδέσποτος*, vaga et ad lubitum conficta; neque libri nomen editum, e quo manavit, neque Ommiadae, ſub quo, neque urbis, ubi contigerit.

(405) *Pag. 557. Matmuram.* Hanc ipſum vocem *Matmora*, ut effert, retinuit et explicuit Addiſon in Deſcriptione Barbariae, T. II. p. III. cap. 11. cuius verba ſupra dedi ad ann. 12, ubi dicit eſſe foveam, quae ad umbilici altitudinem profunda fiat; in quam demittatur lapidationis ſupplicio necandus. Hic vero quadrat ea ſignificatio vocis huius, quam Golius in Lexico profert, qua nempe indicatur talis fovea qualem Arabes Scenitae ſub terra facere ſolent, pro *recondendis* ibi frugibus et aliis neceſſariis, et quae ſuperingeſta terra ſuperne deinceps oppletur; unde vox derivata videtur. Nam طمر *Tamar* inter alia quoque notat *recondere* et *opplere*. المطمورة حفرة يطمر فيها الطعام اي يخبأ ، وقد طمرتها اي ملأتها ، .

(406) *Pag. 559. Davudem Bagdadicum adduceret.* Mirum profecto, eum ipſum, qui opibus eum perfide ſceleſteque privaverat, totiesque vetuerat Bagdadum venire, nunc tamen eum ultro arceſſere.

(407) *Pag.* 559. Conf. d'Herb. p. 776. b. ubi locum hunc respicit. Non novi quid in suo Ibn-Schehna legerit. In Leidano nihil erat ibi positorum; et in Dorvilliano erat magna lacuna.

(408) *Pag.* 563. *Malec el-Camel.* El-Aschrafum appellat Abulfarag. p. 527. et Herbel. p. 137. b.

(409) *Pag.* 565. Clarius et fusius hac de legatione eiusque exitu narrat Abulfarag. pag. 530. ubi epistolam habet cui gemina et paene eadem exstat apud Arabschahiden alia, velut a Timuro ad Cadium Borhan-ed-dinum, Sivasac principem, scripta.

(410) *Pag.* 567. *pincernae.* Intelligit talem aliquem famulum, quales describunt nostrates Itineratores in Caffeis Turcarum et Persarum publicis servire. Olim enim, antequam usus Caffeae usum vini exigeret, vinum potabant in talibus publicis tabernis, et ministrabant iuvenes splendide comti, prostibula publica. Vid. Teixeira p. 117. Itinerarii: "tienen alli muchachos bellos y ricamente trajados que sirven y reciben el precio."

(411) *Pag.* 567. Plura de hoc itinere eiusque exitu Abulfar. p. 531. Conf. d'Herb. pag. 50. b.

(412) *Pag.* 567. *alter Sangaram obtinebat.* Tertius Saif-ed-din Geziram, seu Gezirat Ebn-Omar, ut perhibet Abulfarag. p. 531.

(413) *Pag.* 573. *Bab-Ali.* باب الي quod etiam *Bab Ela* possit legi. Conf. d'Herb. p. 159. a. "Babela, bourgade proche d'Antiochie, qui a tiré son nom de St. Babylas" cet.

(414) *Pag.* 583. Abu-Osaiba in vita *Zain-ed-dini Hafetici* perhibet Iosephum acie cum Misrensibus commissa victum, regnum amisisse omnemque fortunam. Iuvat integrum locum adscribere. "Quum venirent Tatarorum legati ex oriente ad Malec en-Naserum, isque animo iam agitaret a Tataris territorium suum ut feudum accipere, et de tributo dando cum illis pacisci; mittebat Zain-ed-dinum Hafeticum legatum ad Chacanum Hilavuum [Hulacuum] regem Tatarorum ceterosque ipsorum principes, qui beneficiis et blanditiis eum ita delinibant et sibi obstringebant, ut familiaritate cum

ipsis

ipſis contracta ſpem et cupidinem Syriae ipſis faceret, et per reciprocatas ſaepius legationes hero ſuo vires Tatarorum admodum grandes et terribiles proponeret; quod eo facilius ipſi erat apud principem natura ſua meticuloſum, pavidum, et belli oſorem, qualis erat Ioſeph en-Naſer. Halebum itaque venientibus Tataris et poſt menſtruam fere obſidionem occupantibus et caede implentibus — fugiebat en-Naſer e Damaſco in Aegyptum, ſpe et conſilio illam occupandi. Sed egreſſi Miſrenſes cum ſuo principe qui tum erat Modaffar Saif-ed-din Cotuz, vincebant eum, copiasque ipſius diſſipabant. Et ſic periit eius principatus.

(415) *Pag.* 593. *Nacus* eſt lignum oblongum, tenue, ſed duriſſimum, crepitaculi genus, quod orientales Chriſtiani ligneo piſtillo percutiunt, quando concionem ad exercitium divini cultus convocare volunt. Sed non ubique locorum hoc ipſis licet, et ibi fere tantum ubi Muſlemi frequentes non ſunt. Hi vero, ut notum, Mudenis, ſeu praeconibus, precum tempus ex alta turri, ſonora voce indicantibus, utuntur. — Debuerat haec hiſtoria narrationi de clade Tatarorum poſtponi, ſed quod ſaepe quaeſtus fui, Arabes ſunt rudes conſarcinatores.

(416) *Pag.* 597. *Ain Galut.* Hoc eſt *fontem Goliathi.* Vid. Hiſt. S. Ludovici T. II. p. 410. Hayth. Arm. c. 31. corrupte *Henyalek.* Idem pro *Cetboga* كتبغا nominat كيبغا *Guiboga* cum multis aliis auctoribus. Teix. p. 339 *Kaptukahon*, quaſi كبتوخان *Captuchan* legiſſet. Abu-Oſaiba in *valle Canaan* contigiſſe ſcribit, in eius Zain-ed-dini Hafetici vita, de quo ad annos 638 et hunc ipſum paullo ante attulimus. Locus eſt memorabilis. "Poſtquam Tatari Damaſcum pacis pacto cepiſſent, conſtituebant ibi ſuo nomine quendam gubernatorem, et tum praeſentem Zain-ed-dinum Emirum creabant, et Malec Zain-ed-din ſalutabant, ipſique cuſtodiam corporis addebant. Poſtquam vero Malec el-Modaffer Cotuz, dominus Miſrae, et cum eo copiae Muſlemicae adveniſſent, et in valle Canaan بوادي كنعان de Tataris reportaſſent magnam illam et celebrem victoriam, per quam immanis horum numerus cecidit, coactique in fugam Tatari Damaſcum vacuarent, excedebat etiam Zain-ed-din Hafeticus cum ipſis, male ſibi a Muſlemis metuens, et ſic redibant Syriae res ad priſtinam ſuam formam."

(417 a.) *Pag.* 601. *Barca.* Intelligitur Barca [ſeu lacus] Ziza apud Caracam.

(417 b.) *Pag.* 607. *Bibars.* Hic eſt ille, quem Leo Afric. III. 26. p. 472 *Piperem*, *magnae fortitudinis mamaluchum*, et p. 463 *Piſtorem primum mamaluchorum Sultanum* appellat. Etiam Curio p. 71. lin. 30. *Peperis* appellat. Scribitur hoc nomen apud Abulfedam noſtrum ubique بيبرس quod variis modis enunciari poteſt *Baibars, Baibaras, Bibars, Bibrás, Bibaras.* Abulfarag. pag. 538 ſcribit بايبرز *Baibarz*, vel *Baiborz*, quae ultima lectio forte optima omnium eſt. Idem ait eum *Bondocdarum minorem* appellatum fuiſſe, ad diſtinguendum ab eius hero, qui *Bondocdar maior* fuerit appellatus.

(418) *Pag.* 607. Hanc ipſam caedis cauſſam allegat, et aliam praeter iſtam, Hiſtoria S. Ludovici T. II. p. 410. Catal. Biblioth. Reg. Pariſ. p. 347. b. "Ab Elmuzaffaro profligati Tatari, ait, qui cum Syriae partem adhuc obtinerent, ad eos expellendos miſit unum e ducibus nomine Bibars, promiſſo Alepo, ſi res ad effectum perduceretur. Verum cum parta victoria promiſſis non ſtaret, Bibars Aegyptum ingreſſus ipſum obtruncavit." In genere non multam fidem merentur recenſiones codicum in *Appendicem* reiectae.

(419) *Pag.* 609. *urbes ornatae fuerant.* زينت, et tale feſtum appellatur زينة *la Zine*, quod Vanſleb p. 335 interpretatur *féte de rejouiſſance publique*, ubi deſcribit talem aliquam *Zinam* aut *ornatum*, urbis nempe Cahirae, quae contigit ſuo tempore anno 1671, "à cauſe que le grand Seigneur avoit pris Caminiez ſur les Polonois, et cette feſte, ait, dura depuis le Dimanche jusqu'au Jeudi après midi." Apparet ex ibi data deſcriptione, feſtivitatem talem poene eandem cum noſtris *Illuminationibus* eſſe, et hae forte ex oriente ad nos tranſierunt. Remitto ad l. c. cupidos lectores.

(420) *Pag.* 611. *Gucandarum.* Eſt nomen officii et notat eum, qui praeeſt ludis et exercitationibus principis in palaeſtra, ad verbum *le maitre des mailles.* Nam *Gucan* notat clavam ligneam, infra recurvam, qua pilae ligneae excutiuntur.

(421) *Pag.* 623. Furum et latronum poena apud Muhammedanos eſt manus praeſectio.

(422)

(422) *Pag. 625.* Ergo tunc temporis abdicaverat ſe iam Az-ed-din Cadii munere, quod ſub Nagm-ed-dino Eiubo geſſerat; ut ſupra vidimus: adhibebatur tamen ſummis quibusque rebus et conſultationibus.

(423) *Pag. 627. Zerabinicum.* Plebeia enunciatio pro *Scharafinicum.* Scharafini, Xarafini, Zerabini, ſunt unum idemque, numi aurei, de quibus paſſim Teixeira, ut pag. 351. "Xarafine o Xarafi de oro vale ocho larines y cada larin dos reales de plata." Conf. d'Herbelot p. 205. a. 273. b. 777. a. Ergo verum eſſe nequit quod perhibet Geuffr. p. 173 *Seraphinos* a Maleco Serapho, hoc eſt Málec el-Aſchrafo filio Calavuni, qui viginti et ultra annis deinceps regnavit, primum percuſſos fuiſſe. Refutat etiam Richardus a S. Germanico, qui iam Saladini aetate numos illos notos ait fuiſſe. Bibl. Sicul. Caruſ. T. II. p. 563 ſic ait: "Quolibet anno pro certo tributo mittit in fiſco patris 20 millia Saracenatos." Memorabilis haec eſt ſcriptio. شرقبيني *Scharaquini, Saracenatus,* pro شرفبيني *Scharafini, Sarafinatus.* Non dixerim utra rectior. Coniicio tamen olim a Chriſtianis numos Muhammedanorum شرقبيني *Saracenatos* fuiſſe dictos, ut qui Muhammedanos ipſos Saracenorum nomini citarent; deinde per errorem ſcribentium et legentium ei شرفبيني (uno puncto minus) *Scharafini, Sarafinatus,* ſucceſſiſſe in vulgare uſu; quales ſcribarum errores in nominibus locorum et hominum mutationes iam non amplius emendabiles invexiſſe, multis exemplis geographicis et hiſtoricis poſſet confirmari.

(424) *Pag. 629.* Non pauca de his rebus habet Abulfarag. p. 539. item de excidio gentis Bedr-ed-dini, ſed ea non valde perſpicua; ſaltim non memorat eos in Aegyptum veniſſe.

(425) *Pag. 631.* Marin. Sanut. pag. 221. "Saraceni Babylonii anno MCCLXII Antiochiam obſederunt. Sed, procurante rege Armeniae, venientes Tartari obſidionem ſolverunt."

(426) *Pag. 635. titulum — ei tribuebat.* Et viciſſim ab ipſo accipiebat, ut Marai refert, titulum *Caſim Emir el-Mumenin*, qui titulus notat intimum amicum Emir el-Mumenin, talem qui cum ipſo res, conſilia et fortunam omnem partitur. وهو اعلي الالقاب Et is titulus eſt omnium ſupremus qui a Chalifa tributi unquam alicui principi fuerunt, aut potuerunt tribui.

(427)

(427) *Pag.* 635. *Schaich Az-ed-din — fil. Abd es-Sallami.* Iam aliquoties facta fuit huius viri mentio in ſuperioribus. Conf. d'Herb. p. 197. b. voce *Beian Ahual.* Eius de gente videtur ille, noni ſaeculi homo, eſſe, quem p. 950. b. voce *Dhou allame* الضوى اللامع perperam et obſcure appellat "Schahab Ahmed Al Gaz Mohammed, plus connu ſous le nom de Abd al Salami:" hoc eſt Schahab-ed-din Ahmed, filius Abd-el-Azizi, filii Muhammedis cet.

(428) *Pag.* 635. *Ibn-el-Adimi.* العديم Ita recte habet d'Herbelot p. 63. a. Sed p. 230. a. male exhibet *Cadim*, tanquam القديم habuiſſet in ſuo codice. Idem ipſi accidit in voce قليمي *Calimi* pag. 245. a. pro qua rectius عليمي *Olaimi* vel *Holaimi* habet p. 270. a. 597. a. 686. a. 915. a. Quod p. 423. a. lin. 31. ſqq. non intelligo. Certe vox *cremor lactis* non reſpondet voci *Boghiat.* Forte زبدة الطالب fuit libri titulus *Zobdat et-Thalebi.* Et ſic ſane exſtat p. 937. a. Sed videtur potius duo diverſa opera confudiſſe, quae recte diſtinguit p. 864. a. voce *Tarikh Haleb.*

(429) *Pag.* 637. Chalifarum عتبة *Ataba*, *limen palatii* non licebat pedibus calcare, capitale id erat; ſed principes et magnates illud accedentes debebant oſculari et fronte tangere, et in genubus ſuperſcandere. Habebimus deinceps exemplum eiusdem moris in aula Mamlucorum. Idem mos adhuc viget in aula regum Perſarum, et memorant Itineratores noſtri. Sic della Valle IV. 10. p. 54 narrans de Indo quodam legato: "Hy, ait, naer 't huys dat tot zyn Herberg bereid was, geleyd, en voorby de deur van des Konings huys gaende, trad af van zyn paert, en kuſte de drumpel van de deur van 't paleis, die zy geweyd houden. En hier uyt ſpruit het, dat zy 't voor groot misdryf achten de zelfde met de voeten te treden, en dat zy op de kniejen daer over kruipen, gelyk de oude Heydenen deden" cet. Conf. Idem II. 23. pag. 104. Non tamen ſemper religioſum illum metum exhibent quotidie intrantes, ſed plerumque tantum quando redeunt ad aulam ex ſuis provinciis, aut illuc abeunt. Nam qui quotidie aulam frequentant, per aliam portam introeunt.

